



John Adams Library.



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF N°

★ ADAMS

★ 290.1

v. 2.



5 Schellungen

—————

ADAMS

LOCUS NONUS

De Transgressione Fœderis naturæ.

CAPUT VI.

De Lapsu Hominis.



I. Tque hoc in statu, si unquam, res hominis fuere beatissimæ, cum à Deo suo recens, integer viribus, animo ac mente castus, Dei amicitia ac familiaritate frueretur, iisque facultatibus instructus esset, ut invitus tanto bono privari non posset. At ut perpetua esset illa felicitas non tulit diaboli invidia; qui, per superbiam excusso Dei jugo, eodem visco, quo ipse irretitus fuerat, hominem illaqueare conatus est, & verò effectum dedit. Cujus tristissimi lapsus historiam, cum omnis mali causam ac originem comprehendat, paucis enarrare operæ erit pretium.

Felicem hunc hominis in integritate sua statum diabolus invidus tentat labefactare.

II. Ac primum *tentatorem* nobis ob oculos ponit facer scriptor, ita exordiens: *Serpens autem erat prudens quavis bestia agri, quam creaverat Jehova Deus &c. Gen. 3: 1.* Sub quibus verbis tentator duplex repræsentatur; cum *apertus* & in oculos incurrens; tum *occultus* & serpentinis exuviis tectus. Moses autem, cum historicum agat; ac tantum rei gestæ ordinem narret, satis habuit quid mulier tentata viderit ac audiverit tradere; adeoque non tentatorem diabolum, sed serpentem, sub quo latebat, in scenam producit.

TENTATIONIS
modus.
Tentator duplex,

III. Serpentem non verum hic adfuisse, sed diabolum istius animantis larva protoplastis illuisse, *Cyrelli* quondam, & postea *Cajetani* ac *Eugubini* fuit sententia. Sed obstat simplex ac nuda Mosis relatio; ut Serpentis ipsius tanquam callidissimi animalis *inter bestias terræ* descriptio; atque eidem denique, in seductionis memoriam, non minus quam diabolo, cui pro parario ac instrumento inserviverat, à Deo inflictæ pœna. Ac magis adhuc aberrant, qui ne quidem externam serpentis imaginem hic admittunt, sed à solo diabolo, serpentis nomine hic indigitato rem omnem peractam volunt, qui omnem historiam temere in allego-

apertus serpens,

riam

riam convertunt. Cum tamen manifesto serpens appelletur, nec alia appellationis istius dari possit ratio, quam qualiscunque illa serpentis ac diaboli unio, & ad perdendum hominem conspiratio.

astutia &
prudentia
specie in-
signis.

IV. Commendabatur hoc animal homini ab *astutia*, & prudentiæ specie, quæ non, ut in homine, ratione, vel qualicunque ejus umbra ac vestigio, sed celerrimo spirituum ac membrorum, ad hæc vel illa objecta, motu, constat: quæ & alibi in Scripturâ celebratur. *Venenum habent, quale est venenum serpentum; tanquam aspidis surda quæ obturat aurem suam, ne audiat vocem mussantium, incantatoris peritissimi.* Psal. 58: 5, 6. *ὄφεις ἐν φεγγυμοῖς ὡς ἐν ὄφεις στίσις ἰgitur prudentes instar serpentum.* Matth. 10: 16. Cujus species est, *videre malum & occultare se.* Prov. 22: 3. Unde ad instruendam fraudem erat aptissimum, & peculiaris *φρονιμότης* in hoc animante *σαρκότης*, illud homini gratius & accessu blandius reddebat, & spiritum saltem, si quem in eo loqui deprehenderet, benevolum ac sapientem commendabat.

Diaboli in
usu hujus
instrumen-
ti fraus &
astus:

V. Atque hæc prima in necendis hisce insidiis diaboli ars fuit, talis animalis specie hominibus obrepere, quod ipsis acceptissimum & struendæ fraudi suæ maximè foret idoneum. Hinc *Evam seduxisse* ἐν τῇ παραγωγῆς αὐτῆς, 2. Cor. 11: 3. legitur. Diabolum enim tristis hujus scenæ artificem sub serpente latuisse extra dubium est; cum per serpentem loqui non nisi spiritus, neque falsa loqui nisi spiritus malus non potuerit. Unde *diabolus dicitur homicida ab initio, & in veritate non stersisse, quia veritas non est in eo.* Ioh. 8: 44. & Paulus eodem loci ab eodem illo serpente, qui *Evam calliditate sua seduxit, sese Corinthiis metuere dicit, ne mentes ipsorum à simplicitate, quæ in Christo est, avertat.* Atque hinc Satan Serpentis quoque nomine in Scripturis passim insignitur. *Et conjectus est Draco ille magnus, Serpens ille antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, in terram &c.* Apoc. 12: 9. conf. c. 20: 2. *Serpentis esca pulvis.* Esai. 65: 25.

qui & per
bestiam
humana
verba so-
nuit,

VI. Quod autem per bestiam humana verba sonuerit, non majorem difficultatem habet, quam quod asinam etiam Bileamo locutam legimus, Num. 22. angelorum procul dubio ministerio; vel quod in Romanis historiis, inter portenta, in foro bovem, vel attonito pecudes pastore locutas, nonnunquam scriptores referunt; vel quod idem Pythonissarum ac vatum suarum rabida ac spumantia ora in inconditos sonos sæpe resolverit. Quod in obsessis quoque nonnunquam videmus.

& se in

VII. Atque extra omne dubium est, ut homini adhuc sancto & integro,

and paying 1st of the tithes for every hundred acres of
any man's lands in their possession, and clearing 1st an acre
annually for every such 100 acres. But whether they clear
the 1st acre or not, to pay the 1st annually for every such
100 acres, which I shall be added to the Quit Rents.

The doctor to be removed at the expiration of every lease. And a new lease
to be granted to every lease or transferring of a right, the 1st of the annual
rent of the land so decaying or transferring to be paid as a fine.

Boston N. C. Decemb 30. 1729

My Lord

in Obedience to the Commands of his Grace,
I now make these few Remarks, and send them
to your Lordship; and the complying with some
of which, I think absolutely necessary (according to
the posture of Affairs here) to pave the way, for
making sure Work for my Lord Duke.

1. That his Grace give me full power to sell some
of the lands absolutely, for a small ~~price~~ ^{purchase} ~~sum~~ ^{sum},
not exceeding 50000 Acres, This will be a good Method
to establish his Grace's Title, and will engage the
Purchasers in the Interest of my Lord Duke, their own
Interest obliging them to defend their Title so
deriv'd from his Grace.

2. That I may let out the Remainder of the lands
at 2^d of the Acres New England Money, for what is
improv'd. The people will not agree upon any other Terms.

3. That I may grant the Leases in such Manner,
that the Tenants their Heirs, or Assigns ^{Executors or Administrators} may for ever
hold the lands, at the same Rent of 2^d New England Money
for every improv'd Acre, without any further
Demands from his Grace his Heirs or Successors; the
Tenants only pay the Rents from Time to Time,
as specified in the Leases, and clearing ^{an Acre}
annually for every two Acres of improv'd land, ^{if it is not cleared} or paying
1^d N. E. Money Rent Rent in lieu of ~~it~~

These 3 Things I think absolutely necessary.

It would likewise be of great Service, if an Order could be procured from his Majestie, to the Governour here, that such as shall acknowledge the Title of his Grace, and shall purchase or take out Leases according, may not be taxed by the Governour, in Order to defend the respective Titles of the People in general against the Duke's Claim. And likewise, that I may be protected in the Execution of the legal Orders of my L^d Duke.

I must further remark to your Lordship, that I am promised, when the Instruments are altered according to the Premises, and come over duly ratified, and are recorded in the Courts here, to be put into possession ^{part of} of a Tract of Land 20 Miles long & 6 wide, within the Limits of my L^d Duke's Grant.

I must likewise take Notice, that the Persons concerned with me, will not advance any Money towards carrying on this grand Affair; but are of Opinion, that the Services already (or which may be) done by them in furtherance of his Grace's Interest, will be the full Value of what they may expect from the Allowance in my Articles.

Nor (in my humble Opinion) would it be of any Service to the Duke's Interest, for them to do so; for the whole Country would despise what could be raised by a few of their own Members in Opposition to the whole, when

gro, & à manu Dei recenti facilius imponeret, eum *in angelum lucis sese* angelum lucis transfiguravit. *transfigurasse.* Atque hæc Evæ quoque mens fuit, cum bestiam loquentem audiret, forte bonum aliquem angelum, speciosa animalis istius pelle indutum, secum sermones habere. Sicut angelorum consortia & colloquia isto in statu frequentiora fuisse verosimile est; quorum rationem omnem nos quidem, postquam ista felicitate excidimus, ac sanctum illud cum cælo commercium perdidimus, nunc nec capere, nec explicare possumus. Atque adeo non mirum est, quod serpentis alloquium non expaverit, cum illud miraculum potius & beneficium, quam rem mali ominis interpretaretur.

VIII. Astus quoque in Satana fuit, quod hominem, prout videtur, adhuc tenerum & mollem, & à manu plastis sui adhuc novum, in primo felicitatis suæ limine adortus sit; antequam longiori usu confirmatior rectitudinem suam melius tueri nosset. Similiter quod non in viro, sed in muliere, primum fraudis suæ periculum fecerit, absente ejus viro. Quæ prima quoque scæminæ culpa fuit; quod tantis de rebus cum serpente colloqui, ejusque sermones contra præceptum Dei tendentes audire sustinuerit, idque absente etiam marito, sine quo tamen nihil magni agere debuerat; nec illico suadam illam ac vipereos sibilos cum indignatione rejecerit; instar castæ virginis, quæ ne verbis quidem atque adultero sermone florem suum pollui patitur, sed primas verborum blanditias, instar veneficii alicujus, refugit atque exhorret.

IX. Tria autem præcipuè in sermone suo cum muliere agit serpens. Quid Satanas in sermone suo cum muliere egerit, exponitur. 1. præceptum Dei additamque comminationem elevat. 2. contra majus ac præstantius scæminæ bonum promittit. 3. & medium ad id obtinendum monstrat.

X. Dixit ergo mulieri: *Etiam quod dixit Deus, non comedetis de omni vel de ullo ligno horti.* vel sic: *multò minus dixit Deus &c.* v. 1. Quibus verbis infausti colloquii compendium, & extrema tantum verba subnotantur. Non enim hæc prima potuit esse compellatio; pariterque incertum est, an hac sola unicaque vice hominem tentaverit, an vero jam ante depulsus nunc ex intervallo rursus hominem adoriatur. Patet autem subtilissimi colloquii methodus. Speciosus enim prætextus erat, homini universi mundi dominium ac principatum concessum: id Deum tam recenti beneficio testatum, dum hominem in novam mundi possessionem immitteret, omniaque animalia velut obsequii causa ad ipsum adduceret: cum eo autem pugnare, unius arbusculæ tactu hominem prohibere,

qua forte nec ipsa animalia arcerentur : nec vero Deum, cum reliqua concesserit omnia, unam eamque pulcherrimam arborem excepisse; quam tamen creaverit, hominique quotidie ostendat & ingerat, ut visu isto perpetuo sese cruciet, & tantum non intabescat : id cogitare, angusti nimium ac pusilli animi esse; quin & ipsi Deo hoc pacto injuriam fieri, qui ea ratione vel ut invidus vel ut durus accusetur; nec hoc de ipso cogitare religionis, sed superstitionis esse : oportere vero hominem sese istis nodis, qui ipsum, si se ultra iis permittat, strangulaturi sint, exolvere & vincula disrumpere : tangendam, gustandam arborem esse, qui unicus absoluti hominis imperii obex foret; idque Deo non invito, quin jubente, & amabiles istius arboris foetus offerente. Ita versatiles dolos struit, & ambiguo sermone hominem paulatim trahit, ac in præceps ducit. Nec primum Deum rectâ fronte criminatur, sed vanam hominum opinionem, & superstitionem tantum accusat, qua videl. larvatus hic doctor foemina liberare volebat.

XI. Mulier verbum Dei repetens, respondet : *De fructu quidem arborum hujus horti comedemus; at de fructu arboris istius, quæ est in medio horto, dixit Deus, ne comedatis ex isto, neque attingatis eum, ne moriamini.* v. 2. 3.

XII. Cum ergo videret Satanas, eam præceptum Dei tenere, nec ab eo depelli posse, ad sanctionem præcepto additam pergit, quam elevare & negare, ac una ipsum præceptum tollere nititur. Mulieri itaque dicit, *non moriemini*; quod quomocunque intellexerit, seu de morte animæ, seu de subita ac præsentis morte, nam æquivocatione quibusdam usus videtur, manifestum erat mendacium : unde & *Diabolus in veritate non persistisse, mendax, & mendacii pater dicitur.* Joh. 8. 44. Aperte enim hæc verba opponit comminationi Dei, atque illam non metuendam docet. Atque ita pestilentissimam hæresin primo ferit, non moriturum hominem, etsi præceptum transgrediatur, & peccatum ac pœnam ejus divellit; qui error in plerisque extra ecclesiam sectis non uno modo pululat. Imo in omni quotidie peccato hoc etiamnum hominibus suggerit, *non utique moriemini*; à quo verbo tanquam serpentino sibilo, maxime cavendum est.

XIII. Sed omne tandem virus effundit, cum aperte, Deoque veluti in os obloquens, addit : *Novit enim Deus, quo die comederitis ex eo, aperuros se oculos vestros, & vos fore sicut Deos scientes boni & mali,* v. 5. quibus verbis Deum invidiæ & male usurpati in hominem imperii arguere qui-

when at the same Time, they would have a great
Terror upon them, when they considerd, that the
Power of a Peer of great Britain was like to be
opend against them.

I should say something further at this Time concerning
the War with the Indians &c which I mention'd to your
Lordship when in England; but I am now conferring
with a Gentleman of this Country, perfectly well
vers'd in these Affairs, who will draw up a Memor.
shewing the latent & mysterious Causes of the War,
& of what Importance; the concluding a Peace
with the Indians (with the Method of preserving
it when concluded) would be to the Interest of
this Country in general, and to the Interest of
his Grace in particular.

To whom I beseech your
Lordship to make my Service acceptable, assuring
you, that nothing shall be left undone, which is
in my power to perform, to serve the Interest of
my Ed Duke, by (My Ed) Your Lordship's
very much oblig'd & very humble Servant

p. S. My Lord The 50000 Acres in the first Article, which I desire I may be empowered to sell absolutely at a small Price, may seem too large a Demand. But the Reason of it is this. There may be that Number of Acres & a great deal more as yet unpossessed by any One. Now, the Governments being alarmed with the Duke's Designs of recovering his Rights, I fear they will parcel the (as yet unpossessed Lands) among themselves & the principal Men of the Country, who will stiffly oppose My Lord Duke's Claim. But if the Instruments come over early in the Spring, I hope I shall have Time to dispose of those Lands to a Number of Men, who are resolv'd to defend their Little's descent from the Duke.

As to the second Article. The People here have no Notion of Sterling Money, and never will come into it. And tho' the Money here at present is low, yet the Ballance of Trade has been in Favour of this Country for some Years past, and they begin to bring in Gold & Silver. And there is no Doubt of it, but that as the Country increases, the Money will be raised to the same Value, almost equal to Sterling.

quibusdam videtur, suadetque homini vinculis istis sese extricare, ac suo arbitrio sua disponere, cumque Deo veluti ex pari vivere: quod gustato fructu illico assequi possint. Cum enim omnia homini concessa sint, solam istam arborem obstare ejus felicitati, quo minus creaturarum omnium dominus, & hæres, mundi que princeps agnoscat. Itaque hunc obicem perrumpendum. Nec diu deliberandum, cum fructus adeo speciosus & amabilis sit, & nullo custode ultro expositus, ut credibile non sit Deum illo hominem arcere voluisse; vel si arcuerit, hoc summæ invidiæ ac impotentiae esse, qui hominem velut parem metuens fatali ista arbore, unde immortalitas sperari poterat, interdixerit. Cum vero durius videatur, Diabolum apud hominem adhuc integrum, Deum tam diris ultraque omnem fidem horrendis calumniis impetere ausum, omnis hic sermo potius eo directus videtur, ut mulieri persuadeat, cum vel invidia, vel metus in Deum cadere non possit, tale præceptum ab eo proficisci non potuisse; illudque vel non rectè intellectum, vel non *ιδίως* à viro ipsi traditum esse. Unde verba, *novit Deus*, quidam ita accipiunt, quasi Deum ipsum dictorum suorum testem vocet; simulans sese videt. doctorem veritatis, qui que in nomine Dei loquatur; imaginem exhibens pseudo-propheta illius qui describitur *habiturus cornua agni, & locuturus instar draconis*. Apoc. 13: 11.

XIV. Magno vero argumento hominem adoritur, dum ipsum *instar Dei futurum* spondet, in inferiori nempe hoc mundo, inque ejus dominio & principatu, in quo, reliquas inter creaturas, veluti Deus degeret, cunctisque imperaret, potestate nullis legibus impedita, quam sola hæc arbor hactenus morari videbatur: itemque respectu vitæ beatissimæ ac immortalis, quam fructus hujus esus ostentabat. Quæ appellatione scientiæ boni ac mali, hoc est, liberrimi ad omnia arbitrii, statusque consummatissimi & immutabilis, ad quem nec peccatum, nec error, nec mors pertingere queat, significantur. Istique rei consequendæ arborem istam, ad quam disputatio hæc peragebatur, monstrat, quæ fructuum quoque pulchritudine tantum bonum spondere videbatur; cumque Deum de ea aliquid edixisse constaret, vel hoc ipso majorem singularis alicujus virtutis fidem faciebat. Atque hoc tandem objecto fascino hominem infatuavit, & jam lapsantem impulit, deque statu suo profus dejecit.

XV. *Et vidit mulier, quod bona esset arbor in cibum, & quod cupiditas esset oculis, & amabilis arbor ad considerandum: & accepit de fructu ejus, & comedit, & dedit etiam viro suo secum, & comedit*, vers 6. Allubuit

ipsi bonum ostentatum, non satis pollente in animo ejus verbi divini memoria; nec timore Dei frenata ad altiozem istum statum, quem mendax spiritus promiserat, adhinnuit; atque obversante arbore, tantaque felicitate, quæ ex ea penderet, non satis firmos ad eam oculos habuit. Atque hæc aliaque secum agitat: summi boni consecutio est in meâ potestate; arbor ipsa speciosa fronde ac fructu blanditur; angelus quidam, hujus arboris vel curæ vel custodiæ præpositus, omne ejus sacramentum ac mysterium mihi exposuit; unicamque in horto arborem, ex qua vitam ac immortalitatem gustare liceat, esse edixit: Deus autem, cum bonus sit, non frustra eam condidit, medioque in horto locavit; nec tale bonum, quale hæc arbor spondet, creaturæ suæ invidet &c. atque tentata à diabolo his similibusque ratiociniis se ipsam quoque tentavit ac decepit. Nec adspicere ac attingere contenta, fructum tandem ejus audaci manu carpsit, eumque degustandum marito quoque obtulit, ut ejusdem boni ipsum participem redderet.

Quomodo
Adamus
adductus
fuerit ut
comederet?

XVI. Quæri solet, *quomodo Adamus adductus fuerit, ut comederet*, an iisdem rationibus quibus Eva decepta fuit, quæ procul dubio colloquium cum serpente habitum marito narravit, suoque exemplo in vanum ex fructus ejus esu mortem timeri firmavit? an vero alia ratione ad id permotus fuerit? Quod Apostolus potius affirmare videtur. 1. Tim. 2:14. *Non enim Adam est seductus*, ut nimirum vera crederet quæ serpens mulieri persuaserat; *sed mulier seducta causa illi transgressionis fuit*. Quæ verba innuere videntur, ipsum potius amore conjugis lapsum, cujus animum affligere nolebat: adeoque etsi præcepti Dei conscius, & Satorum fraude intactus, tamen ne eam in isto statu deferret, oblatum ab ipsa fructum etiam libavit: forte credens, affectum hunc erga sponsam suam, à Deo ipsi datam, si quid hic peccatum foret, facile excusaturum. Sicut huc collimare videtur ejus ad Deum responsio, qua non in serpentis mendacium, sed in *mulierem, quam dederat ipsi Deus*, culpam rejicit. Mulier autem seductam sese à serpente queritur: *Serpens iste seduxit me, & comedi*, v. 12. Ex quo foemina & intellectum & voluntatem corruptam, virum vero non tam errore in intellectu seductum, quam affectui succumbentem, in peccatum ruisse, confici videtur.

Ejus peccatum
gravius.

XVII. Quo respectu gravius videtur viri peccatum, qui non viso hoste, nec certaminis particeps, solis uxoris blanditiis succubuit: quam tamen ut vir ac dux ejus sapientia sua regere, & ubi opus emendare debuisset; quique integro cæteroque intellectu lumine, sola voluntatis infirmi-

As to the 3^d Article. That the Towns, their
Heirs or Assigns shall hold the Lands for ever &c.


There is no talking with them but upon these
Terms. It is absolutely necessary that this should be
granted. Otherwise I fear the People would rise
up in Arms.


A Copy of this I sent by the way of London
lest one should miscarry. The sooner they come,
the better.


Boston. N. E. May 26. 1725.

May it please your Grace

I take this Opportunity to pay my Duty to you, and
to let you know, that all Proceedings are at a
Stand for want of your Grace's Commission altered
and acknowledged according to the Directions, which
I humbly offered in my last. When that comes
over, I shall be able to gain such Foothold for
your Grace, as will in Time (in all probability)
secure the whole; but till that be finish'd, and
upon Record in the Courts here, nothing can be
further done by (May it please your Grace).
Y^r Grace's very dutiful & very much obliged
very humble Serv^t







tate prolapsus, & tantum nefas ausus videtur. Quanquam ab altera parte primum à scœmina peccandi exemplum datum fuerit, quæ à Diabolo adornata, quod ipse aperta fronte desperabat, virum quoque pessundedit, & *Paradisi colonum de possessione sua mulier dejecit*, ut Hieron. Sicut enim à muliere peccatum initium fuit, ita in viro completum est; nec ante illud tempus ejus vim fensisse ipsa videtur. Unde *in Adamo omnes peccasse* dicit Apostolus Rom. 5:12. non in Eva.

XVIII. Disquiri hic etiam solet, *unde peccatum hoc initium sumserit*, ^{Quodnam fuerit primi peccati initium,} ab intellectu, an à voluntate? quique ejus ordo fuerit? Cum vero mentis, ac judicii error, qui primus peccati hujus gradus fuit, non ad intellectum, ut vulgo fit, sed ad voluntatem referendus sit: judicare enim est velle, inque eo error committitur, cum judicium ultra perceptionem intellectus se extendit, & sine præviâ ejus luce aberrat: patet ad voluntatem peccati primi originem referendam esse. Error enim hic, vel quicumque primus peccati hujus gradus, voluntarius, atque è voluntatis negligentia ortus fuit, adeoque ad voluntatem referri debet. Eam enim facultatem ac legem à Deo homo acceperat, ut non assentiretur nisi rebus rite perceptis; quâ cum male uteretur, voluntatis suæ culpa in errorem & peccatum incidit. Judicavit enim voluntas de eo, quod non satis perceptum fuerat ab intellectu; hinc Eva nimium fidei verbo serpentis tribuit; atque inde in concupiscentiam prolapsa est. Præcessit autem sine dubio incuria circa verbum Dei, & non-attentio ejus, tepor in precibus, securitas contraria timori Dei &c. quæ voluntatis sunt. Secuta autem sunt addubitatio de divinæ comminationis veritate, infidelitas, defectionis omnis radix, divinitatis affectatio, & hinc nati λογισμοὶ πονηροί, Eccl. 7: 29. tandemque manus ad fructum extensio, mysticæque arboris violatio, inque illo statu permansio, deque comminatione Dei jam non dubitatio, sed contraria persuasio in Eva, dum sese mortuam non videt, tandemque viri etiam in ejusdem peccati consortium adductio. Quo pacto hi actus, quamquam inter sese connexi & complicati, disponi non incommodè possunt.

XIX. Atque hæc est magna illa, ac lugenda primi hominis à Dei scœ- ^{Et cujus generis peccatum illud fuerit,} dere defectio, principale crimen generis humani, ac summus sæculi reatus; in quo non hoc vel illud particulare peccatum, sive gula, sive superbiam, ut Pontificiis placuit, sed omnium peccatorum semina ac confluxum cernere est. Fuit enim in eo inadvertentia divini præcepti, securitas, timoris, amicitia Dei custodis, excussio, infidelitas, deque Dei veracitate addubitatio, superbia & divinitatis affectatio, Filii Dei, qui mystica arbore

repræsentabatur, abjectio, mala concupiscentia, præpostera sciendi curiositas, contrectatio rei vetitæ, *ἀσπρία* in posteros, denique rupto ac conculcato fœderis symbolo totalis à Deo apostasia.

Et quam
gr. xue?

XX. Quæ omnia præterea exaggerantur à circumstantiis: cum *persona*, quæ tot beneficiis à Deo affecta, tot dotibus instructa erat, nec ullos peccandi stimulos patiebatur: tum *objecti*, quod tantâ rerum copiâ concessâ tam facile vitari poterat: tum *loci* denique ac *temporis*, quod vix è manibus conditoris sui egressus, inque horto ac sacrario Dei positus, ad primum tentatoris impetum vix viso hoste profugerit & hastam parmamque abjecerit. Ut pateat peccatum hoc omni modo fuisse magnum ac gravissimum, ac spirituum defectorum peccato suppar.

Quæ ho-
minis ad
peccatum
hoc fuerit
dispositio?

XXI. Considerandum autem imprimis, quis *hominis* ad peccatum hoc fuerit *status*, quæ *dispositio* ac *vires*. Difficulus enim concipi potest, quomodo homo, tantâ sanctitate ac sapientia præditus, tam facile fastigio isto excussus, & miserandum in modum lapsus sit. Atque hic Pelagiani, ad quos inter Pontificios Jesuitæ, ac Remonstrantes, accedunt, facile se expediunt, in *Paradiso*, ante *malesuadi venena serpentis*, ante *corruptam sermone sacrilego voluntatem*, homini *illiciti cibi libidinem* tribuentes, *Aug. op. imp. c. Iul. lib. I.* Quod, utcunque in peccatis post lapsum locum habeat, quæ à concupiscentiæ fomite primum suscitantur, *Jac. I.* cum beato tamen Adami statu, & summa ista corporis ac animi pace, plane pugnat, ac Deo præsertim conditori injurium est, in quem tanquam peccati auctorem ista operis ejus labes redundat; quique partem hominis principem formans, eique pravæ libidinis stimulum apponens, non potest non dici hominem tentare ad peccatum. Si autem non mala, sed naturalis ista inclinatio fuisse dicatur; tum neque consensus & plena voluntas pro malo habenda essent; cum nihil mali in eo esse possit, quod quis naturali suæ cupiditati, quæ bona est, obsequitur. Non ergo ante peccatum in homine talis concupiscentia statuenda est; non magis quam in angelis, qui nulla materiæ labe adpersi pronissimâ voluntate lapsi sunt: pariterque etiam homo, sine ulla carnis ac spiritus lucta, liberrima voluntate sese ipsum impulit ac evertit; ac, juxta August. *voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit.*

Et lucta?

XXII. Nec tamen, etsi talem luctam in incorrupto adhuc homine negamus, nullum certamen ipsi relictum fuit, nec sine ullo conflictu ac labore coronam adeptus fuisset. Adamus enim sicuti peccare poterat, ita poterat à malo tentari, & externas peccati illecebras pati. Atque etsi intus nul-





nullos carnis stimulos fenferit, atque eâ molestiâ caruerit, aliunde tamen laborem difficultatemque habuit; cum ipsi magna cura ac circumspeditione opus fuerit ad imaginem Dei integram servandam, ne ea peccato fœdaretur, cujus laqueos undique tenfos videbat. Quo in labore atque vigili cura ipsius omne certamen constitit, post quod exantlatum coronandus atque æternum beandus fuisset.

XXIII. Cum ergo nulla concupiscentia impelleretur homo, quin imo sanctus ac integer foret, labi tamen potuit, ac lapsus est, quia libertate sua abuti, deque felicitate sua excidere poterat.

XXIV. Conditus autem erat homo cum summa libertate, quæ non solum in spontaneitate ac animi lubentia, verum etiam plerumque in indifferentia ad *ἰσότητον*, instar bilancis in æquilibrio pendentis, collocari solet. Quod recte intelligendum est.

XXV. Indifferentia enim hæc in homine, vel ad *facultatem*, vel ad *actum* referri potest. *Facultatis* indifferentia omni libero arbitrio intrinseca est, inque eo consistit, quod ita aliquid amplectamur vel fugiamus, ut à nulla vi externa nos impelli sentiamus. *Actum* autem ipsum in particulari quod spectat, quod voluntas circa illum indifferens ac dubia est, ex imperfectione ac cognitionis defectu oritur, & libertatis infimus tantum gradus est. Si enim creatura rationalis semper quid verum bonumque sit videret, & istius roboris esset, ut bono fortiter adhæreret, nunquam quid eligendum sequendumque foret ambigeret, atque ita, quamvis libera, nunquam tamen indifferens foret. Primus autem homo, cum creatus foret cum bona voluntate ac imagine Dei, & sufficienter bonum ac malum cognosceret, non ad utrumque indifferens, sed ad bonum potius aptus ac determinatus erat. Nec actus, sed facultatis indifferentia isti statui propria erat. Eratque ejus libertas nihil aliud, quam recta Deo placendi, & bono suo *incommutabiliter* adhærendi voluntas.

XXVI. Etsi vero liber sanctisque dotibus instructus, & ad bonum naturali facultate aptus paratusque esset, labi nihilominus homo poterat, quia *mutabilis*, & necdum in bono confirmatus erat. Quæ libertatis quædam imperfectio ex creaturæ *εὐθερίας* proficiscebatur, quæ eo ipso quod creatura est, atque ex nihilo producta, non omnem perfectionem comprehendit. Neque in eo magis accusandus est Deus, quod creaturam non omni modo perfectissimam condiderit, quam quod eam Deum non fecerit. Ostendi enim discrimen aliquod debebat inter creatorem ac creaturam. Neque tenebatur hominem, mox ut creatus erat, in bono confirmare,

firmare, cum prius tentandus ac explorandus foret, antequam summum illum beatitudinis apicem consequeretur; quo per gradus ipsum deducere Deus decreverat. Hunc enim ordinem divina servat sapientia, ut non uno momento maxima sua opera nobis ostendat, sed per numeros gradusque suos illa veniant, suoque singula tempore absolvat. Ut enim *Aug. lib. 22. de Civit. Dei, c. 30. Servandi erant gradus divini muneris, ut primum daretur liberum arbitrium, quo non peccare posset homo; novissimum, quo peccare non posset; atque illud ad comparandum meritum, hoc ad recipiendum primum pertineret.*

unde etiam
lapsus est.

XXVII. Atque ex hac hominis mutabilitate fieri poterat, quod, cum à tentatore blandis verbis oppugnaretur, non attenderit ad Dei præceptum; atque ita in insidias, quas prævidere alioquin potuisset, præcipitavit. Ut initium peccati fuerit, quod intellectus & voluntas hominis in officio suo cessaverint, nec fatis diaboli laqueos ac fraudes vitaverint; cujus rei causa fuit defectus ille liberi arbitrii, quod oculos à summo bono avertere & libertate sua male uti poterat. Quam imperfectionem, cum homo in bono nondum confirmatus esset, ex nihilo, ex quo creatus erat, atque ex qua tam multum adhuc participabat, trahebat. Ut unica ac intima peccati causa in voluntate sit, quæ cum mutabilis esset condita, atque ultra modum sese extendere posset, ultra etiam quam intellectus duceret, se ipsam mutavit, & in deterius lapsa est. *Nulla enim re de arce dominandi, rectoque ordine mens deponi potest nisi voluntate*, ut recte *Aug. l. 1. de lib. arb. c. 16.*

Quæles
primi ho-
minis fue-
runt vires?


XXVIII. Vires tamen habuit Adamus ad obediendum idoneas, alioquin enim conditionem impossibilem tulisset Deus, & revera ipsum à fœdere ac amicitia sua abjecisset: poteratque earum confirmationem à Deo postulare, atque urgente certamine etiam debebat. Dei autem, ex fœdere erat, homini in fide petenti vires conservare & adaugere, ipsumque isto in rerum cardine non deferere. Non autem tenebatur omnem tentationem avertere, vel ad eam tolerandam hominem præmunire, atque efficere ut ne omnino laberetur. Sic enim ratio fœderis mutata fuisset, quod liberam hominis obedientiam, ac in bono perseverantiam postulabat, quam oblato certamine explorari ac probari par erat.

Adjutori-
um ejus
duplex:

XXIX. Facit huc consideratio duplicis auxilii, sive adjutorii, sine quo non, & quo; qua Augustinus utitur. Quarum prius per modum habitus aut facultatis in homine consideratur, alterum per modum actionis & impetus, sive efficacis motus & inclinationis voluntatis ad bonum.

Prius





alter, *quorum duo assario vaneunt, in terram cadat sine Patre* cœlesti. Matth. 10. 29. nedum ut nobilissima creatura, mundi domina & princeps, Deo vel inscio, quod Sociniani velint, vel incurio & rebus humanis neutro, ut alii, saltem pugnae hujus non arbitro, ac utram in partem resurgeret ambiguo, ex tanta felicitate exciderit. Quod non aliud foret quam univēsi mundi regimen Deo abrogare. Tanti enim momenti res hęc erat, ut ab ejus arbitrio removeri Deus nullo modo possit; cum ex ea mundi recens creati nova gubernatio, novusque rerum ordo inchoatus fuerit; atque exinde mundus non amplius sancta Dei civitas, ut in primo ortu, sed duæ in ea civitates, altera Dei, altera diaboli extiterint, in quarum regimine univēsa Dei providentia absolvitur; ac Christus tandem, Dei filius, in carne apparere mundumque rursus restituere debuerit. Quæ tam magna ac illustria Dei sunt opera, ut ea fortuito ac temere, vel etiam nudo quodam ejus permisso, contigisse dici non queat.

Quomodo
ea hic se
habuerit?

XXXIII. Mōdus autem, quo circa hoc peccatum versatus est, sanctissimus fuit. Actum enim physicum peccato substratum potentissimè operatus est: auxilium autem gratiæ & suavem illum influxum, quo homo actu perseverasset suspendit; neque enim largiri illum tenebatur; præsertim cum ipse homo viribus suis fidens istud non expeteret. Unde in culpa Adamus fuit, qui, divina licet præmotione carens, tamen ipse quoque liberrime actum obediendi suspendit. Unde actus ille malus evasit, hominique in peccatum vertit.

Ut extra
omnem
culpam
manserit.

XXXIV. Nihil ergo culpæ hac doctrina homini demitur, vel Deo adscribitur; sive ea quæ in tempore circa lapsum Deus peregit, sive æternum ejus decretum ac præscientiam spectes. *Non enim ex creatione aliquid mali* homini inſeverat: quod adversarii non dubitant dicere, qui tamen hic maximè nostras Ecclesias criminantur, illudque de Deo peccati auctore identidem ingeminant. Nec ejus *permissio ac non-impeditio* in culpam trahi potest; cum Deus non fuerit obligatus homini, nec peccatum omne arcere teneretur (ut quidem inter homines legi obnoxios locum habet) cum ex malo bonum elicere norit. Neque accusari potest, quod homini *ipsum velle actuale* non dederit. Sufficientes enim ipsi vires reliquerat; nihilque, nisi salva ejus libertate, ipsi negavit; nec aliud negavit quam quod optimo jure ipsi negare poterat, quodque cum à Deo homo non peteret, eo potius illud aspernari, ac ne Deus largiretur, promereri videbatur. Nec deniq; *decretum Dei* culpari potest, cum quod illud, malum attinet, tantum fuerit de lapsu permittendo. Differunt autem illa, permissionis peccati, atque ipsius peccati, auctorem esse. Non autem pec-

catum.





catum ipsum, sed ejus permissio à Deo ordinata fuit, ut ἀφορμὴ & occasio ad opus aliud longè dignius.

XXXV. Omnis igitur peccati culpa non in Dei ulla actione, sed in hominis ipsius voluntate sita est. Non enim malum consistit in volitione ut fiat malum, sed in malâ volitione ejus quod à Deo prohibitum est. Atque eo magis ab omni labe remotus fuit Deus, quod illam mali permissionem tanquam medium aut ἀφορμὴν ad majus bonum procurandum adhibuerit; quodque ex humani generis ruinis dignius longe opus extruere, atque admiranda sua attributa, justitiam ac misericordiam, quæ sine peccato æternum latuissent, digne explicare noverit: ut illa jam pulcherrima luce radiant. Unde benè Apostolus animadvertit Tit. 3:4. quod nunc ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία Ἐ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ ἐπεφάνη. Quæ profecto tanti erant, ut absque crimine Deus peccatum permittere potuerit. Et quanquam omne bonum melius est omni malo, præstitit tamen permitti aliquod malum, quam in obscuro manere omnia illa bona, quæ ex lapsu postea consecuta sunt. Sicuti ergo lapsum generis humani non debuissimus optare, nec in eo exultamus; ita vicissim illo jam posito non desperamus: verum quemadmodum justitiam Dei venerabundi adoramus, ita ex misericordia ejus animos erigimus & in ea triumphamus, consilio ejus acquiescentes & gloriam ejus amantes.

XXXVI. Atque hæc primævi lapsus ratio fuit. Cujus *Tempus* plane incertum sit, de eo frustra inquiritur. *lapsus incertum.* Damnandæque *ab unâ parte* Cabbalistarum ineptiæ, qui illud nimium producant, & vigesimo anno Adamum cecidisse ex litterulis quibusdam supputant. Nec felicius alii Adamo 33. integritatis annos assignant, quot Christus secundus Adam in carne egerit. Nec probanda *ab altera parte* Talmudicorum quorundam audacia, qui illud breve nimis faciunt, nec ultra sex horas Adamum perstitisse memorant; & quod diei ac noctis reliquum erat in mœrore ac poenitentia egisse, ac proximo mane iterum in gratiam acceptum. Nos autem, etsi tempus ipsum definire non possimus, non repugnare tamen putamus, quo minus aliquod tempus, nobis quamvis ignotum, in beato isto statu exegerit: cum nulla ratio nos cogat, maxima Dei opera tam angustè circumscribere, atque ita calculum ponere, quasi mundus in primævâ pulchritudine vix unum diem sese videndum præbuerit, opusque illud adeo infirmum fuerit: ut mox ac è manibus Dei prodiret conciderit. Saltem eodem die, quo conditus est homo, lapsum non esse, ex iis quæ Gen. c. 2. narrantur patet: cum ne quidem Eva eo die creata fuisse videatur.

tur. Nec sine mysterio Scriptura lapsi mundi tempus silentio involvit, cujus creati historiam per singulos dies tam accuratè edisserit; ut inter Dei ac hominum opera discrimen faciat, atque ad illa admiranda & prædicanda, hæc autem, veluti silentio digna, perpetuo deploranda, nos invitet.

CAPUT VII.

De PECCATO.

PECCA-
TI, jam
propius
confide-
randi,




I. Tque ita, datâ portâ, peccatum, cum omni comitatu suo, in mundum introiit, *per unum illum hominem*, Rom. 5:12. qui cum mundi decus & gloria existere debuisset, ejus præcipua calamitas ac lues extitit, ac Dei creaturam misere de- scædavit, omnique honore spoliavit. Cujus cum in rerum ordine nunc primum mentio occurrat, atque operum Dei filium secuti in ejus ortum ac originem nunc incidamus, naturam effectusque ejus propius considerabimus; quippe cum illud non minimum Theologiæ nostræ post lapsum caput factum sit.

nomina
varia.


II. Peccatum Græcis ἀμαρτία, Hebraicè חַטָּאת dicitur, quod aberrationem à scopo vel via notat; ut sit propriè frustra esse, excidere destinato, ἀτυχεῖν: *Quilibet jaculabatur funda ad pilum, ἢ ἡ χύψια, neque frustrabatur jactum.* Jud. 20:16. *Ubi visitaveris mansionem tuam, ἢ ἡ חַטָּאת, non eris frustra.* Job. 5:24. *Qui festinat pedibus חַטָּאת peccat.* Prov. 19:2. Vocatur etiam in Scripturis פְּשָׁעַי וְחַטָּאתַי seu ἀνομιᾶ. *Condonans עוֹן וְפְשָׁעַי וְחַטָּאתַי pravitatem & defectionem & peccatum.* Exod. 34:7. עוֹן, ἀδικία, pravititas, quæ rectitudini opponitur; עוֹן וְקִבְיָי, Pravititas calcaneorum meorum circumstabit me. Psal. 49:6. עֲבֵרָה וְגַבְרֵי-βασίς; transgressio עֲבֵרֵי בְרִית, transgressi sunt fœdus. Hof. 6:7. עֲבֵרֵי תוֹרוֹת, transgressi sunt leges. Esai. 24:5. חֲרִי, ἀπειθεία, inobedientia, imo & בְּקִרְרָה rebellio. *Si בְּקִרְרָה, in rebellione & בְּפַעֲלֵי, in prævaricatione in Jehovam! ne servato nos hodie.* Jos. 22:22. eodemque sensu בְּקִרְרָה perfidia. עֲבֵרֵי בְּקִרְרָה perfidi perfidè egerunt, & perfidiâ perfidorum perfidè egerunt. Esai. 24:16. & בְּפַעֲלֵי, prævaricatio, quæ est occulta adversatio sub specie amicitia. חַטָּאת בְּאִישׁוֹ, prævaricata est in maritum suum. Num. 5:27.

III. De-









III. Definitur, ex I. Joh. 3: 4. *ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία*, peccatum est *Definitio.*
transgressio legis.

• IV. Intelligitur autem solius Dei lex, qui est *unicus ille legislator, qui potest servare & perdere.* Jac. 4: 12. Leges enim humanæ non obligant conscientiam per se, sed tantum ob legem Dei, qui, dum mundum hunc sanctissimo ordine regere vult, *omnem animam potestatibus superioribus* subjecit, Rom. 13: 1, 5. easque tanquam majestatis suæ præstantissimam imaginem, & supremum in terris nomen, omni cultu ac honore affici voluit. *Subjēcti estote omni humana conditioni propter Dominum. Deum time, regem honorate.* 1. Pet. 2: 13, 17. Unde tantum magistratui parendum est, quando non præcipit contraria legi Dei, quippe *πῶς ἔστιν δεῖ θεῷ ἡμεῶν ἢ ἀνθρώποις obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Act. 5: 29. Leges autem Ecclesiasticæ per se non obligant conscientiam; non magis quam cujuslibet privati cætus constitutiones. Unica enim tantum in humanis est potestas legislativa, eorum videl. penes quos imperium est: sicut in divinis ac spiritualibus illa solius Dei est. Peccatur autem in eas solo contemptu & publico scandalo, quando ordo omnis protervè nimis conculcatur, & ecclesiæ unitas laceratur; quod non leve flagitium est. Hebr. 13: 17. *Obedite auctoribus vestris & cedite: ipsi enim vigilant pro animabus vestris &c.*

V. Peccati naturam quod attinet, *non est substantia, vel substantiale* Non est quid; quod, de originali saltem labe, M. Flaccus Illyricus docuit, Manichæis nimium vicinus; dum inter naturæ corruptionem, & ipsam naturam corruptam distinguere nescivit. Neque quid *positivum* est, juxta Scholasticorum quosdam, cum ita Deum auctorem habere deberet. Neque etiam est quid *relativum*, sicut Vasquez ejus formam in relatione aliqua extrinseca oppositionis & inconvenientiæ cum natura rationali ponebat; quod rude nimis & secum ipso pugnans est. Neque denique mere *negativum*, ac nihil est respectu hominis: aliud enim est nihil omnino agere, aliud male agere. Sed proprie est privatio, seu nihil *privativum*, h. e. nihil, relatum ad certum subjectum, ad quod referri non debebat. In se enim peccatum nihil est.

VI. Adhæret autem hæc privatio vel potentiæ & habitui, vel actioni nostræ; quorum illud in peccatis *omissionis*, hoc in peccatis *commisionis* magis locum habet. In illis tota substantia actus tollitur, in his actus non tollitur, sed corruptus exit, & debitâ conformitate cum lege Dei caret.

Causa peccati, (qua non efficiens, sed deficiens)

VII. Causa peccati non efficiens, sed deficiens datur: ac proinde auctor ejus Deus esse non potest; cum peccatum producendo, quod sua natura non ens ac nihilum est, omnipotente virtute suâ nihil produceret; quod implicat. Quando autem peccatum permittit ac regit, ista permissio respectu Dei, mera est negatio perfectionis, quam creaturis dare non tenetur: creaturarum autem respectu, quibus illa debita ac necessaria est, non mera negatio, sed privatio & peccatum est.

vera est, tum Satan,

VIII. Vera autem peccati causa est, tum *Satan*, insignis ille mundi corruptor ac operum Dei turbator; ut in initio ejus, Gen. 3:13, dicebat *mulier; serpens decepit me & comedi*: pariterque in novæ ecclesiæ exordio. Act. 5:3. *Quare replevit Satanias cor tuum, ut mentireris in Spir. S.?* &c. tum *homo*, qui voluntate ac intellectu corruptissimus, malâ instar arboris non nisi in spinas ac fentes sylvescit, locoque fœtuum lactentium, ac pretiosi uvarum roris, quæ gustum perbelle tangere possunt, tetrum absinthii liquorem, ferosque centauros, quæ fœdo sapore ora pertorqueant, producit. *Quare expectavi ut faceret, h. e. produceret uvas, & fecit labruscas?* Esai. 5:4.


Pontificii & Sociniani peccata volunt nihil esse peccatum, nisi τὸ ἐκείριον.

IX. Errant autem Pontificii ac Sociniani, dum non τὸ ἀνομιον solum, sed & τὸ ἐκείριον de peccati ratione formali statuunt, nihilque peccatum esse volunt, nisi quod pariter sit voluntarium, h. e. scienter ac deliberato factum; quod variis suis erroribus in diversis religionis capitibus ita ex longinquo præstruunt. Præcipuè autem corruptæ naturæ supparasitantur, cujus motus primos, utcunque fœdos ac turpes, qui in nostra potestate non sint, ac pleno animi assensu careant, peccata esse non statuunt. Cum tamen in illis peccatorum omnium exordium, primusque eorum conceptus sit; atque isto sinu, nimium sæpe fœcundo, educantur primo ac exeant; istoque veluti fomite quicquid porro cupiditatum est exardescat, conceptasque flammis latissimè spargat. Ut à peccato excusari non possit illud quod peccatorum omnium ac scelerum radix, officina, nutrix & fomes est.

Qui redarguuntur.

X. Verum litem hanc absolvit Apostolus, proprio in exemplo, capite ad Rom. 7. ubi multa querens, ac indignans, sese invitum ac obluentem, contra interiorem animi sensum, ad peccata perpetuo abripi: *Quod odi, hoc facio. non enim, quod volo, facio bonum: sed, quod nolo, malum, hoc ago, v. 15. 19.* effrenem istum concupiscentiæ motum non solum ἀμαρτίαν vocat, sed ἀμαρτίαν καὶ ὑπερβολὴν ἀμαρτωλον; digno prorsus vocabulo, cum quicquid in homine mali est, inde moveatur: ac legem præterea





præterea peccati appellat, v. 21, 23. deque peccato isto, ut duro domino, conqueritur, quod ipsum lege ac imperio suo veluti constrictum teneat; quodque divinæ legi, quæ omnem concupiscentiam vetat, contrariam veluti concupiscendi legem ferat. Utque de primis motibus eum agere intelligamus, peccati istius blanditias ac illecebras addit, seque à peccato isto trahi ac seduci ait, v. 11. Cætera enim peccata committunt homines, ubi jam seducti sunt. Quod vero de involuntario causantur, id tanti non est: nam primi illi motus, & surrepens oblectatio, quanquam deliberato ac maturiori voluntatis consensu careant, neque iis animus diu immoretur, istisque in fordibus se volutet, sed ad primum earum contactum potius exhorreat & refugiat; non tamen prorsus involuntarii, ac sine omni voluntatis labe sunt; cum ipsissima voluntas sit quæ concupiscit, cujus integritas saltem levi assensu & motu delibatur; quod ex ipsa concupiscentiæ titillatione, ac blando sensu, quo vel sub primum ictum animum permulcet, patescit. Est autem illud solum involuntarium à peccato liberum, quod involuntarium est per nolitionem positivam, cum homo in externis actibus vim patitur; non autem illud quod tale est per nolitionem negativam, cum aut cessat voluntas velle, aut in lucta inter concupiscentiam ac bonæ voluntatis motus, non toto assensu in rem aliquam fertur.


XII. Effectus peccati sunt hi tres, 1. macula, 2. reatus, 3. pœna. *Peccati effectus.*


XIII. *Macula* peccati est pollutio illa spiritualis, qua anima, corruptâ ac deletâ Dei imagine, omni honore ac ornatu suo spoliata est; atque, in trorsum fœda ac turpis, non habet quo amplius creatori suo placere possit, sed immundo potius visu sanctissimos ejus oculos offendit. Talis enim deformitas & vilitas in animâ, postquam pristina pulchritudine per peccatum excidit, locum habet. *Quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.* Matth. 15: 11. *Qui sordet, sordescat amplius.* Apoc. 22: 11.

XIV. Inest vero ea labes tum actionibus, quatenus illæ *avoiçia* suam *inhærens actionibus & facultatibus:* habent, nec ad Deum decorandum sunt, tum etiam præcipue facultatibus & habitibus, in quibus vitium ac dedecus istud firmiter hæret ac permanet.

XV. Oriturque inde respectu Dei averfatio & abominatio, qui *purior unde oritur Dei abominatio, hominisque pudor est:* est oculis, quam ut malum videat, Hab. 1: 13. *Abominatio Domini est retrocedens,* Prov. 3: 32. & respectu hominis, ex mali istius conscientia pudor ac metus. *Quem igitur fructum habebatis tunc ex iis, quorum nunc vos pudet? nam finis illorum mors est.* Rom. 6: 21.

XVI. *Reatus* *reatus.*





redigendo. Estque malum, non turpe, qua tale, sed triste; non absolute ac per se tale, sicut peccatum, sed creaturæ tantum respectu, cujus commodis adversatur, cum Dei respectu bonum sit & actus justitiæ. Est autem peccati pœna, ut vidimus, mors; quæ non una facie homini peccatori incubuit.

L O C U S D E C I M U S

De Effectibus transgressionis in homine
primo & posteris.

C A P U T V I I I.

De Effectibus peccati in primo homine.

I. **P**ostquam enim homo à Deo defecerat, tum vero versa rerum facies, resque humanæ, quæ hæctenus beatæ & florescentes steterant, non solum levi ictu afflictæ, sed prorsus corruptæ ac deperditæ fuere. Excidit enim homo amicitia ac familiaritate Dei, quem tanquam patrem adire hæctenus consueverat; nec cum fiducia accedere ad eum amplius potuit; divinæque iræ ac *κατάρα* maledictioni obnoxius, omnibus exinde malis, tum animi, tum corporis, implicitus, ne quidem spem ullam redituræ felicitatis reliquam habuit. Quos peccati effectus nunc propius in primo homine, tum inde in nobis considerabimus.

*Peccati
EFFECTUS
in
primo ho-
mine.*

II. Impletum autem mox in ipso est divinæ sententiæ carmen, *quo die Cui à la- comederis, moriendo morieris*, Gen. 2: 17. quod in sese omnia mortis ac *psu incu- buis mors;* pœnarum genera comprehendit.

III. Incubuit enim ipsi primo *mors spiritualis*, ac à Deo vitæque ejus *spiritualis:* extorris, veluti amisso sole suo, in tenebris palpitabat, ne minimæ quidem lucis spiritualis particeps; unde nihil sancti ac læti in ipso superesse poterat; sed intus æstuans, cupiditatibus pariter ac pudore agitabatur, peccatorum omnium spoliolum & ludus.

IV. Apparuit enim mox à lapsu nuditatis sensus, & pudor, qui aliquid *cujus ar- gumentum exhibetur in agnita* in homine pudendum extare arguebat, quale in primævo Dei opere non sine conditoris contumelia cogitari potest. Unde naturalia velare, veluti

*pudenda
nuditate,*

libidinis stimulis impar, instituit: quæ nihil nisi peccati in membris jam dominantis erubescenda confessio erat, quibus videlicet abeunte spiritu ducatus jam cesserat. Quod in fœdissima ista voluptate potissimum apparet; ubi proprium concupiscentiæ regnum est. Quæ cum in homine primo jam visa sint, jam tum peccatum ingressum esse testabantur.

V. Non enim iste genitalium pudor in primo statu, cum nihil in animo impuri, nihil in corpore inordinati fœret, locum habuisset, nisi Deum aliquid pudendum creasse dicamus. Cum enim nihil nisi opus Dei in homine tum extaret, de eo saltem erubescere hominem non decebat, nisi Deo vel sapientior vel honestior haberi voluisset. Ut hic pudor à peccato venerit, ejusque justa sit vindicta in homine, qui *cum superiorem dominum suo arbitrio deseruerat, jam nec inferiorem famulum ad suum arbitrium tenebat.* Aug. de Civ. Dei lib. 13. c. 13.

*Et hypo-
crisis pecca-
tum te-
gente.*

VI. Cum hac nuditatis conscientia ostendit sese etiam in homine hypocritis in peccato tegendo. *Audiens enim vocem Jehova Dei, ab ejus facie sese abscondebat inter arbores horti,* Gen. 3:8. qui non exiguus sapientiæ defectus erat, ac si inter arbuta vigilem Dei oculum fallere potuisset. Cumque ipsum in secreto suo Deus deprehendisset, primum, quod roganti ipsi respondebat, mendacium sonabat, dum dixit, sese latebras istas quæsiisse *eo quod timuerit, quod nudus esset,* v. 10. Cum tamen fugæ causa esset peccati conscientia, & pœnæ metus. Eademque arte, cum de peccato interrogaretur, in fœminam, quam Deus ipsi dederat, culpam omnem rejecit; atque hæc in serpentis dolos.

*Vnde pate-
scit in pri-
mo homi-
ne amissio
imagine
Dei, cor-
rupta*

VII. Ex quibus patescit, imaginem Dei protinus miserè corruptam ac prorsus fœdatam fuisse. Perierant enim præcipuæ ejus partes, ac in perfectissimâ tabulâ lineæ illæ, quæ solæ divinæ pulchritudinis erant æmulæ, sapientiæ videl. ac *rectitudo,* quarum illa ignorantia obnubilata, hæc concupiscentia corrupta erat.


*per igno-
rantiam,*

VIII. Ignorantiam ac stuporem prodidit in fuga illa, quam vidimus, & misero tegendi peccatum studio; quod, etsi stultum ac irritum, hinc omnibus tamen peccatoribus fatali quadam cæcitate familiare est; qui noctem peccatis scelerique obducere nubem, quam nec Deus ipse pervideat, sese posse sperant, accepta à primis parentibus labe ac exemplo. *Percussiet te Jehova amentia, & cæcitate & stupore cordis.* Deut. 28: 28.

IX. Atque ignorantia hæc porro etiam in aliis rebus Adamum secuta est. Non quod unico momento rerum omnium scientiam perdidit; sed quod recto isto habitu benè utendi ratione, ut non nisi bene perceptis assentiretur, orbatus fuerit.

X. Con-





X. *Concupiscentiam*, ejusque turpes motus, satis pudor & velamenta post lapsum quæsitæ testabantur; quæ tam valida est, ut veluti pondere quodam animam porro trahat, atque terræ affigat, ubi ea, cœlestis patuli expers, ad bona hæc inferiora tanquam ad vilem & degenerem partem abjicitur: nec unquam emergere potest, sed tanquam captivo motu sese in vinculis suis perpetuo jactat ac versat, nec unquam ad originem suam assurgit. Quæ justa peccati talio est, qua homo, dum nescio qua libertatis imagine illi servire noluit, cui naturaliter subjectus erat, jam in veram ac scdam servitutem, amissa libertate, præcipitatus est.

XI. Excusso enim casto illo amore Dei, qui hominem soli Deo, legitimo suo domino, subjectum, cætera autem liberrimum faciebat, successit perversus sui ac creaturarum amor, qui non amor, sed *concupiscentia* est, qua homo in perpetuum vincus tenetur: quæque ut animam verâ luce ac sanctitate spoliât, ita illicita omnia desideria in ea accendit, *corpuseque* ipsum & sanguinem, ac spiritus, tanquam arma & tela, contra eam movet. Sicut enim magno illo humani generis peccato univêrsus naturæ ordo turbatus & decore suo spoliatus est, & *creatura vanitati subjecta propter hominem qui subjecit illam vanitati*, Rom. 8:20. ita præcipue corpus, homini proximè conjunctum, eam labem passum est; jamque frænum pati indocile contra hominem ipsum insurgit, & pravorum affectuum officina & sedes quotidiano veluti bello hominem fatigat. Unde oritur miser animæ status. Etenim motus illi tam vehementes sunt, ut maximam partem à voluntate ex hoc solo quod velit, compefci ac tolli nequeant.

XII. Neque enim cum hac controversia, ut August. appellabat, & corporis ac spiritus pugna homo primum conditus erat. Neque, ut corpori lassitudo, fames, sitis, ita homini, corpore & anima constanti, licet singula naturales suas inclinationes habeant, istud inter diversos illos motus dissidium à primævâ origine adhæret. Non enim illa potuit esse hominis à Deo creati indoles, ut voluntas ejus secum ipsa perpetuo contenderet ac jurgaretur, atque alia vellet, dum proprios, alia dum corporis motus ac irritationes sequeretur. Naturalis enim ordo inclinationes istas represserat, & carnem ut inferiorem spiritui subjugaverat, nec illi effrenes istos motus, vagam libertatem, quam in brutis adhuc cernimus, indulferat; sed spiritui, ut rectori ac duci parere jusserat: at contrarium jam facit caro, non natura, sed prava consuetudine, quæ in naturam versa est.


*Qua tanta
mutatio in
homine
facta est
ex lapsu,
tum me-
ritorie,
tum effici-
enter.*


XIII. Facta autem est tanta in homine ex lapsu mutatio, tum *meritorie*, postulante hoc Dei iustitia; tum *efficienter*, dum tam scæda apostasia hominem de statu evertit, omnemque bonam mentem ipsi expectoravit. Ut hinc ad vulgarem objectiunculam responsio pateat, quomodo unico peccato tanta strages dari, atque universa natura corrumpi potuerit? Istud enim vel minimi peccati *meritum* est, ut hominem à Dei communionem amoveat, ipsiusque pacem & amicitiam rumpat. Homo autem extra Dei communionem positus, nullaque cœli luce collustratus, hoc ipso corruptissimus est, tantumque in cœno suo se volutat; dumque ipsum Deus ne minimo quidem aspectu dignatur, ab eo veluti neglectus, omnisque cœlestis opis exfors, nihil quoque boni præstare potest. Accessit & peccati ipsius *gravitas*, quod immane ac atrox valde fuit, atque ex eorum genere quæ vastantia vulgo appellantur; ut propria vi ac efficacia omnem rectitudinis habitum homini excutere, & mentis apicem in contrarium dirigere ac figere potuerit. Perfide enim à Deo defecit, sui que ipsius veluti idololatra divinitatem affectavit, & secundum à creatore in terris numen esse voluit. Imo hæc cujuscunque peccati ratio est. Sicut oculus sese à sole avertens, unico ictu ac motu perpetuas sibi tenebras facit, nec ullius luminis particeps est, nisi rursus ad solem accedat. Quod peccatori, Deo irato ac averso, impossibile est.

*Cum ima-
gine Dei
periiit quo-
que homi-
ni domini-
um rerum
externa-
rum.*


XIV. Hac imagine Dei perditâ, etiam dominio rerum externarum homo excidit. Peccator enim hæres Dei esse non potest, neque bonis ejus, ac si Deum sibi adhuc faventem ac sibi similem haberet, sese satiare. Unde impura homini omnia ac vetita. *Omnia quidem pura puris, inquinatis vero & infidelibus nihil purum. Sed polluta est eorum & mens & conscientia.* Tit. 1: 15. *Omne vero quod non ex fide est, peccatum est.* Rom. 14: 23. ipsaque rerum natura *invita* ipsi servit. Rom. 8: 20.

XV. Atque ita, instar dilapsæ in cineres facis, periiit quod pulcherrimum in homine fuerat; nec quidquam jam superest nisi infelicitis naufragii tabulæ, & rudera quædam ac reliquiæ, veluti in pictura fugientis imaginis tenues quædam umbræ; quæ non magis imago Dei dici possunt, quam imago hominis trunca ejus & vetustate exesa in paricte effigies. Quæ rudera tamen, tanquam pretiosæ olim vestis extremas oras, Deus asservere & superesse voluit, ut ex iis integræ olim imaginis præstantia agnosceretur: tum ut ab humano genere non omnis prorsus decor ac honestas abiret; verum illud tenui ista luce ad vitæ officia & commoda uteretur; utque contra eam peccantes eo magis inexcusabiles fierent: denique ut









ex istis veluti ruinis tandem novum opus extrueret, & *novam creaturam formaret ad eandem imaginem, ad quam prius eramus conditi.* Col.3:10. Eph.4:24.

XVI. Spiritualem hanc mortem comitata quoque fuit *corporalis*; quæ licet ipsi non fuerit omni suo modo mox inflictæ, cum Deus longanimitatem suam vellet exercere; ejus tamen prodromi, omnigenique vitæ hujus labores ac molestiæ statim sese ostenderunt. Atque huc tristis illa Dei in Adamum ac Evam lata sententia pertinet: quos etsi in gratiam acceperat, tamen in exercitiis istis castigatoriis peccati amaritudinem gustare, ejusque toto vitæ cursu pœnitentiam agere voluit.

*Mortem spiritua-
lem comi-
sata est
mors cor-
poralis: in
omnigenis
hujus vitæ
laboribus
& mole-
stis,
Eva &
Adamo
impositis.*

XVII. Evæ autem, quæ, qui prior in peccatum consenserat, etiam prima sibi *pœnas* denunciari audit, imponitur 1. partus dolor. Gen.3:16. *Multiplicando multiplicabo dolorem tuum, & conceptum tuum, in dolore paries liberos.* Qui quomodo in statu integro *ἀνώδυνος* futurus fuerit, nunc quidem ex naturalibus istius sexus non satis recte æstimamus. Nisi quod matrum fastidia, ac in emittendo dolores tunc abfuturos fuisse constat: quemadmodum etiam nunc in nonnullis, etsi paucis, accidit, iique in reliquis animalibus aut nulli, aut mitiores sunt: ut illi etiam si nunc ex naturalibus causis proveniant, tamen ad naturam non necessario ac per se pertineant. 2. subjectio sub viro. *Et ad virum tuum erit accursatio tua, præsto eris viro tuo, & ipse dominabitur tibi.* Quamvis enim mulier ex creationis lege etiam antea viro subjecta erat, cum *Adamus prior formatus sit, deinde Eva; atque non vir propter illam, sed hæc propter virum sit condita,* 1. Tim. 2:13. 1. Cor. 11:9. per lapsum tamen illa subjectio valde aggravata fuit; quæque antea mollis ac blanda erat, jam in pœnam conversa est, qua mulier, quæ se ipsam non rexit, ac virum præterea pellexit, jam regimini ejus ac imperio subjicitur; idque postquam imagine Dei spoliatus sæpe durum ac difficilem sese dominum præbet.

XVIII. Viri quoque pœna duplex est: prima ad vitæ hujus curriculum pertinet, in quo multo cum labore ac sudore versaretur, terramque cum molestia exerceat, quæ ipsa tam ingrato hospiti victum sæpe denegaret, & licet exulta ac subacta in fentes ac spinas sobolesceret. *Maledicta propter te terra, in labore comedes ex ea singulis diebus vitæ tuæ, spinam & tribulum germinabit tibi, & comedes herbam agri, in sudore vultus tui vesceris pane tuo,* v. 17, 18, 19. Ita homini, qui ante jucundo labore paradisum coluisset, nunc in proxima arva relegato labor, ut pœna, ac petulantis carnis frenum, imponitur; isque sæpe irritus & vanus, dum fru-

ctus agricolæ votis non respondet, ac inter nitentia culta infelix lolium & steriles dominantur avenæ. Quod saltem antea locum non habuisset, cum quidem spinis ac sentibus terra alibi inhorruisset, non autem Paradisus & loca culta, ac in fruges ac herbas vel naturæ ingenio, vel humana manu mansuefacta. Altera ejus pœna, sed quæ mulierem ἀνάλογως quoque tangit, vitæ hujus exitum spectat: *donec revertaris in terram, unde desumptus es: nam pulvis es, & in pulverem reverteris*, v. 19. Ubi mors corporalis ita vitæ hujus ponitur terminus, ut & ipsa pœna sit, tum omnium hominum, tum præcipue impiorum respectu, quibus illa graviorum pœnarum initium est.

3. Mors
aeterna.

XIX. Sed & eodem tempore, quo peccavit, factus quoque est reus *mortis aeterna*, quatenus separari meruit à summo bono suo, in quo æterna ipsius felicitas consistebat, factus *ἁδὸν*, & *ἁδὸν καὶ ἄβυσσον* positus, Rom. 3: 19. Gal. 3: 10. Mors enim spiritualis, quam mox à lapsu subiit, ab æternâ non differt, cum ipsa suâ naturâ æterna sit: estque mors æterna nihil aliud quam spiritualis illius mortis in inferno continuatio, cum cruciatibus & pœnis convenientibus.

Cujus reatus mani-
festabatur
cum con-
scientia
horrore,


XX. Ac duobus maxime argumentis ille mortis æternæ reatus in homine se ostendebat: cum horrore illa conscientiæ, quo homo, servi instar fugitivi, à Deo, *μὴ δὲ κτίστην* *fideli creatore*, quo cum antea tam familiariter & tam jucundè egerat, in aliquo horti secessu se abscondebat, ad omne adventantis ejus murmur pavitans & trepidus. Refert enim Moses, *audivisse ipsos vocem Jehovæ Dei itantem per hortum ipsum ad ventum illius diei: & inde abscondisse se Adamum & uxorem ejus à facie Jehovæ Dei in medio arborum illius horti. Inclamante autem Jehova Deo Adamum, & dicente, ubi es?* illum dixisse, *vocem tuam audivam in hoc horto: tre-*


tum expul-
sione ex
Paradiso,

mui, eo quod nudus sim, & abscondi me. Gen. 3: 8, 9, 10. tum actuali ex Paradiso expulsionem, & ab arbore vitæ exclusionem, quæ vitæ cælestis symbola ac fœderis pignora erant; quæ cum Deus homini eriperet, quid nisi ruptum fœdus, ac bonis ejus & benedictionibus omnibus hominem indignum ac exutum testabatur? Gen. 3: 22, 23, 24. *Et dixit Jehova Deus, Ecce homo est sicut unus ex nobis, cognoscendo bonum & malum! nunc igitur, ne extendens manum suam accipiat etiam de fructu arboris vitæ, & comedat victurus in seculum. Emisit itaque eum Jehova Deus ex horto Edenis ad colendam terram ex qua desumptus erat. Quumque expulisset hominem, instituit à parte anteriori horti Edenis Cherubinos, flammamque gladii sese vibrantis, ad custodiendum viam, qua ferebat ad arborem vitæ.*

narrata à
Mose,
Gen. 3:
22, 23,
24

XXI. Quæ





XXI. Quæ Dei sententia tres habet partes. Primo enim superbiam illis exprobrat, non sine acerbo irrisu, & *συνεργισμῶς*, *Ecce homo factus est sicut unus ex nobis!* quæ justa arrogantiae hominis poena est, cuius vanitatem ita prostitui decebat. Sicut &, præter superbos, idololatrias quoque in sacris Dei veluti illudentis ac indignantis risu excipi legimus. *Ite, & inclamate Deos quos elegistis, illi salvent vos tempore angustiae vestrae.* Jud. 10:14. *Et ubi sunt Dei tui, quos fecisti tibi? surgant, si sunt servaturi te tempore mali tui?* Jer. 2:28. *Stent, age, & servent se astrologi, qui contemplantur stellas &c.* Esai. 47:13. *Et illusit eos Elias, & dixit, vociferate voce magna quandoquidem Deus est, nam colloquium habet, aut, quia in secessu est, aut, quia via ipsi; fortasse dormit, & evigilabit.* 1. Reg. 18:27. Quæ duo peccatorum genera sunt, quæ Deo de cælo prospectanti, & mirabiles hominum tumultus intuenti peculiari sua vanitate veluti ludibrium debent. Quanquam hic ipse risus non sine stomacho & indignatione sit. *Sedens enim in cælis ridet, & Dominus subsannat ipsos. Tunc loquetur ad illos in ira sua, & in astu suo percellet illos.* Psal. 2:4, 5. Cum autem addit, *ut unus nostrum*, numerum pluralem, non honoris causa, ut nonnullis videtur, sed personarum in divina essentia trinitati significandæ adhibet.

Quæ sententia
1. Superbiam illis
exprobrat,

XXII. Dein exilium denunciat, *ne forte homo mittat manum suam, & deque arbore vitæ sumat, & comedat, & vivat in seculum,* v. 22. Quæ verba non proprie accipienda, sed *μυμητικῶς*; suntque præcedentis ironiæ continuatio. Nec rei ipsius respiciunt eventum (sacramenta enim peccatoribus & fœderis defertoribus nihil obsignare amplius possunt) sed stultam hominis cogitationem, qua impostero sibi imponere, & ex gustata illa arbore, velut opere operato, vel qualicunque justitia præstita, vitam sibi possideri potuisset. Et nolebat Deus, postquam homo fœdere exciderat, fœderis symbola ac pignora ipsi tractanda permittere: atque ipse quoque ablato è sinu ejus isto amoris Dei arrhabone ac pignore, sese morte dignum fateri debebat.

2. Exilium
denunciat,

XXIII. Atque hanc denunciationem sequitur ipsa hominis extra fortunata ista arva relegatio, & in alium veluti orbem, ac potius perpetuum exilium, expulsio: ubi longas inter calamitates dum vitam traheret, tristem suum ac universi generis sui casum deplorare ac plangere, ac Dei gratiam in promissio semine apprehendere solum curæ habere debuit. Quo ipsum omnia impellebant, dum extra se creaturas omnes, suum ob crimen, pristino decore spoliatas, ac mundi fata immutata; intra sese autem carnis

3. Actu illud ipsis infligitur.

tumul-

tumultum, intellectus tenebras, voluntatis fastigio ac regno suo evolutæ turpissimam servitutem & languorem, quotidie intueretur: quodque Deus miseræ ejus vitæ solatium adhuc dederat, in generis humani multiplicatione, illud vero in sobole sua, Abele & Caino, & sequenti nepotum serie, ad impietatem & vitia omnia prolabantium, corrumpi & amaroris plenissimum esse sentiret.


*Impedi-
mento, ne
redire in
Paradisum
possent, pro-
toplastis
fuere cu-
stodes ejus
Cherubim.*

XXIV. Collocavit quoque Deus ad horti custodiam angelos, quos Cherubinorum nomine Ecclesia Israëlita, ob formas in propitiatorii operculo, noverat; qui ardentis gladii laminam perpetuo versarent. Sive illa species gladii fuerit, visibili modo ab angelis ad horti aditum vibrati. Qua forma eos, ad judicia Dei exequenda missos, sæpius apparuisse legimus; Bileamo, Num. 22:22, 23. Josuæ, c. 5: 13. Davidi, 1. Chron. 2: 1:16. Ezechieli, cap. 9:2. sive, juxta Grotium, per flammantem gladium perpetuos ignes, & cavernas bitumine ac sulphure stagnantes, quales in Babylonæ campis scriptores produunt, intelligas. Quomodo & in Sodomæ agris pristini incendii reliquias ex bituminis magna copia agnoscere licet. Sive denique ista voce impropiè ignea Dei lex, qua Deus hominem Paradisi aditu prohibebat, additis legis vindicibus ac custodibus angelis, intelligenda sit. conf. Deut. 33: 2. *Jehovah, qui ex Sinai venit &c. & venit a myriadibus sanctis; a cujus dextra ignis legis ipsis extitit.* Putida enim sunt quæ Pontificii nonnulli de zonâ torridâ, quasi illic terrarum, & sub ipso sideris incendio, Paradisi sedes quærenda foret; vel audacius alii de purgatorii ignibus fabulantur. Sufficit nobis, hominis è Paradiso exilium cœlestis hæreditatis amissæ imaginem fuisse; ipsumque à cœlo, magisque à Deo suo, exulem, & *tanquam spem non habentem, ac ægeon,* & sine Deo fœderato ac amico, in mundo agentem Eph. 2:12. æternæque iræ ac maledictioni obnoxium, admonuisse, ut eo ardentius gratiam Dei, quæ in semine promisso ostentabatur, anhelaret & quæreret.

*Paradisus,
cum homi-
nem colo-
num am-
plius non
pateretur,
destructus.*

XXV. Sed & Paradisum ipsum, cum hominem colonum pati amplius non posset, nec, abolito prisco fœdere, ac superinducto novo, tale ejus symbolum perpetuo extare, ac ante oculos versari par esset, destructum esse multis, etiam ex Pontificiis, probabile, nobis autem certissimum est. Cum in Mesopotamiæ vel Armeniæ campis, ubi olim ejus sedes fuerat, nulla horti istius vestigia nunc extent: & per diluvii aquas, quæ toti terræ tam diu incubarunt, quicquid pristini decoris locus iste forte adhuc servaverat, prorsus corruptum ac extinctum videatur. Fieri enim non potuit ut hortus tam delicatus, servata loci venustate ac gratia, perpetuum virens





ac florens, nulla frondium ac comarum dispendio, annum ferme integrum sub aquis perdurasset; cum vel firmissima ædificia eo tempore, laxatis compagibus, fatiscere ac collabi deberent. Ad miracula autem confugere, extra Scripturarum auctoritatem, ineptum est. Ut meræ fabulæ sint, à Judæis, peritissimis talium mercium mangonibus, primum haustæ, quæ Pontificiorum magna adhuc pars de Enocho & Elia somniant, quos in Paradiso adhuc attineri volunt, donec in ultima mundi senectâ in terram reduces Antichristum oppugnaturi ac Judæos conversuri sint. Quibus firmandis perperam adducunt locum Mal. 4: 5, 6. *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Jehovæ magnus ille & terribilis: ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipsorum; ne veniam & percutiam terram anathemate, & ex Apocryphis Eccles. 4: 17. Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, ut det gentibus poenitentiam; sed corruptum; in Græco enim nulla Paradisi fit mentio: & Apoc. 11: 3. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt dies mille ducentos amicti saccis.* Cum Paradisi nulla istis locis mentio existat, quæque ibi narrantur, alium longe sensum habeant, nec in Enochum vel Eliam quadrare possint.

XXVI. Cum autem omnes has pœnas commeritus sit homo, ac partim pertulerit, dubium hinc oritur, *an primi parentes damnati sint?* Quod temere nimis inter veteres quidam affirmarunt, præsertim Novatiani, id in hæreseos suæ firmamentum rapientes; alii autem addubitarunt, quia in fidelium catalogo, Hebr. 11. quem ab Habele Apostolus demum exorditur, non comparant. Sed falso. Mox enim post lapsum in gratiam recepti leguntur: & primæ promissionis auditores fuerunt, cui procul dubio fidem habuerunt, cum secuturo mundo ejus veluti obsides, & divinæ gratiæ amplectendæ posteris suis auctores ac exemplar fuerint. Unde & Eva, post lapsum, nomen *matris viventium* sortita est, quod ab Abele & Caino certe, quos infausto partu ediderat, vel universâ posteritate quam in mortem omnesque calamitates genitura erat, accipere non potuit; sed à longe meliori semine, cujus mater existere non potuisset, si divinam promissionem non ante fide acceptasset. Sed & nomina quæ liberis deinceps imposuit, præsertim illustre illud Caini, quem tanquam maximum Dei donum amplexa, & in infante isto vel ipsum semen promissum, vel ejus saltem venturi pignus sese tenere existimans, ea ipsâ à re denominavit; ut & Sethi, ac aliâ, quæ testabantur ipsam de progenie ac posteritate sua non desperare; ut & sacrificiorum oblatio, quam ex speciali

Q. an primi parentes damnati sint?
 2. f. p. 3. (c.) : 15
 6.


fiduciâ factam in Habele ipsorum filio constat, cum *fide potius sacrificium præ Caino obtulit Deo*, Hebr. 11:4. quid nisi fidei ipsorum manifesta professio fuerunt?


*Hi peccati
effectus ex
Dei beni-
gnitate
variè mi-
tizati:*

XXVII. Atque hi peccati effectus in primo homine mox sese ostenderunt, ac exinde porro in posteros ejus derivati sunt. Qua in re tamen, ex Dei benignitate ac amore in genus humanum, multiplex se ostendit moderatio, dum iram suam variè temperat, & tum internis, tum externis beneficiis istam non unius generis mortem diluit, ac peccatori non falsam spem gratiæ facit, & ad sese quærendum interim invitat. Non enim, ut perfectiones suas demonstret Deus, peccatum omnibus modis & quantum potest punire tenetur; sed *χάρις* potius ac *χρηστότης* ejus est, beneficentia ac patientiâ uti, nec humanum genus, protinus ac conditum esset, unius ob noxam penitus abjicere.

*quoad
mortem
corporalem.*

XXVIII. Quoad mortem enim corporalem, non exigui amoris erat, quod, lata jam mortis sententiâ, non voluit hominem primum, omneque hominum genus mox extinguere. Inde non solum primi hominis vitam ad longissimum tempus protraxit, ut diu rebus humanis præesse, eosque qua pollebat sapientia regere, & tradita sibi cœlestia oracula ad posteros transmittere posset; sed & mundum adhuc, quamquam impium, & conditori suo rebellem, nec ipsum ut decet agnoscentem ac colentem, sed blasphemantem potius & abnegantem, per tot annorum millia tolerat, & quotidie de cœlo visitat, quanquam in universali ista corruptione vix quicquam in eo supersit quod ipsi placere possit. Duratque etiamnum semel à Deo constitutus ordo: præsertim in hominum generatione, cujus leges gratiosè conservat, atque ad vagas & incestas libidines, quas sterilitate ulcisci posset, tamen prolem indulget. Quin & externa quælibet bona, & vitæ commoda, ac solatia peccatoribus largitur, nec ad necessitatem solum, sed & ad delicias mensam ipsorum instruit. Ut bonis istis juste ac pleno jure uti possint: non quidem quoad jus spirituale, & in Christo, secundum bonam conscientiam; isto enim respectu, cum amicitia Dei careant, etiam bonis ejus exciderunt, nec ad ea jus habent; sed tamen quoad jus quod ipsis ex indulgentia Dei nascitur; cum creaturæ Dei sint, quas iis, quibus in hoc mundo vitam pro misericordia sua prorogat, etiam utendas proponit: ut peccatores eas accipere possint, cum Deus eas veluti manu sua ipse tradat & offerat, & in mundo exponat. Licet enim in abusu creaturarum sæpissime peccent, quod cum gratiarum actione eas non usurpent, & ad luxum plerumque iis abutantur; in eo tamen quod rebus





rebus à Deo datis simpliciter utantur non peccant, nec in eo culpandi sunt. Quibus Deus ostendere voluit, se habere consilium gratiæ, ac propositum miserendi, & quosdam saltem ad vitam æternam reducendi; unde una cum vita omnem spem gratiæ homini præcidere noluit, sed potius longanimitate ista homini misericordiæ non levem tantum suspensionem, sed & spem dedit. Reprobis autem etiam istis beneficiis se testatum reddere voluit, ut non haberent quod Deum accusarent ut imitem, vel crudelem, cum vel ad fastidium bona sua iis offerat, ut non nisi propria libidine perire possint.

XXIX. Circa mortem spiritualem non leve temperamentum est, quod *spiritus-* imaginis suæ reliquias, ac extremas saltem lineas, & pretiosæ istius tabule-
lem, fragmenta, in homine superesse faciat, è quibus veluti emorientibus radiis pristinæ lucis splendor & gloria agnosci queat. Qualia sunt in intellectu rationis ac humanæ sapientiæ usus, in voluntate summi boni amor, ac languentis animæ sitis, quæ nullâ re terrena satiari potest; quin & virtutum simulachra, & artium ac disciplinarum adinventio, quæ vitæ humanæ multa commoda & ornatum ac decus addunt. Quo etiam pertinet multorum peccatorum ac scelerum in ipsis infidelibus impeditio, ac *παιδεία ἐθνῶν* disciplina gentium, Psal. 94: 10. Qua cœlestis censuræ severitate mundus hic continetur, ne hominum societates ac cœtus, quibus nihil beatius in hac mundi corruptione dari potest, divellantur, ac in mera latrocinia degenerent. Ut enim Deus humanum genus amat, ita præcipue benè ordinatos eorum cœtus, hominumque mutuo se amantium ac juvantium conventus, quas politias vocamus, curat. Hinc parentum, magistratum, dominorum auctoritatem tuetur, istisque veluti repagulis peccatorum ac miseriæ cursum aliqua ex parte morari ac impedire solet.

XXX. Tandemque, etsi mortem æternam non auferat, tamen vasa *et æter-* iræ, ad interitum præparata, sapientissimis modis regit, suamque *nam.* ac perfectiones omnes variè ostendit. *Χρηστότητα* Si verò volens Deus ostendere iram *et* notam facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vasa iræ aptata ad interitum; *et* ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit ad gloriam: non habet potestatem? Rom. 9: 22, 23. Aut divitias bonitatis ipsius *et* tolerantie ac longanimitatis contemnis: ignorans, quod bonitas Dei ad respicientiam te ducat? Rom. 2: 4. tandemque pœnas ipsas ita temperat, ut peccatum non omnibus modis puniat quibus puniri potest; & sicut bona opera ultra condignum remunerari, ita peccata citra condignum vindicare soleat. K k k 2 CA-

CAPUT IX.

De peccato Originali.

Primæ
peccati ef-
fectus in
nobis.



I. Non stetit autem in primo homine primævæ transgressionis labes; sed, cum ille communis mundi parens ac princeps esset, in universam sobolem ac posteritatem ejus propagata, hinc omnes porro homines reos fecit, ac sub κατάρα posuit. Quem peccati hujus in nobis effectum consideraturi, agemus de peccato, cum *originali*, tum *actuali*, tum de statu illo veluti peccati hinc orto, quem liberi *arbitrii servitutem* appellamus.

Peccati
ORIGI-
NALIS
vox

II. Peccati *originalis* vox in Scripturis non reperitur, sed ecclesiastici usus est, ut multæ aliæ; ab Augustino aliisque scriptoribus eum secutis adversus Pelagianos frequenter usurpata, ad nativam luem exprimendam.

complecti-
tur rea-
tum
& labem.

III. Vox autem illa duo complectitur: tum *reatum*, quem ab Adamo habemus, τὸ κρίμα, *meritum judicii*, quod est ἐξ ἑνὸς εἰς κατήραρα, *in condemnationem*, quia judicati sunt in eo omnes peccasse, ut loquitur Apostolus Rom. 5:12, 16. tum ipsam illam *labem* nobis inhærentem. Prius peccatum originale *imputatum*, posterius *inherens* dicitur.


Imputatio
peccati in
quo conse-
stat?


IV. Quæ *imputatio* non tam in eo consistere videtur, quod ipsum Adami peccatum, ipseque ille actus, & veluti fructus degustatio, nobis irrogetur; cum nemo alterius voluntate nocens fieri possit: sed potius in eo, quod propter conjunctionem quam cum Adamo habemus, cum naturæ, tum præcipuè fœderis Dei respectu, postquam ille peccavisset, jam rupto Dei cum universo genere humano fœdere, nos quoque ejus liberi, cujuscunque illius fortunæ hæredes, extra Dei amicitiam nascamur, nec Dei amplius, sed Adami imaginem geramus; unde non nisi corruptissimi esse possumus. Quod cum non nisi ratione peccati istius primi nobis eveniat, non tantum *mediata*, sed & *immediata* ejus imputatio est, ut recentiores loquuntur.

Ejus ratio
nitiur
cum na-
tura,
tum fœde
re:


V. Ratio autem hujus imputationis est, tum *natura*, quam ab Adamo haurimus, quam nobiliorem nobis dare non poterat quam ipse habuit, cum ejus liberi ac pars simus: tum præcipuè Dei *fœdus*, non cum Adamo solo, sed cum universo genere humano initum; quod in primo parente violatum universam ejus sobolem eidem calamitati involvit.

VI. At-









VI. Atque ita Adamum considerandum fuisse, ut commune vid. generis nostri caput ac fœderis principem, ad oculum docet ipsa primi hominis historia, ubi bona malaque omnia ipsi ut publicæ personæ, quæ frequentis mundi exemplar ac veluti obfœs foret, tributa legimus; tum ante lapsum egregia illa, Dei imaginem, imperium in creaturas, matrimonium, legesque conjugales; tum etiam post lapsum omnes illas miseriae & calamitates, quæ exinde non illum solum, sed præcipuè posteros ejus afflictura erant.

unde Ad-
mus confi-
derandus
ut generis
humani
caput.

9f. 129.2
75. 15.

VII. Atque idem confirmat Scripturæ auctoritas, & imprimis insignis ille Apostoli ad Romanos locus, cap. v. ubi propria argumenti hujus sedes, v. 12. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον: quod sive veritas, in quo omnes peccaverunt, non insolenti Nov. Testamenti scriptoribus phrasi, qui & alibi ἐπι sumunt pro ἐν, ut in illis: Demittunt gratiam, ἐφ' ᾧ ἡ ᾠφελυκὸς κατεκείτο. Marc. 2: 4. Solummodo ἐπὶ βράμιασι καὶ πόμασι &c. Hebr. 9: 10. Ad redemptionem τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ Διαθήκῃ ᾠφελούστων, quæ sub priori Testamento erant transgressionum. Hebr. 9: 15. quo etiam ducunt antecedentia verba, ubi de uno & primo illo homine, deque tristi quem in mundum intulit comitatu, sermo est; quæ oratio continuatur; sive, quo peccante omnes peccaverunt, ἐφ' ᾧ (ἁμαρτανόντι) πάντες ἥμαρτον; quomodo ἐπι usurpatur Hebr. 9: 17. Testamentum enim ἐπὶ νεκροῖς in mortuis firmum est: sive denique non subjective, sed causaliter, eo quod omnes peccaverunt; in eundem omnia sensum exeunt; cum etiam vel ita necesse sit in eandem sententiam verba supplere, ac intelligere, eo quod (videl. in uno illo homine) omnes peccaverunt, cum Apostolus ab uno illo homine peccati pariter & mortis in mundo initium arcessat. Quod ita generaliter de universo mundo, deque omnibus hominibus etiam nondum natis dicere, cunctosque homines eidem reatu involvere nequivisset, nisi omnes in primo illo homine pariter peccati & mortis rei fuissent: præsertim cum moriantur etiam illi, qui nulla propria culpa obstricti communi tantum generis humani crimine tenentur. Ut frustra Pelagiani ad imitationis exemplum hæc verba restringant. Hoc enim in infantibus saltem locum non habet. Atque hoc porro innuit Apostolus v. 14. ubi mori etiam illos addit, qui non peccarunt in similitudine Adam, h. e. non proprio & actuali peccato; adeoque imputato: quod hic manifesto innuit Apostolus. Sed & eodem versu Adam τὸν ἑ μέλλοντα dicitur, typus futuri, h. e. Christi. Ut ergo Christus electorum suorum personam sustinuit in impletione legis, ita idem & Adamus fecit in ejus transgressione.

Talis etiam partium oppositio est v. 15. inter *unius offensam*, qua *multi* dicuntur *mortui*, & inter *donum gratiæ*, quod pariter est *unius hominis Jesu Christi*, quod *abundans* fuit *super multos*: ubi utrobique est imputatio. Pariterque v. 19. ubi simili modo *ex unius crimine multi dicuntur rei*; sicut *per unius obedientiam justii constituuntur multi*. Per *multos* autem illos, qui unius ex crimine crimen habent, patet intelligi omnes ab Adamo ortos; cum hi multi non opponantur aliis multis, qui ab eodem parente orti infontes remanserint, sed Adamo ipsi qui unus solum erat. Nec est quod in ea voce latebras adversarii quærant.

Imputatio primi peccati negata à Pelagianis & Remonstrantibus; ab aliis asserta, sed abnegata hominis per id corruptione.

VIII. Male ergo *Pelagiani* Adami peccatum à nobis alienum censent, nec ullo modo imputari posse contendunt. Nec satis rectè *Remonstrantes* pœnam istius peccati ad posteros transire, ex naturæ videl. humanæ conditione, quæ nunc omni bono gratiæ ac gloriæ veluti veste nudata sit; non autem ipsum peccatum, neque ideo nos reos ac peccatores coram Deo statui, docent: quod secum ipso pugnat. Sicut è contra alii, ut ante Lombardum *veteres*, & inter recentiores *Albertus Pighius* & *Ambrosius Catharinus*, peccatum originale ad nos transire, sed nulla relicta labe, voluerunt, nihilque aliud esse quam solam Adami inobedientiam nobis imputatam, nec ultra integritati nostræ nocentem. Quæ & olim *Remonstrantium*, dum peccatum illud videbantur agnoscere, sententia fuit.

Quare distinctius consideratur ejus corruptio- nis

IX. Consideranda ergo, præter imputationem, etiam *inherens* naturæ nostræ corruptio, & prava lues, quæ tum in Adamo, tum in posteris ejus remansit. Quod tanquam virus quoddam est, quod ab epoto veneno, vel depactis noxiis dapibus, in præcordiis postea defævit, hominemque perimit. Cujus permanentis noxæ 1. existentiam, 2. naturam, 3. propagationem Iustrabimus: quatenus nempe in privationem hæc omnia cadere possunt.


existentia, quæ assertur

X. Existentiam ejus tum *Scriptura*, tum *ratio*, tum denique *experientia*, ipseque sensus ac *conscientia* nostra testantur. Ut omni argumentorum genere hæc veritas, quæ inter Christianas veritates tanti ponderis est, confirmari possit.

ex Scriptura

XI. Ac *Scriptura* quidem illustri loco, Gen. 6: 5. *Vidit Deus quod plurima esset malitia hominis, in terra, & omne figmentum cogitationum cordis ejus tantum malum esset omni die.* & Gen. 8: 21. *Quia figmentum cordis hominis malum à pueritia ejus.* Occurrit enim iis locis *judicium ipsius Dei* de opere suo, sed corrupto & sædato: optimè autem potest





test figulus sentire de vasculo, quod ipse effinxit, inquit alibi *Hieronymus*. Nec de hoc vel illo solum peccatore, sed de *universo genere humano*. Idque, factò ante examine, & postquam de cœli arce veluti *prospexerat*, ac terras lustraverat. Idemque iudicium *bis*, iisdem ferme verbis repetit; non de mundo solum illo, quem ob scelera ultricibus aquis dele-re decreverat; sed & de novo mundo quem ex superstitè Noachi sobole profeminaturus erat. Ne quis per hyperbolem veteris sæculi flagitia exaggerari tantum dicat. Ac denique cœlestis hæc sententia tam gravibus verbis exponitur: intimi *cordis omnes cogitationes*, easque adhuc informes, eorumque primas veluti umbras & deformatiões ac *figmenta*, esse *mala*, & *tantum mala*, quin *malitiam* ipsam, à prima usque *pueritia* & origine. Ut non de actualibus solum & voluntariis peccatis ac primi mundi sceleribus hæc verba intelligenda veniant, ut adversarii excipiunt. Cum & de sequenti mundo illa iterentur, Gen. 8: 21. & fortia nimis, ac universalia sint, quam ut ipsam nativam labem non comprehendant. Quin potius, exposita corruptissimâ hominum istius ætatis vitâ, hinc ad ipsum mali fontem Scriptura ascendit (ut sæpe alibi, Psal. 51: 7. Ezech. 16: 4. *Et quod attinet genituras tuas, quo die genita fuisti, non fuit præsectus umbilicus tuus, & aquis non fuisti lota ad nitorem, vel ad jucundum aspectum meum, & saliendo non eras saluta, & fasciis non eras involuta.* Eph. 2: 3. *In quibus peccatis & nos omnes conversati sumus quandoque in concupiscentiis carnis nostræ facientes voluntates carnis & cogitationum: & eramus filii natura iræ; ut & reliqui.* Psal. 103: 14. *Nam ille novit figmentum nostrum; memor est nos esse pulverem.*) atque unde tam diræ cupiditates, & tanta sæculi impietas provenerit, exponit; ex vitiata nempe origine, quæ instar corrupti fontis non nisi noxias aquas continuo egerebat, & non secus ac incensa fornax flammam & scintillas undique jaçtabat.

XII. Accedit Psal. 51: 7. *Ecce in pravitate editus sum, & in peccato concepit me mater mea.* Quem locum etiam inter Judæos Aben Ezra & Sal. Jarchi de innatâ concupiscentiâ exposuerunt. Ut non ferenda Socini ac Anabaptistarum audacia sit, Davidem vel matris peccatum confiteri, vel hyperbole uti, & excusando proprio peccato, humanam fragilitatem deplorare, & ad communem hominum sortem, ad quam nati omnes sumus, ingemiscere. De proprio enim lapsu manifesto Propheta agit, & à peccato suo mundari petit: *Expiabis me hyssopo, & purus ero; lavabis me & præ nive albescam.* v. 9. *Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes pravitates meas dele.* v. 11. nec inanibus verbis abuti-

tur;


tur; neque in ἀνομιαίῳ illa ἑξομολογήσει Deo obmurmurat, ac providentiam ejus incusat, quod naturam nostram tam lubricam, & ad carnis tentamenta tam mollem finxerit: istæ enim gentilium querelæ, non vero sanctorum hominum fuere, qui operis Dei rationem, atque imbecillitatis humanæ originem & causas, melius edocti, in edenda peccatorum confessione longe sanctius se gerebant: sed *veritatem* ex animo & intimis sensibus se amare profiteretur, & potius sapientiam & gratiam ac fidem Dei exaltat, ut amoris ac misericordiæ ejus particeps fiat. *Nam defectio- nes meas ego novi, & peccatum meum coram me est semper. v. 5. Tibi soli peccavi, & malum in oculis tuis feci; ut justificeris, quando loqueris, & mundus sis, quando judicas. v. 6. Ecce veritate delectatus es in rebus, & in occulto sapientiam me facis cognoscere. v. 8.*

XIII. Quibus adde Job. 14: 4. *Quis dabit purum ex impuro? non u- nus.* Unde & idem sacer scriptor negat, filium *Adami*, muliere progna- tum, purum esse, aut justificari posse coram Deo. *Homo natus muliere brevis est vita & satur commotionis.* cap. 14: 1. & 15: 14. *Quid est homo deploratus, ut jus illi sit, & ut justus sit, natus muliere?* Et Prov. 22: 15. *Stultitia alligata est animo pueri:* quod etiam Rabbi Levi ben Gerson de stultitia adnatâ intelligit. Nec aliud innuebat *circumciso* infantium in membro genitali instituta, nisi corruptam ipsorum originem, cui hoc sa- cramento remedium parabatur: quod & baptismo infantium in Nov. T. peragitur. Et fatentur ipsi Judæi aliquo modo hoc naturæ vitium, ex an- tiqua Patrum procul dubio fide ac Catechesi, in homine יצר הרע *fig- mentum malum*, ponentes; & naturæ humanæ languorem ac veluti ta- bem aliquam agnoscentes; quamvis illam cæteroquin peccatum esse ne- gent. Denique confirmat idem Christi auctoritas, Joh. 3: 6. *Quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. Nisi quis nas- catur denuò, non potest videre regnum Dei.* Ibid. v. 3. *Amen dico tibi; nisi quis nascatur ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei.* v. 5. & Apostolus ita gentes natura peccatores affirmat, Gal. 2: 15. *Nos, natu- ra Judæi & non ex gentibus peccatores*, ut idem etiam ad suam gentem ac Judæos extendat. Eph. 2: 3. *Et eramus filii natura ira; ut & reliqui.*

ratione,

XIV. Nec refragatur *ratio*: cum enim Adamus generis humani parens ac sator, ejusque quasi radix foret, in ejus corruptione omne ho- minum genus vitiatum fuisse oportet. Radice enim putrefacta non nisi rami putridi proveniunt, qui eandem tabem spargunt ad alios ex se nascent-

tes





tes furculos: & scaturigine corrupta, omnes quoque rivuli putres aquas trahunt, ejusque veneni primordia ad ultimos usque latices derivant. Sic ipsa natura lege ac jure omnis Adami hæreditas ad posteros pervenit; atque ipse per peccatum corruptus, & amore terreno languens universæ posteritatis suæ corruptor evasit. Non enim dignum Deo erat, homini peccatori, nec quærenti semen Dei, sanctam sobolem dare, ac imaginem suam per vitiosam, ac scædam sæpe & varia libidine pollutam generationem, propagare ad ejus posteros; adeo ut peccator, ab amicitia & scædere Dei alienus, & stirps & caput foret seminis sancti.

XV. Probat hoc etiam *experientia*: quæ cum universum mundum *experientia*, corruptum esse doceat, ne uno quidem excepto, qui à nativa luce purum se ostendat, (vide Rom. 3: 10, 11, 12. *Sicut scriptum est: non est justus, ne unus quidem. Non est animadvertens, non est querens Deum: omnes declinaverunt; simul inutiles facti sunt; non est, qui faciat bonum, non est ad unum usque.*) universalem communemque vitii istius causam prodit; ipsamque naturam, quam à primo parente trahimus, in ipso ortu ac origine sua laborare, jamque tum ægram esse, arguit. Alioquin in tantâ mortalium turba vel unus inventus foret, quem nascentem benigniori sinu natura excepisset, quique ab ipsa origine sua purus & sanctus esset.

XVI. Ipse denique sensus ac *conscientia* nostra hoc confirmat: *con-* quæ vel ipsa rationis obstrepentis ac responsantis os occludit. Dum vide-*scientia*, mus, qualibus in tenebris, quantâque in caligine, hoc ævi quodcunque est transigamus; quam infirma & debilis sit voluntas, quæ reginæ instar humanæ vitæ præsidere deberet; & quanta affectuum sit rabies, qui ferocibus equis non absimilis, exturbata ratione, ceu auriga excusso, intemperanter ac sine modo vel in optimis quibusque lasciviunt: atque ipsi denique sensus nostri quantopere torpeant, semperque humi serpant, & in crassioribus objectis volutentur, nec unquam ad verum robur se attollant. Quid quod, quæ præcipua nostra calamitas cæterarumque causa est, indignum in modum, animam hanc ipsam, à primo ortus sui momento, ita corpori suo immerfam atque isto carcere veluti sepultam conspiciamus, ut vix ullam cogitationem, nisi occasione corporis motuumque ejus,ingat, quin & motibus ejus automaticis, quos regere ipsa debebat, ita obsequatur, ut tanquam funibus ac nervis quibusdam vincata videatur, à qua consuetudine ac servitute multi vix tota vitâ se extricant. Quæ profecto homini nobilissimæ creaturæ convenire non possunt, nisi Deum, cui vel minima opera sua placent, præstantissimo huic operi infensum

dicamus. Adeoque alii causæ & primævæ isti labi hæc adscribenda veniunt.

*Quam n-
iura cor-
ruptionem
negant
Iudei,
Pelagiani,*

*Sociniani
& plerique
Anabapti-
ste:*

XVII. Negant hanc naturæ corruptionem *Judei*, hærescon omnium: patres ac pigmentarii, qui quanquam promittunt ad peccatum & figmentum malum in homine concedant, peccatum tamen esse negant. Quos secuti sunt plerique fere extra Ecclesiam hæretici, imprimis *Pelagiani*, qui homines sine vitio ac reatu nasci, atque instar Adami ante lapsum suum, incorruptos in mundum prodire statuunt: ac Adamum peccantem non nisi exemplo posteritati suæ nocuisse, ac naturam nostram solum frequentibus vitiorum actibus corrumpi, & sola ejus peccati imitatione ream fieri, docent. Quæ per omnia *Socinianorum*, ac plerorumque inter *Anabaptistas* hodie quoque sententia est. Quæ & Scripturæ, & experientiæ, ut vidimus, repugnat; quæ infontem ac innoxium ex fingentis naturæ manibus etiamnum hodie exire hominem non admittit.

XVIII. Quæ enim ex S. S. litteris producunt, *infantes dici innocentes: Et fuderunt sanguinem innoxium, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum; quos sacrificarunt idolis Cananeis. Psal. 106: 38. Et ego indole-scere Nineva, urbi maxima, in qua sunt amplius duodecim myriades hominum, qui non dignoscant dextram suam a sinistra sua, & pecudes multa?* Jon. 4: 11. *quin & sanctos: Liberi vestri impuri essent. Sed sancti sunt.* 1. Cor. 7: 14. non simpliciter intelligenda sunt, sed tum comparatè quoad adultorum scelera & flagitia; tum de sanctitate, non inhærente, sed relativâ ac fœderali, phrasi Judaicâ, *in sanctitate nati sunt*, h. e. non Ethnici, sed Christiani: quam tamen ipsam sanctitatem non ex naturâ, sed ex gratia ac fœdere Dei habent. Quod addunt: corruptionem hanc, si qua poneretur, *non esse voluntariam; neque etiam legem ullibi istam naturæ infirmitatem ac languorem vetare*, adeoque nec esse peccatum; partim supra excussum est, partim ipsis legis verbis adverfatur; quæ cum incontaminatum ac omni ex parte integrum Dei amorem postulet, apertis verbis istud concupiscentiæ adulterium proscribit: *non concupisces.*

*extenuant
Pontificii;*

*quibus affi-
nia docent
Remon-
strantes.*

XIX. Extenuant illam *Pontificii*, dum concupiscentiam esse naturæ quandam ægritudinem ac infirmitatem, non autem propriè peccatum, præsertim post baptismum acceptum, statuunt. Sicut concilium Tridentinum illam in regenitis esse peccatum expresse negat, contra Apostolum, Rom. 7. quibus affinia *Remonstrantes* habent: inter quæ Episcopus docuit, hominem quidem per sese parum ad beatitudinem aptum ac idoneum esse; sed tamen nihil in ipso esse, quod peccatum proprie dictum,





vel Dei odio dignum, vel peccati pœna fit; nec etiam esse ipsum adeo corruptum, quin doctrina ac promissis excitari & ad Deum reduci possit.

XX. Naturam autem ejus quod attinet, dicit peccatum istud totius naturæ vitium & à recto ordine deviationem, à primo ortu, primisque mentis cogitationibus, ei adnatam. Consistitque in eo, quod homo ita anima ac corpore sit constitutus, ut à materno utero, primaque utriusque unione, non nisi stulta cogitet, & ad terrestria pronus vix quicquam ultra motus corporeos somniet, nec divina ac cœlesti ulla re afficiatur. A quâ actuali à Deo aversione, & ad carnalia inclinatione, quam in ipsis operationis suæ primordiis patitur, quamque repetitis jugiter actibus confirmat, talis vitiosus habitus, ac concupiscentiæ dominatus ac scœda illa animæ macula exoritur, quam corruptionem originalem appellamus. Ita ut hic etiam locum habeat, quod homo prius actu quam habitu se corrumpat; & à primarum cogitationum labe omnis porro naturæ corruptio derivata ac confirmata fuerit.

Hujus corruptionis natura,

XXI. Habet autem ea corruptio duas quasi partes, aversionem animæ à bono, & inclinationem ad malum, seu concupiscentiam; quarum illa *αποστρεφω* seu privativè: *Omnes declinaverunt; simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est ad unum usque.* Rom. 3:12. hæc *ἡλικω* ac positivè in Scripturis exprimitur. *Video autem aliam legem in membris meis belligerantem adversus legem mentis meæ, & captivantem me legi peccati, quæ est in membris meis.* Rom. 7:23. *Et vidit Dominus quod multa esset malitia hominis in terra, & omne sumentum cogitationum cordis tantum malum esset omni die.* Gen. 6:5. Quæ non ita differunt, quasi non utrobique sit privatio; sed quod ibi absit habitus bonus, hic adsit quidem habitus, sed qui non in rectum exeat, verum perverso objecto se applicet ac corrumpatur. Est ergo hic positivum non nisi logicum, & solo vocabulo tale; quo Scriptura utitur, tum ne peccatum illud pro mero nihilo & merè negativo habeamus, tum ut perniciosissimos illius effectus consideremus.

duabus partibus constans.

XXII. Subjectum inhæfionis est *totus homo*, tum animâ, tum corpore. Unde menti cœcitas, voluntati perversitas, & corpori denique ac membris rebellio infanque impetus tribuuntur: *Animalis homo, spiritu rectore destitutus, non recipit, approbat & admittit, ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim ipsi sunt. neque potest ea cognoscere; quia spiritualiter examinantur & dijudicantur.* 1. Cor. 2:14. *Reliquæ gentes ambulanti in*

Subjectum ejus, in se, totus homo,

(non sola
anima
dars infe-
rior ut
Pontificii
volunt)
extensivè
omnes
homines.


etiam bea-
ta Virgo.


vanitate mentis suæ, obtenebrati cogitatione, quia sunt abalienati à vita Dei, propter ignorantiam, quæ in ipsis est, propter obdurationem cordis ipsorum. Eph. 4: 17, 18. Neque sistatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed sistite vos Deo, ut ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo. Rom. 6: 13. Ut male Pontificii, soli animæ parti inferiori ac ignobiliori, folique sensualitati, ut appellant, vitium adscribant, illæso mentis ac voluntatis apice: cum eadem sit anima quæ sentit & quæ intelligit; ut ea præcipuâ sui parte sana, aliâ vero ægra concipi non possit.

XXIII. Extensive ejus subjectum sunt *omnes homines*, omnes videlicet Adami posterii, sine ulla exceptione: *Quod natum est ex carne, caro est.* Joh. 3: 6. *in quo*, uno homine, Adamo, *omnes peccarunt.* Rom. 5: 12. *Quemadmodum enim in Adamo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur.* 1. Cor. 15: 22. Frustra Pontificiis ferè omnibus, extra Dominicanos, obnitentibus, & beatam Virginem excipientibus, quæ ista labe intacta, supra communem humanæ naturæ sortem in mundum edita, nec ullius unquam peccati rea fuerit. Qui error à Canonicis Lugdunensibus, circa annum Christi 1136. ex immodico in Matrem Virginem cultu ortus & à Bernardo & Scholasticis isto ævo refutatus, tandem Scoti acumine ac auctoritate in scholis prævaluit, Franciscanis ac Jesuitis, contra Dominicanos, acerrimè pro eo nitentibus. Donec tandem litem illam, quam concilium Tridentinum, ob certamina Theologorum, definire non ausum, ambiguis verbis involverat, nostra ætate Pontifex Rom. è sede sua non sine orbis stupore decidit, & latâ sententiâ Virginem ab omni nativitatis labe absolvit, idque pro Ecclesiæ dogmate credi in posterum jussit. Cum tamen Bellarminus ipse opinionem hanc incertam & inexploratam esse fateatur; imo & Mariam Christi sanguine expiatam dicat: quo ipso peccatricem & ream fateri debuit; cujus rei etiam in Evangelica historia manifesta indicia sunt; quod fidem suam in Deum Servatorem testetur: *Exsultat spiritus meus in Deo Servatore meo.* Luc. 1: 47. quod veteris legis sacrificia, quæ non sine peccati confessione fieri poterant, peregerit; sicut & quotidiana prece Deum adire, & commissorum veniam petere non dedignata est, solemnibus istis verbis, *remitte nobis debita* &c. imo quod à Filio increpata legatur. *Dicit ipsi Jesus: quid tibi & mihi, mulier? nondum venit hora mea.* Joh. 2: 4. conf. Marc. 3: 31. & seqq. quod denique quascunque vitæ ærumnas & calamitates, velut amaros peccati fructus, non leviter delibaverit, sed ad plenum per gustaverit.









XXIV. Solus autem excipiendus ab hac labe Jesus Christus, qui cum in Adamo numeratus non fuerit, neque scæderis (erat enim alterius scæderis caput) neque naturæ respectu, cum miraculo natus, nec vi primævæ benedictionis: *Crescite & multiplicamini & implete terram*, Gen. 1: 28. sed gratiosæ promissionis, *Semen mulieris conteret te*, serpentem, quoad *caput*, Gen. 3: 15. in mundum venerit; à communi ista forte eximius, atque ab utero sanctus & purus fuit. *Spiritus sanctus veniet super te & virtus altissimi inumbrabit te. ideo etiam, quod nascitur, sanctum vocabitur filius Dei.* Luc. 1: 35.

exceptio
solo Iesu
Christo.

g. p. 2. c. 2. 15.

XXV. Sequitur peccati hujus *propagatio*; cujus ratio etsi occulta & *Primi peccati PROPAGATIO* ferè inexplicabilis sit, nihilominus tamen certissima est, atque hoc prope modum modo concipi posse videtur.

XXVI. *Animam* quod attinet, quæ præcipua hujus peccati sedes est, ea cum in Adamo censita, ejusque lapsu rea facta sit, à Deo, considerato non tantum ut creatore, sed & ut iudice, creatur nuda ac investis, sine spiritali isto decore ac ornatu, ut par est peccatoris prolem ac stirpem prognasci. Quæ Dei quidem respectu justissima peccati pœna, hominis autem ratione, qui sanctus ac creatori similis esse debebat, maxima culpa est. Neque Deus magis in talis animæ productione accusandus est, quam in peccatricis animæ conservatione; quod cum circa unum hominem decore, & cum bonitatis suæ laude, facere possit, cur non & majori beneficentia uti, atque humanum genus, jam corruptum, ejusque stirpem & sanguinem, per longam nepotum seriem, isto in statu conservare ac propagare possit? Quæ humani generis conservatio continuam novarum animarum, non Dei, sed hominis defectoris imaginem gerentium, creationem dicit; adeoque Deo non indigna est, ut potius misericordiam ac longanimitatem ejus testetur. Anima autem ita primæva sua pulchritudine orbata, cum actuosa sit, ac necessario cogitationes suas exerceat, nec in agendo cessare possit, variisque dotibus polleat; eæ cum in rectum exire nequeant, hoc ipso pravæ ac distortæ, & vanitatis ac stultitiæ plenissimæ sunt.

& quoad
corpus

XXVII. Accedit & *corporis* contages, cujus vitium Adami ac Evæ pudor jam ab initio fatebantur. Ista autem sanguinis ac spirituum intemperies, omnisque ista peccati armatura, naturali generatione profeminatur. Cumque anima, mox ac creata est, tabido isto sinu excipitur ac immergatur; recensque adhuc nec ullo cogitationum usu firmata, cognati corporis motus & impetus sentiat, atque absque illis in tenera ista ætate vix

ullas cogitationes formet, hinc patet quantopere ipsa à corpore corrumpatur, ejusque tandem serua evadat; quod ipsissimum concupiscentiæ regnum est.

XXVIII. Denique anima à primordio jam ægra, seque regere nesciens, non in corpore solum, sed & *in mundo*, tanquam communi valetudinario, ponitur: ubi cum non nisi mala exempla videat, quæ eam undique obsident, & potentissimis illecebris ad malum impellunt, hinc ipsa nullis præfidiis munita, inermis instar sceminæ raptori cuicumque expositæ, peccatorum omnium spoliū ac ludibrium evadit; ac, jam antea corrupta, sese ipsam ac mundum ipsum amplius corrumpit.

*fit, tum
per modum
meriti,
tum per
modum
efficientiæ
cujuscun-
que realis.*

XXIX. Propagatur itaque peccatum ab Adamo, tum ad modum meriti, quatenus est pœna; tum per modum efficientiæ cujuscumque realis; qualis nempe efficientia in privationibus locum habere potest, quarum una sæpe est causa alterius. Ex solo autem primævo Adami peccato hæc labes in progeniem ejus transit, quia eo solo scædus Dei violatum fuit. Reliqua enim Adami peccata non tam naturæ quam personæ fuerunt, nec magis ad posteros transeunt, quam personalia ejus vel corporis vel animæ dona.


*Cum pec-
cato tran-
sit & pœ-
na.*

XXX. Cum peccato autem simul pœna, omnisque mortis reatus in omnes homines transit. *Amen, amen dico tibi, nisi quis nascatur denuo, non potest videre regnum Dei. Joh. 3: 3. Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. v. 6. In quibus peccatis & nos omnes conversati sumus quandoque in concupiscentiis carnis nostræ facientes voluntates carnis & cogitationum: & eramus filii naturæ iræ; ut & reliqui. Eph. 2: 3. Scimus autem quod, quacunque lex dicit, sis, qui in lege sunt, dicat, ut omne os obturetur & obnoxius fiat omnis mundus Deo. Rom. 3: 19.*

*Quam ve-
ritatem
vario &
adultero
colore in-
crustant
adversa-
rii.*

XXXI. Quæ, cum negare prorsus non possint adversarii, varie iterum incrustant, & adultero colore linunt: dum *vel* mortem non peccati, sed naturæ sequelam esse ajunt, ut Pelagiani, quod supra excussimus. *Vel* effectus quosdam primi peccati, hincque orta mala, universum mundum occupasse concedunt; verum illa in posteris non pœnæ propriè, sed tantum naturalis conditionis, rationem habere; quæ humanæ naturæ è pristino fastigio lapsæ nunc naturaliter debeatur: ut Sociniani; quod secum ipso pugnat: quod enim à primo peccato ortum in omnes transit, quia omnes in uno peccaverunt, necessario pœna est. *Alii* pœnam, quæ nobis ex Adami culpa incumbit, non æternam, sed tantum temporalem esse volunt; ut cum Socinianis Anabaptistæ errant. Quod itidem inane est, cum





cum peccati pœna non alia sit quam una, mors vid. æterna. Cumque aliquam peccati pœnam concedant, quid vetat omnem concedere? unde Remonstrantes has pœnas nonnihil augent, & æternas, saltem damni pœnas inde humano generi incumbere dixerunt.

XXXII. Atque hæc effata præsertim *infantibus*, etiam infidelium, applicatum ivere, quos ab omni omnino pœna liberant cœloque adscribunt Anabaptistæ, aliique ex Pelagii sobole: Pontificii autem pœnam solum damni iis infligunt, & infantes omnes non baptifatos limbo cuidam ac viridario, propter stygiæ ripæ marginem, includunt: non aliter ac olim Pelagiani, inferno eos eximentes, distinguebant inter vitam æternam & regnum cœlorum. Quæ partim fabulosa, partim pugnantia, partim falsâ hypothesi nixa sunt. Nullibi enim Scriptura inferni Ditis regiam, & vasti istius carceris specus ac recessus, prætextosque iis limbos ac campos, ita describit, ut hi homines fecere, qui ut cœlum, ita & infernum metari, ac in sua spatia describere ausi sunt. Nec satis rationali creaturæ congruit, pœnam damni solum pati, non autem pœnam sensus; cum damni istius necessario conscia sit, illudque sentire, eoque cruciari summopere debeat. Denique quod infantes quoscunque non baptifatos huic pœnæ subijciunt, accepto ab Augustino errore, qui tamen non limbum aliquem, sed ipsos inferorum ignes, quanquam mitiores, iis assignavit, illud sacrorum signorum vim ac necessitatem nimis extollit, à quorum usu salutem omnino suspendunt; quæ à Dei fœdere ac gratiâ expectari solum debet.

C A P U T X.

De PECCATO ACTUALI:

I. **E**X peccato originali fluunt *actualia*; quæ corruptæ istius arboris & flores & fructus sunt, noxio succo radice venenum testantes. *Non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere.* Matth. 7: 18. *Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt adulterium &c.* Gal. 5: 19.

Ex originali fluunt peccata ACTUALIA.

II. Describi potest hoc peccatum, deviatio à normâ ac lege Dei: *Eorum qui in diuina est in diuina, & aberratio est defectio.* 1. Joh. 3: 4. Aut, *definitio cogitarum, dictum, factum, contra legem Dei.*

III. Discri-

Divisio,

III. Discrimen ac divisio eorum, sicut in privationibus fieri consuevit, ab opposita rectitudine commodissimè peti potest.

I. ratione partium, in peccata omissionis ac commissionis.

IV. Ac ratione *partium*, occurrit distinctio in peccatum *omissionis* ac *commissionis*: *Igitur qui noverit rectè facere, nec facit, is peccato tenetur.*

Jac. 4: 17. *Esurivi enim, & non dedistis mihi quo vescerer: sitiivi, & non dedistis mihi potum.* Matth. 25: 42. Quæ non diversæ peccatorum species, sed ejusdem peccati quasi partes sunt. Cum in omni peccato actuali simul ommissio ac commissio notari possit; quod vel omissionis appellatur vel commissionis, prout hæc vel illa peccati ratio in eo dominatur ac eminet. Atque inde etiam peccatum omissionis ad actualia refertur, quia moraliter loquendo nunquam sine actu ullo, vel præcedente vel concomitante, existit.

II. Sub-jecti, in peccata cordis, oris, operis.

V. Ratione *subjecti*, aliud est peccatum *cordis*, aliud *oris*, aliud *operis*: *Etenim hypocrita corde ponunt iram, non implorant, quando vinxit eos.* Job. 36: 13. *Ego vero dico vobis, quicumque aspicit mulierem ut eam concupiscat, jam adulteravit eam in corde suo.* Matth. 5: 28. *Nam ex corde egrediuntur cogitationes mala, cædes, adulteria, scortationes, furta &c.* Matth. 15: 19. Quæ tamen ita distinguuntur, ut se mutuo sæpe includant: Quæ enim opere patrantur, prius corde concepta fuere, atque ibi homo peccare incipit.

atque hæc, vel in corpore, vel extra corpus.


VI. Eodem respectu alia sunt peccata *carnis*, alia *spiritus*: *Purificemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus.* 2. Cor. 7: 1. Atque ista rursus vel *extra corpus*, vel ipso *in corpore* patrantur, illudque polluunt. Quod de scortationis probro Apostolus valide urget. 1. Cor. 6: 18. *Fugite scortationem. omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est, sed qui scortatur, in proprium corpus peccat.*


III. Ob-jecti, in peccata in Deum, & in homines

VII. Ratione *objecti*, vel *in Deum* peccatur, vel etiam *in homines*. *Patet, peccavi in cælum* (i. e. in Deum. vide Dan. 4. 26. *Regnum tibi firmum est, ex quo cognoveris, quod potestatem habeant cæli*) & *in tuo conspectu.* Luc. 15: 18. *Si quis in alterum peccaverit, judicabit eum Deus; sed si in Jehovam quis peccat, quis orabit pro eo?* 1. Sam. 2: 25. In Deum omne peccatum committitur propriè & formaliter, ac ratione offensæ: *Tibi soli peccavi, & malum in oculis tuis feci.* Psal. 51: 6. In hominem vero non nisi materialiter, ac damni & injuriæ ratione delinquitur.

IV. Modi, in voluntaria & involuntaria

VIII. Ratione *modi*, peccatum est vel *involuntarium*, ex ignorantia sc. vel *infirmirate* commissum: *Aberrationes quis intelligat? ab occultris absolve me.* Psal. 19: 13. qui Mofi error, (*Et expiationem faciet sacerdos*





cerdos super toto cœtu filiorum Israël, & remittetur eis, quia error est. *luntaria*, Num. 15: 25.) Tertulliano peccatum quotidianæ incurfationis appellatur: vel *voluntarium*, deliberatò & ex prava lubidine factum: *Etiã à* *protervis comparce servum tuum, ne dominantur in me; tum integer ero & mundus ero à defectione multa.* Psal. 19: 14. quod lex appellat, *peccare elatà manu*, pro quo non erat sacrificium: *Et anima, quæ fecerit elatà manu, sive ex indigenis, sive ex peregrinis, Dominum is contumelià afficit, & excindetur anima illa è medio populi sui.* Num. 15: 30. A quo discrimine, peccatorum & pœnarum gravitas aut levitas præcipuè dependet. *Quin etiã dico vobis: Tyro & Sidoni & terra Sodomorum tolerabilius erit in die judicii quam vobis.* Matth. 11: 22, 24. *Ille autem servus qui novit voluntatem domini sui, & neque se comparavit, neque fecit ex ejus voluntate, cadetur multis; qui verò non novit & fecit digna plagis, cadetur paucis.* Luc. 12: 47, 48. *Qui tradit me tibi, majus peccatum habet.* Joh. 19: 11. *Et inobediens extitisti judiciis meis ad improbitatem plus quam gentes ipsa &c. idcirco sic ait Dominus, Ecce me irruentem in te, me inquam, ut faciam in medio tui judicia coram oculis gentium &c.* Ezech. 5: 6, 8. Atque huc spectat quoq; discrimen peccati *regnantis*, & *non-regnantis*. *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediat in concupiscentiis illius.* Rom. 6: 12. *Peccatum enim vobis non dominabitur. non enim estis sub lege, sed sub gratia.* v. 14. *Nunc autem non jam ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum.* Rom. 7: 17. illud est, cui quis plenâ voluntate indulget, ac sese immergit; accedente speciatim legis impulsione: hoc vero, cui homo oblectatur, & per gratiam Sp. S. obnititur, vel antequam fiat, vel postquam jam vulnus accepit, quod pœnitentiâ lavat ac expiat. Quæ omnia ex iis quæ suo loco dicentur pleniorẽ lucem accipient.

IX. Ratione effectus, peccata alia sunt *clamantia*, alia *tolerantia*. *Aut divitias bonitatis ipsius & tolerantia ac longanimitatis contemnis: ignorans, quod bonitas Dei ad respicientiam te ducat? Rom. 2: 4. Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam tulit in multa longanimitate vasa ire aptata ad interitum.* Rom. 9: 22. *Clamantia* appellantur in Scriptura, non omnia peccata, quamvis magna, sed præcipue immania illa, quorum in Scripturis mentio: 1. Effusio sanguinis innocii. *Extat vox sanguinis fratris tui clamantis ad me à terrâ.* Gen. 4: 10. 2. Defraudatio mercedis operariorum. *Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, per vos interversa clamat: & vociferationes eorum qui messuerunt, in aures Domini Sebaoth introierunt.* Jac. 5: 4. 3. Rapina.

M m m

Nam

f. 231. 116.

v Effectus, in peccata clamantia vel tolerantia.

Nam lapis è pariete clamabit, & trabs è ligno respondebit illi. Hab. 2: 11.
 4. Concussio & oppressio viduarum, orphanorum, & pauperum. *Et dixit Dominus: videndo vidi passionem populi mei qui est in Ægypto; & clamorem eorum audivi propter exactores ejus, quia novi dolores ejus.* Exod. 3: 7. *Nullam viduam aut orphanum affligitore. Si qua afflictione afflixeris eum (nam si tantillum clamet ad me, utique exauditurus sum clamorem ejus) tum accensa ira mea occidam vos gladio.* Exod. 22: 22, 23, 24. confer v. 27. 5. Scelus Sodomiticum. *Dixit ergo Dominus: clamor Sodomæ & Gomorrhæ cum multus sit, & peccatum istorum cum grave sit valde, descendam nunc &c.* Gen. 18: 20.


Remissibilia vel irremissibile; quod est peccatum in Sp. S. quale illud sit?

X. Eodem pertinet distinctio inter peccata remissibilia, & speciale illud quod Scriptura dicit irremissibile, quod est peccatum in Sp.S. De quo videndum tum quale illud sit, tum cur dicatur irremissibile.

XI. Intelligitur autem hoc nomine non omne peccatum, quod in Spiritum S. committitur, quod in errorem quosdam induxit; nam hoc modo ab ipsis fidelibus persæpe peccatur: *Ne contristate Spiritum Sanctum Dei, quo obsecrati estis.* Eph. 4: 30. Neque Servator Matth. 12: 31; 32. illud simpliciter ita appellat, nec de peccato quolibet, sed de blasphemiam in Spiritum S. loquitur. *Propterea dico vobis, quodvis peccatum & blasphemiam remittetur hominibus: blasphemiam verò in Spiritum non remittetur hominibus. Et quisquis loquutus fuerit adversus Filium hominis, remittetur ei; quisquis autem fuerit loquutus adversus Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Ut hoc peccatum sit immanis illa blasphemiam, qua quis veritatem divinam, cujus vim in animo sentit, negat, blasphematur, oppugnat; & contra Spiritus illuminationem oculos claudit, mentemque roborat ac armat, luci ipsi cœlesti, cujus potentes radios ac ictum vel invitus sentit, iratus ac infestus. Unde appellationis ratio patet, quare peccatum in Spir. S. peculiariter appelletur; propter illuminationem videl. mentis, quæ cum auctore Spiritu contemnitur ac respuitur.

Irremissibile est

XII. Est autem peculiariter irremissibile (*non remittitur*, inquit Servator, *nec in hoc, nec in futuro seculo*, Matt. 12: 32. quod vel de Veteris ac Novi Test. sæculo; vel de futuro post resurrectionem ævo, ubi publica remissionis promulgatio ac præconium peragetur; vel simpliciter de non-remissione seu punitione perpetuâ ac æternâ intelligitur: (Conf. Marc. 3: 29. *Quicumque blasphemaverit in Spiritum S. non habet remissionem in æternum*, *his τὸν αἰῶνα ἡ. e. nunquam, sed tenetur æterno judicio.*) positum.





tissimum duas ob causas, 1. ob iustitiam Dei, quæ tantam à creatura sua ob Dei iustitiam, contumeliam sustinere, & peccatum tam atrox ac infandum, tamque protervè ac procaciter contra gratiam ac amorem suum commissum, negligere, ac in levi habere non potest: *Deus enim se irrideri non patitur*, Gal. 6: 7. *involuntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, non amplius pro peccato relinquitur hostia.* Hebr. 10: 26.
 2. ob ipsam peccati istius rationem, quod unicum vitæ medium, Christi & ipsam peccati istius rationem. sacrificium, abnegat, crucemque Salvatoris blasphematur & ridetur; ac sanguinem ejus, ac si nihil fieri esset, & vel perditissimi latronis, esset cruor, vilem ac immundum habet: atque quod ipsam denique gratiam ac operationem Spiritus, qua sola homo iste converti tandem deberet, infectatur & oppugnat. Hinc *peccatum ad mortem dicitur* 1. Joh. 5: 16.

XIII. Non facile autem de hoc peccato judicandum est: latet enim De hoc peccato non facile judicandum. plerunque persuasio ac convictio conscientia, quæ hic præ-requiritur; nec ipsa Spir. Sancti calumnia ac blasphemia adeo manifesta est. Hinc Christus Pharisæos non tam accusare, & reos agere, quam præmonere de hoc peccato quibusdam videtur, Matth. 12: 31. quod saltem de plerisque ipsorum verum est. *Jesus autem dicebat, Pater, remitte hoc ipsis, nesciunt enim quid faciant.* Luc. 23: 34. *Sed nunc, fratres, scio vos per ignorantiam ista fecisse, sicut & primores vestros.* Act. 3: 17. *Quam sapientiam nemo principum seculi hujus cognovit: nam si cognovissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent.* 1. Cor. 2: 8. Nec de Juliano Imperatore constat, quem veritatis Christianæ oppugnatorem fuisse certum est; an autem intimo animæ sensu de eâ convictus ac persuasus unquam fuerit, maxime incertum est, & contrarium potius videtur. Multo autem minus, & non sine injuria, Franciscus Spira isto in ordine locari debet; cum fidem Evangelicam non oppugnaverit, sed ex infirmitate abnegaverit, lapsusque suum longis lacrymis ac celebri pœnitentia deploraverit, & ut sperare licet, deleverit. *Epist. Gregor. ad X. in y. Anath. pag. 106 B.*

XIV. Impœnitentia finalis irremissibilis quoque est, non quia peccata de quibus pœnitentia non agitur, in se irremissibilia sunt, sed quia peccatorum cursum non sistit, adeoque eatenus illa irremissibilia reddit. Irremissibilis quoque est impœnitentia finalis.

XV. *Remissibilia* peccata quod attinet, perperam Pontificii illa dividunt in *venialia & mortalia*. Venialia autem appellant, non solum ex misericordiâ Dei, sed ex naturâ rei talia, quæ propter levitatem delicti veniâ non indigna sint, cum amicitiam Dei lædant quidem, non autem solvant ac extinguant. Ita illi ad humanum modum Dei offensas exigunt. *Remissibilia peccata Pontificii perperam*

4 f. 4 f. 57.
22.
4 f. 232. / 120.

*dividunt
in mortalia
& venialia.*

Hinc illa volunt magis præter voluntatem Dei, quam contra eam fieri; magis contra charitatem, quam contra expressos jussus legis; nec perpetua Dei irâ ac inferorum cruciatibus, sed castigatione ac flagello leviori, veluti à paterna manu; non morte, sed verberare digna; & peracto supplicio tandem veniam acceptura. Metiuntur autem illa partim ex materiæ parvitate, in qua offenditur; ut si quis obolum furetur: partim ex subito motu ac subreptione, quâ offusâ veluti nebula animi lux ac integritas libatur; ut in desideriis non deliberatis: partim ex proprio peccati genere; ut in verbo otioso. Atque isti fundamento & alios errores inædificant, ut hominis in hoc mundo perfectionem ac impeccantiam; dum à gravioribus videl. sese purum servat: tum & fictitiâ illa, confessionem auricularem, purgatorii ignes, sacramentalia, quæ vocant, aquam lustralem &c. quæ levibus istis noxis expiandis ac abluendis fervire volunt.

*Nos, qui
peccatorum
aqualitatem
non asse-
vimus,
omnia ta-
men ex sua
natura
morte di-
gna statui-
mus,*

XVI. Nos vero, quanquam peccatorum æqualitatem cum Stoicis non teneamus; tantundem ut peccet, idemque, qui teneros caules alieni fregerit horti, & qui nocturnus divum sacra legerit: cum peccata alia sint levia, alia gravia; atque aliud sit decem millia debere, aliud quadrantem: omnia tamen ex sua natura credimus morte & æternis suppliciis digna; nec ulla venialia nisi ex peculiari Dei gratiâ ac misericordiâ: quod tum Scriptura, tum ratione à Dei peccatique natura petita, firmatur.

*duce Scri-
ptura*

XVII. Huc enim spectat generale istud effatum: *Stipendia peccati mors.* Rom. 6: 23. Ac horrendum legis carmen, *maledictus* qui non *fecerit extare*, h. e. rata fecerit & impleverit *verba legis hujus, ut ea faciat: & dicet totus populus, Amen.* Deut. 27: 26. *Scriptum est enim, maledictus omnis qui non manet in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut ea faciat.* Gal. 3: 10. Quæ verba non de peccatis gravioribus, sed de omnibus agunt, quæ justitiæ ac postulato legis *fac hoc & vi- ves*, opponuntur. Unde Apostolus Jac. 2: 10. *qui in uno impegerit, omnium reus est.* Quod non de criminibus solum, sed de quibusvis delictis indefinite pronunciat: *quisquis in uno &c.* Unde vel *verbum otiosum*, Christo iudice, Matth. 12: 36. *peccatum est, deque eo ratio reddenda erit in ultimo iudicio.* Sed & ratio hoc evincit, cum omne peccatum gloriæ Dei adversetur, illamque in levi habeat, ac ordinem ab eo institutum conturbet; & vel minimum delictum perfectæ charitati ac illibato Dei amori repugnet, nec omnes ejus numeros ac gradus expleat, adeoque contra legem sit, quæ jubet Deum diligere ex toto corde. Unde Deus, qui peccato-

ri si-









ri similis nec esse, nec videri potest, ipsi sese amicum præbere, eumque tanquam bene meritum ad communionem sui admittere non potest; tum enim ipsi similis existeret. *Hoc fecisti, & filii, putasti quod omnino tui similis sis. Arguam te, aciem dirigam contra oculos tuos.* Psal. 50: 21. *Abnegare se ipsum Deus non potest.* 2 Tim. 2: 13. Extra Dei communionem autem ac amicitiam abjectum esse, ipsa mors est.

XVIII. Quæ vero adversarii ex Scripturis objectant, levicula sunt. *Objectio-*
 Nam Matth. 5: 22. *Ego vero dico vobis, quicumque irascitur fratri suo te- nes adver-*
merè, tenebitur iudicio; quicumque vero dixerit fratri suo Raca, tenebitur savorum
confessu; quisquis autem dixerit, fatue, tenebitur gehenna ignis, peccato- *solvuntur.*
 rum ac poenarum diversi quidem gradus, phrasibus ex iudiciis Hebræo-
 rum desumptis, traduntur, non autem aliqua ex sese ponuntur venialia;
 cum vel minimus poenæ gradus ibi capitalis sit. Et verba quæ sunt Matth.
 7, 3, 4, 5. *Quid autem spectas festucam qua est in oculo fratris tui, trabem*
vero que est in oculo tuo non animadvertis? aut quomodo dices fratri tuo,
sine ejiciam festucam ex oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita,
ejice primum trabem illam ex oculo tuo, & tum dispicies ut ejicias festucam
ex oculo fratris tui, ad summum delictorum imparitatem ostendunt, &
 proverbiali locutione nos monent, ab hypocriti cavere, sicque inter ho-
 mines agere, ut æquos ac mites nos præbeamus, nec scuticâ dignum horri-
 bili sectemur flagello, præsertim cum nos ipsi iisdem ac majoribus vitiis
 urgeamur. Atque 1 Cor. 3: 12. (*Quod si quis superedificet super funda-*
mentum hoc, aurum, argentum lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam)
 stipula ipsa in ignem conjicitur; nec venialia peccata, s. d. hæretica dogmata
 isto nomine patres intelligunt. Jac. 1: 15. autem concupiscentia adeo non
 à morte absolvitur, ut ad eam ducere ibidem dicatur: *cupiditas postquam*
concepit, parit peccatum; peccatum vero per actum parit mortem. Quibus
 verbis *ἀμαρτυρία* & peccati conceptus ac genitura, ejusque quasi cur-
 sus, tum ubi oriatur, tum ubi finiat, explicatur. Denique 1. Joh. 5: 16.
 distincto traditur inter alia peccata, & illud peccatum, quod peculiariter
 ad mortem est, quodque nunquam remittitur, nec pro quo etiam oran-
 dum est, quod est peccatum in Spir. S. *Si quis viderit fratrem suum pecca-*
re peccato, quod non est ad mortem, petet & dabit ei vitam: peccantibus di-
co non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget.
 Cum vero addunt, ne inter homines quidem leviculas offensas amicitia-
 m dirimere; male ad Deum hæc applicant; cum justitiæ divinæ ac hu-
 manæ rationes longe diversæ sint; Deo enim longe sanctius obligamur

quam hominibus. Imo cum contra homines propriè non peccatur, ibi propriè dicta iustitia puniens ne quidem locum habet.

Sociniano-
rum dog-
ma, solum
peccandi
habitum
cælo exclu-
dere.

ad quod
accedit
Episcopus.

XIX. Errant etiam Sociniani, dum non quemlibet vitiosum actum, sed solum peccandi habitum & consuetudinem cælo excludere ajunt: ad quos circuitu & variis distinctionibus usus accedit tandem Episcopus, ad quæst. 64. q. 18. Contra expressa loca: *Quisquis totam legem servaverit, impleverit autem in uno, damnatus factus est omnium.* Iac. 2: 10. *Quisquis solverit unum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Matth. 5: 19. *Nemo vos decipiat vanis sermonibus. Propter hæc enim venit ira Dei in filios inobedientia.* Eph. 5: 6. *Neque fures neque avari &c. regni Dei hereditatem possidebunt.* 1. Cor. 6: 10.

Ex multi-
plici hoc
discrimine
peccato-
rum patet,
neminem
vivere sine
omni pec-
cato:

cui repu-
gnat homi-
nis in hac
vita im-
peccantia,
quam ur-
gent omnes
Pelagiani-
antes.

XX. Atque ex hoc multiplici peccatorum discrimine patet immensus eorum numerus, quamque difficile sit ea prorsus evitare, & non alibi obhærere, inque laqueos & insidias eorum incidere. Unde nemo renatorum sine omni peccato vivit, quanquam Dei gratia sine crimine degat. Ut mera sint mendacia, fascinandis hominibus inventa, quæ Sociniani, Pontificii, omnesque Pelagii discipuli de hominis in hac vita impeccabilitate vel potius impeccantia docent, contra manifestam Scripturæ auctoritatem. *Nam non est, qui non peccat.* 1. Reg. 8: 46. *Si dicimus, quod peccatum non habeamus, nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis. Si dicimus, quod non peccaverimus, mendacem facimus eum, & sermo ejus non est in nobis.* 1. Ioh. 1: 8, 10. *Dixit stultus in corde suo, non est Deus: perdit egerunt, abominanda facinora commiserunt, non erat, qui faceret bonum. Dominus ex cælo prospectavit super filios hominis ad videndum, an esset animadvertens, quærens Deum. Quicquid est, recessit, pariter sorduerunt, non erat faciens bonum, non erat vel unus.* Psal. 14: 1, 2, 3.

C A P U T X I.

De S E R V O A R B I T R I O.


Ex peccato
orta servi-
tus LIBE-
RI A R B I-
T R I I.



Ost considerationem peccati originalis & actualis sequitur hinc ortus in homine peccati veluti status, & liberi arbitrii miserrima servitus; quæ ex primævo delicto nata, omnibus nunc hominibus, nisi gratiâ Dei sanentur, incumbit.

De

a l'rim bis gher Moulin schilt der yd.



De qua acturi considerabimus 1. liberum arbitrium in genere naturæ, seu *Quod consideratur*
 absolutè. 2. tum in genere moris, five relativè. *1. absolute, in genere natura.*

II. Mentis humanæ duæ omnino sunt facultates, pro diversis cogitandi formis, intellectus & voluntas. Illius objectum statuitur verum, hujus bonum : in illo affirmatio & negatio, in hoc desiderium & fuga ponitur. *Mentis humanae duae facultates. intellectus & voluntas.*
 Ac intellectus rursus duplex statuitur, theoreticus & practicus. Voluntas autem cœcam ajunt; unde ab intellectu regi, ejusque judicio subesse & determinari debeat.

III. Sed minus accuratè hæc digeruntur. Cum ad intellectum solummodo pertineat simplex perceptio, atque idearum repræsentatio & oblatio, qua luce tum universa anima illustratur. Qui primus mentis veluti actus est. Cæteri autem, qui consequuntur actus (licet dubium videri possit, an non præcedant voluntatis actus) voluntatis sunt, quæ, intellectus lumine accepto, circa quasunque porro res occupatur, tum circa verum, tum circa bonum, tum affirmando & negando, tum amplectendo & fugiendo. Unde non intellectus, sed voluntas potius duplex est, pro diversis actibus ejus, ac prout circa res vel contemplandas vel agendas exercetur. *Intellectus tantum est simplex perceptio, cæteri mentis actus sunt voluntatis.*

IV. Adeoque judicium non ad intellectum, sed ad voluntatem pertinet; cum judicium simplici idearum perceptione, qui modus cogitandi intellectui proprius est, majus quid dicat, aliumque illi actum superaddat, dum oblatas ab intellectu ideas vel accipit, vel repudiat, & pro arbitrio aut conjungit aut disjungit, varieque eas ordinat; quæ alterius facultatis sunt, & non simplices percipiendi modi, sed & volendi quidam actus sunt. Tum etiam ille intellectus genius est, ut cum percipit, determinatur; sicut voluntatis natura est determinare. Omnis vero qui judicat, determinat. Ergo judicare voluntatis est. Porro libertas formaliter est voluntatis, non autem intellectus. Illa autem non est in perceptione, sed in judicio de illa: adeoque judicare voluntati tribuendum. Quod ipsum quoque experientia cuique dicat. Ad nos ipsos enim attendentes libere nos judicare, & affirmare ac negare, ac volentes id facere proprioque arbitrio sentimus, adeoque non sine arbitrii ac voluntatis actu; cujus rei ipsi nobis conscii sumus. *Adeoque judicium pertinet ad voluntatem.*

V. Unde nec voluntas cœca est, nec ab intellectu determinatur. Est enim actus mentis, quæ tota lux est, & merâ cogitatione constat: præsertim cum actus intellectus & voluntatis se mutuo immetent, & ipsæ hæc facultates non realiter, sed agendi tantum modo & ordine differant. Primo enim actu homo percipit & intelligit, omnemque mentem ista luce *Quæ nec cœca est, nec ab intellectu determinatur.*

spat-

spargit : ad quam sequitur secundus & ulterior actus, tum affirmandi, tum negandi, varieque judicandi, quod voluntatis est; quæ ex priori ista luce non determinatur, sed de accepta luce ipsa judicat, seque ipsam determinat: quin & intellectum ipsum sæpe excitat & ad percipiendum determinat. Prærequirit autem voluntas necessario lumen intellectus; secus enim in ignotum ferretur, nec quid ipsa judicaret vel vellet, sciret. Imo quo major in intellectu lux est, eo facilius sequitur determinatio voluntatis, cum tum majoribus ad judicandum instructa sit præsiidiis; istumque Deus ordinem inter perceptionem & judicium instituerit, ut hi actus se mutuo ducant & sequantur.

Ad utramque hanc facultatem conjunctim refertur liberum arbitrium.

VI. Atque ad utramque hanc facultatem conjunctim pertinet liberum arbitrium, cum universa mens libera sit, & libere agat, ejusque in omnibus suis actibus sibi sit conscia. Ad intellectum autem radicaliter, & ad voluntatem formaliter refertur. Qua ratione, homini τὸ ἀνεξέστωτον tribui potest, non Dei, sed aliarum creaturarum respectu; cum actionum suarum ipse dominus sit.

Prava ejus definitio Iesuitarum, & cum iis Sociniano-rum ac Remonstrantium.


VII. Definiunt liberum arbitrium Iesuitæ, quos Sociniani & Remonstrantes sequuntur, per indifferentiam; & facultatem esse dicunt, qua homo, positis omnibus ad agendum requisitis, vel non agere vel agere pro lubitu possit. Quod si in sensu composito intelligant, multis modis absurdum est: cum inter requisita ad agendum, non divina solum, sed ipsius quoque voluntatis ultima determinatio sit, quibus positis hominem non agere impossibile est. Si vero in sensu diviso hæc accipiant, quatenus ipsa facultas consideratur, quæ, licet jam determinata, semper tamen libera manet, aliudque alio actu volendi ac agendi potentiam habet, concedi potest. Quanquam indifferentia, quam adeo crepant, non in omnibus actionibus necessaria sit; cum potius indifferentem & dubium esse, assensumque perpetuo alternare, libertatis imperfectio sit, & à tenui ac dubia ista luce, qua mens contingitur, proficiatur.


Liberi arbitrii definitio vera.

VIII. Commodius ergo definitur, facultas agendi quod lubet, præeunte judicio & consilio; ita ut à nulla vi externa determinari nos sentiamus. Illa enim, quæ in brutis videtur ὄρεξις & impetus, non solum sine ullo consilio est, sed ne libertatis quidem umbram habet; cum externi tantum motus sint, similes nostris, sed per solos spiritus ab objectis motos producti: unde non à spontaneitate aliqua, quæ improprie ipsis tribuitur, sed naturali necessitate proveniunt.

Cujus li-

IX. Huic ergo libertati repugnat, cum necessitas physica & naturalis,





in rebus materialibus; tum præcipue necessitas coactionis, quæ libertati *bertati re-*
huic potissimum opponitur: sicut Scriptura τὸ ἐκείνου & τὴν ἀνάγκην in- *pugnat ne-*
ter se componit: *ut non ὡς κατ' ἀνάγκην, velut ex necessitate, per co-*
actionem *beneficium tuum esset, sed κατ' ἐκείνου, sponte collatum, Philem. physica,*
v. 14. *Inspectioni vacantes μὴ ἀναγκαστῆς, ἀλλ' ἐκείνου, non coacti, sed luben-*
tes. 1. Pet. 5: 2. Cum autem voluntas nullo modo cogi possit, quoad *tionis:*
actus elicitos, in libertate hac à coactione arbitrii libertas propriè
consistit.

X. Non autem repugnat ei, ab unâ parte *necessitas dependentie, aut non verò*
infallibilitatis, aut determinationis, respectu Dei, decretorumque ac effi- *necessitas*
cacia gratiæ ejus. Cum quæcunque à Deo proveniunt libertatem potius *dependen-*
ponant, quum omnis in creaturis ordo, omnisq; perfectio, à Dei decretis ac *tis, infal-*
voluntate unicè pendeat; qui nisi ipse foret liberrimum agens, qui liberrime *libilitatis,*
hunc rerum ac causarum ordinem instituit & regit, nihil etiam in crea- *aut deter-*
turis liberum foret, sed omnia eadem necessitate traherentur. Neque etiam *minationis*
gratia aut specialis ejus determinatio, vel minimam libertatis partem deli- *divina;*
bat, cum hæc duo optimè consistant, Scripturâ teste. Vide 2. Cor. 8: 16, 17.
ubi *Titus ἀνδραγῆτος & propria voluntate iter ad Corinthios suscepisse* di-
citur, & tamen additur, *Deum id cordi ipsius indidisse:* imo quo magis gra-
tia Dei nos determinat, eo liberiores sumus; quo magis enim *in nobis ope-*
ratur *velle,* Phil. 2: 13. eo magis volumus, eoque magis liberi sumus.
Trabe me, post te, curremus. Cant. 1: 4. *Nemo potest venire ad me, nisi*
Pater, qui misit me, traxerit eum; & ego resuscitabo eum ultimo die. Joh.
6: 44. *Populus tuus* פּוֹפּוּלְךָ *spontaneus, voluntarius est, aut voluntaria*
oblationes in die strenuitatis tuæ. Psal. 110: 3.

XI. Nec etiam ab altera parte, creaturæ ipsius respectu, ei repugnat *Nec crea-*
tiva illa corruptio, & necessitas servitutis sub malo; cum corruptio hæc *tura respe-*
voluntatis ipsius arcem occupet, quæ ista lue scædata libenter voluntarie *ctunativa*
que peccat, nec ullam aliunde vim ac necessitatem patitur. *omnis, qui fa-*
cit *peccatum, servus est peccati.* Joh. 8: 34. *Non scitis, quod cui sistitis*
vos servos ad obedientiam, servi estis, eo quod obeditis, sive peccati ad mor-
tem, sive obedientie ad justitiam? Rom. 6: 16. *corruptio*
& sub pec-
cato ser-
vitus.

XII. Ut male Jesuitæ & Remonstrantes quamcunque necessitatem *Quare per-*
cum libertate pugnare velint: quod à perverso indifferentiæ conce- *beram Je-*
quam dum adeo urgent, hominem sui per omnia arbitrii & à Deo ipso *suita &*
independentem, & gratiam ejus præsertim inanem faciunt. Quod nihil *Remon-*
aliud est quam Deo regnum in præcipuam suam creaturam, atque unde in *strantes*
omnem ne-
cessaria

*cessitatem
cum liber-
tate pu-
gnare sta-
tuunt.*

*Nec Lu-
therani*

*quoque sibi
constant.*

*II. Libe-
rum arbi-
trium con-
sideratur*

*relative ad
status ho-
minis va-
rios*

*a. Integri-
tatis, in
quo vere
liberum
fuit, sed
mutabile.*

*b. Peccati,
in quo im-
potens est
in ordine
ad actus
verè bo-
nos,*

cætera imperium est, atque adeo in maximam rerum humanarum par-
tem eripere. Non constant autem sibi Lutherani, dum ab una parte
non omnem necessitatem libertati repugnare contra Jesuitas tuentur; ab
altera autem parte, ut nostris obloquantur, necessitatem eventus & conse-
quentiæ, ex decreto & determinatione Dei, repudiant.

XIII. Atque hæc de libertate absoluta & naturali, quæ in omnibus
hominibus reperitur, nec à natura rationali abesse potest. Sequitur con-
sideratio ejus specialis, in ordine ad habitus bonos sive malos, diversumque
hominis statum, sive integritatis, sive peccati, sive gratiæ, sive denique glo-
riæ: de qua præcipua cum adversariis controversia est; cum quibus non
tam de natura, quam de viribus liberi arbitrii disceptatur.


XIV. Ac in statu quidem *integritatis* homo ponitur libertatem habu-
isse ad ὁπότερον, instar bilancis, neutram in partem inclinantis, dum ju-
stitia originali præditus usum ejus in potestate haberet, & ad bona mala-
que ex æquo foret indifferens. Quod tamen minus accuratè dicitur, cum
non tam indifferens, quam mutabilis conditus fuerit: non enim finèbat
cum imago Dei indifferentem ac dubium esse, sed ad bonum potius deter-
minabat; quos motus tamen negligere, & à rectitudine sua deflectere, ac
in certamine deficere poterat. Imo nullo in statu homo proprie indiffe-
rens fuit, sive integro, sive corrupto, cum semper voluntas ipsius, aut bo-
nis aut malis habitibus instructa, vel in bonam vel in malum ferri debeat.

XV. In statu ergo integritatis verè liber erat, non naturaliter solum,
sed & moraliter; quippe sanctus & purus, omnique mala cupidine inta-
ctus, soli autem justitiæ deditus ac servus. quæ vera hominis libertas est.

XVI. Hæc autem libertas per lapsum perdita est, ut supra vidimus;
quod non de omnibus ejus actibus, vel naturalibus, vel civilibus, vel qua-
libuscunque moraliter bonis, quomodo etiam Ethnicorum virtutes ad-
mirari solemus; sed de actibus spiritualiter & verè bonis intelligendum est,
ad quos nulla ipsi potentia vel libertas ultra superest; adeo ut, *inustus* li-
cet & libere, nihilominus necessario in malum tantum feratur, nec quic-
quam boni præstare possit. *Vidit Jehovah, quod magna esset malitia ho-
minis in terra, & omnis formatio cogitationum cordis ejus tantum mala es-
set omni die.* Gen. 6: 5. *Figmentum cordis hominis malum est à pueritia
ipsius.* Gen. 8: 21. *Nunquid mutabit Cuschita pellem suam, & pardus
maculas suas? etiam vos possitis benefacere, edoceti male facere,* Jer. 13: 23.
Arbor mala non potest fructus bonos ferre. Matth. 7: 18. *Sensus carnis
inimicitia in Deum est. Legi enim Dei non subjicitur. Nam nec potest.*

Rom.





Rom. 8: 7. *Sine me non potestis facere quicquam.* Joh. 15: 5. *Animalis homo ea quæ sunt Spiritus Dei non potest cognoscere; quia spiritualiter examinantur.* 1. Cor. 2: 14. *Non idonei sumus per nos ipsos ad cogitandum quicquam, velut ex nobis ipsis.* 2. Cor. 3: 5. Quæ impotentia non moralis tantum, qua voce adversarii nonnunquam diminutam ac læsam potentiam intelligunt, sed respectu naturæ corruptæ, cui adest, naturalis & inhærens est.

XVII. Atque hoc respectu liberum arbitrium nunc *servum* est. Quod & *Scriptura* vocabulum immeritò in nobis culpatur, cum ex *Scripturis* desumptum *ra phrasi,* sit. *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Joh. 8: 34. *Veritas liber-* *servum.* *ros vos faciet.* v. 32. *Si filius vos liberos fecerit, verè liberi eritis.* v. 36. *Libertatem ipsis pollicendo, quum servi sint ipsi corruptionis: siquidem à quo quis victus est, huic etiam in servitutem est addictus.* 2. Pet. 2: 19.

XVIII. Quin Scriptura hominem non solum *servum*, sed & *mortuum* vnde & *in peccatis* exhibet, Eph. 2: 1. *Et vos, quum essetis mortui lapsibus & pec-* *homo in* *catis &c.* *Etiam, quum essemus mortui lapsibus, nos una vivificavit cum* *peccatis* *Christo.* v. 5. *Lasciviens autem vidua viva mortua est.* 1. Tim. 5: 6. *Mortui audient vocem filii Dei, & qui audiverint vivent.* Joh. 5: 25. *Mortuus.* Quæ tam fortia sunt, ut corruptissimum hominis statum, nullaque amplius parte integrum & illæsum testentur; nisi Deum inanes logos, & ultra modum sonantia verba fundere velimus, quæ hominum ingenio demum debeant, quod in rectum ac tolerabilem sensum exeant.

XIX. Ita enim, post Pelagium, adversarii, ac præsertim Remonstrantes, in colloquio Hagienſi, minutè hæc omnia, interpretantur; atque ita mortuos peccatores volunt, ut tamen spiritualis vitæ vestigia in iis remaneant, qui veluti sopiti ignis cineres levi flatu animari possunt: superesse enim in hominibus aliquam Dei notitiam & sensum; ipsumque peccatorem ad sui vivificationem aliquid conferre posse: unde Scripturam peccatores non solum mortuos, sed & dormientes, ægros, & faucios appellare; mortuos autem dici, non omnes, sed gravioribus solum peccatis ac sceleribus obnoxios, omnique Dei cognitione vacuos.

XX. Contra autem, omnes irrogenitos, omnesque qui per Christum *ab eorum* vivificari & regenerari opus habent, quales etiam sunt multi qui externa *contorsio-* virtute pollent, nec Dei sensu ac metu plane vacui sunt, isto nomine *nibus vin-* Scriptura appellat. Eph. 2: 1, 5. *Et vos una vivificavit, quum essetis mortui in* *dicantur.* *lapsibus & peccatis:* Atque etiam nos, quum in *offensis mortui essemus, una vivificavit cum Christo, cujus gratia estis servati.* Nec obstat, quod

iidem dormientes ac faucii appellentur, cum ista Scripturæ phrasis sit, quod mortui dicantur dormire; & in ipsa spirituali morte hæ voces conjungantur & alternentur, & qui dormire dicebantur, mox ex mortuis exsurgere jubeantur. Eph. 5: 14. *Excitare, qui dormis, & exurge ex mortuis: & illucebit tibi Christus*: similique ratione ipsa mors Christi plaga, vibex, & vulnus appelletur, idque eodem loco, quem adversarii, ut hominem vulneratum ac sanatione tantum opus habentem, ostendant, adducunt. 1. Pet. 2: 24. *Peccata nostra ipsemet sursum tulit in corpore suo, ut peccatis mortui justitia viveremus: cujus vibicibus sanati estis.* Esai. 53: 5. *Vibice ipsius sanatio nobis facta est.* Quodque dotes quasdam & Dei notitiam in homine corrupto remansisse ajunt; verum hoc est, sed ad vitam spiritualem ac supernaturalem illa nihil faciunt, nec ejus pars sunt; cum eadem in Satana reperiantur, & quidem illustriora. Nec tandem ad vivificationem & regenerationem istis suis dotibus homo plus confert, quam cadaver ac membra filii Sunamitidis, aut Zareptanæ, 1 Reg. 17: 21. & 2. Reg. 4: 34. recens extincti, unde vitalis calor nondum omnis disceserat, per superstites qualitates & operationes ad sui excitationem conferre poterat. Quicquid enim pollet atque agit peccator, ad vitam spiritualem ac supernaturalem nullum ordinem habet.

Hanc mortem spiritualem hominis negant etiam cum Socinianis


Anabaptista,


XXI. In eundem modum Sociniani spiritualem hanc mortem negant; nam etsi humanæ naturæ fragilitatem & ad peccandum proclivitatem concedant, eo quod homines paulatim magis ac magis se corrumpant, viresque eorum exiguas valde fateantur; aliquas nihilominus vires in ipso superesse docent, quæ Dei ope, h. e. externo verbo & vitæ æternæ promissione, excitari ac roborari possint.

XXII. Similiter Anabaptista, Socinianis in multis plus justo accedentes, Adamum post lapsum Deo, per usum rationis, auscultare, & vitam in Christo promissam accipere potuisse, hominemque sese convertere, & famem saltem ac sitim sentire, & ad gratiam Dei anhelare posse affirmant: nullos autem pro mortuis habent, nisi peccatis actualibus immerfos, & insignes quosque peccatores, probris omnibus ac sceleribus incoctos; quos, altero commento, *mortuos*, h. e. propter peccata mortuos, & morti ac pœnis æternis obnoxios dicunt. Planè contra Apostoli sensum, qui illos *naturâ* tales affirmat, Eph. 2: 3, 5. & non solum de æternæ mortis reatu, sed & pèrpetuâ peccatorum servitute agit, v. 2: 3. *In quibus peccatis aliquando ambulastis, secundum seculum hujus mundi, secundum principem potestatis aëris, qui nunc operatur in filiis obedientiæ; in quibus & nos omnes conver-*
sati









sati sumus quandoque in concupiscentiis carnis nostræ, facientes voluntates carnis & concupiscentiarum.

XXIII. Pontificii etiam hic paria habent, & post lapsum supernaturalibus quidem dotibus hominem excidisse, cætera vero vires hominis læsas, non autem profus extinctas docent. Quas tum pro arbitrio adaugent, & hominem utcunque fractum ad amorem Dei posse contendere, multa adhuc bona & Deo placencia peragere, modo graviori tentatione non urgeatur, quin dum irrogenitus est opus aliquod omnibus circumstantiis bonum præstare posse, quod Jesuitæ tamen isto in statu infructuosum vocant, affirmare non verentur. Quæ multiplex venenum habent, & cum Scripturis ac secum ipsis pugnant.

XXIV. Atque ex hac liberi arbitrii servitute & spiritali animæ morte, consequitur 1. Hominem nihil ex sese quod verè bonum sit, præstare posse. *Sine me non potestis quicquam facere.* Joh. 15: 5. *Sine fide impossibile est Deo cupiscentiis grata facere.* Hebr. 11: 6. Utcunque enim bona quædam ac virtutes edat, quas in gentilibus quoque videmus, illa tamen circumstantiis peccant, & præfertim principio unde oriuntur (non enim sunt *amor ex puro corde, & conscientia bona, & fide non fucata,* 1. Tim. 1: 5.) & sine, qui sola Dei gloria esse debet, quò oculo sincero ac irretorto spectare oportet. Cum autem defectus ille in accidentibus solummodo sit, opus autem ipsum natura bonum ac rectum sit, propter adhærens illud vitium istud non omittendum, sed corrigendum esse patet.

XXV. Ad dubium, cur Deus homini, ad bonum quodvis inutili, officium nihilominus imperet? & an non frustra hoc faciat, imo injustè, cum ad impossibile ipsum obstringere videatur? Resp. Nullo modo inania esse Dei præcepta adjunctasque minas & promissiones; cum hoc pacto Deus convenienter humanæ naturæ agat, quæ rationali modo duci ac regi amat: & reprobis saltem externæ disciplinæ frænum imponat, humanumque genus aliquo in ordine ac honestate conservet, ne ruptis vinculis ac legibus omnibus ferociat & dissolvatur: electos denique suos per externa hæc media convertere, conversosque in officio retinere soleat. Neque ideo culpandus est, quod impossibilia videatur præscribere; cum eadem sit ratio illius servi, Matth. 18. qui ad rationes à domino suo vocabatur, cum solvendo non esset: non enim aptitudo hominis ex statu ejus præsentis æstimari debet, sed ex eo tempore quo fædus Dei primum institutum est, cum homo vires idoneas habebat. Et distinguenda tandem est ipsa impossibilitas, cum alia absoluta sit ac involuntaria, quæ

& Pontificii.

Ex hac liberi arbitrii servitute sequitur, 1. Hominem ex se nihil boni præstare posse.

Cui Deus propterea non frustra officium imperat; nec eum injustè ad impossibile obstringit.

2 f. 122 / 174
4 l. 1: 639 / 22
4 175 / 20 x.

sub præceptum non cadit, ut si Deus cælum digito contingere jubeat: alia secundum quid, quæque non solum propria culpa contracta, & voluntaria est, sed adhuc ipsa in voluntate hæret, ut homo isto in statu sibi placeat, & summa cum voluptate ac lubricitate peccet, nec aliter rem sese habere velit; qualis hominis corrupti ratio est: quæ maxime sub præceptum cadit.

II. *Ethnicorum virtutes fuisse splendida peccata.*

XXVI. 2. Hinc videmus quid de late splendidibus Ethnicorum virtutibus judicandum sit. Quod nimirum fuerint splendida peccata, quæ quicquam præter externum fucum habuerunt; cum recto principio, corde videl. integro & Deum amante, ac sine, Dei gloria, nulla alia re libatâ, caruerint. Præterquam quod non pauci ex illis virtutem solum ostentui habuerint, & sanctissimam ejus imaginem instar meretricis ad quæstum sedere jusserint, ipsi sædi ac maculosi, ac introrsum turpes, speciosi pelle decorâ.

III. *Non dari irrogenitorum merita ex congruo, aut dispositiones prævias, &c.*

XXVII. 3. Cadunt errores, de irrogenitorum meritis ex congruo; eorumque præparationibus & dispositionibus præviis; & liberi arbitrii in ipso conversionis momento ad gratiam divinam cooperatione &c. quæ saltem ab homine irrogenito non magis quam à mortuo expectari non debent.


c. *Gratia, in quo cum luctâ bonum vult & facit. An regeni plus boni præstare possint quam actu præstant?*


XXVIII. Atque hic est status liberi arbitrii servi. In *regeneratione* autem cum nova vita novas vires accipit; ut cum antea nihil velle potuerit nisi malum, jam etiam per Sp. S. gratiam incipiat velle bonum, etsi cum luctâ & difficultate. *Trabe me, post te currems.* Cant. 1: 4. *Omnis, qui ex Deo natus est, peccatum non facit, quia semen ejus in ipso manet: & non potest peccare, quia ex Deo natus est.* 1. Joh. 3: 9.

d. *Gloria, in quo liberrimum erit & immutabiliter confirmatum in fruitione summi boni.*

XXIX. Ad quæstionem, an regeniti plus boni præstare possint, quam revera præstant? Resp. Affirm. si actum primum, seu habitum & vires quas in Christo acceperunt, respicias: in actu autem secundo nihil agere possunt, nisi à Sp. S. excitentur & moveantur; cujus gratiam quia sæpe negligunt, motusque ejus furda aure prætervehuntur, sua culpâ peccant, minusque boni faciunt quam facere revera possent.


XXX. Atque hisce modis sese habet liberum arbitrium. In statu integritatis determinatum erat ad bonum; quanquam mutabiliter: in statu peccati solummodo ad malum fertur: in statu gratiæ rursus ad bonum mutatur; & quanquam in particulari actu aberrare possit, in genere tamen & quoad universum statum in bono confirmatum est: donec tandem in statu gloriæ indeclinabili dilectione summo suo bono æternum adhæsurum erit.





C A P U T X I I.

De Fœderis operum Antiquatione.

I.  Onsiderato hominis lapsu, quo fœdus Dei transgressus est, ut per illud amicitiam ejus sperare amplius non possit, tristibusque effectibus ejus; sequitur nunc consideranda fœderis istius evacuatio, ac tandem antiquatio. *Et illi, ut Adam, transgressi sunt fœdus: ibi perfide egerunt mecum.* Hof. 6: 7. *Non estis sub lege, sed sub gratia.* Rom. 6: 14. Fœderis
operum
ABRO-
GATIO,

II. Variis autem gradibus abolitio seu abrogatio istius fœderis procedit. Nam 1. quoad *possibilitatem justificandi*, evacuatum ac inutile factum est per peccatum. 2. quoad *damnationem*, actu abrogatum est per Christum, altero fœdere promisso, & fide accepto. 3. effectus ejus quod attinet; quoad *terrorem*, & iram, ac *servitutem*, cujus multiplex facies in Vet. T. extabat, ablata illa in Nov. T. factâ per Christum peccati expiatione. 4. quoad *luctam cum peccato*, ab ea liberamur per mortem corporis. 5. reliqua denique omnia, per peccatum introducta, tandem plenissime auferentur per resurrectionem corporis, omniaque Novi Fœderis bona fidelibus donabuntur. Nos primum nunc abolitionis ejus gradum spectabimus, cum reliqua ad fœderis gratiæ tractationem pertineant. variis gra-
dibus pro-
cedens:
quorum
primus hic
considera-
tur, aboli-
tio sc. illius
per pecca-
tum;

III. Atque hæc inutilitas seu evacuatio fœderis ^{operum} gratiæ per peccatum dupliciter spectari potest, quoad duplicem ejus partem; seu quoad pactum de *officio*, sive præcepta fœderis, seu quoad pactum de *beneficio*, sive promissa illius. qua dupli-
citer spe-
ctari potest:

IV. Ac priori quidem respectu, quod officium hominis spectat, nullo modo abrogatum est postulatum istius fœderis: non enim jus Dei per inobedientiam hominis mutatum est, quod non temporarium, sed æternum ac immutabile est; sicut æterna quoque hominis sub Deo obligatio est. Quin ex adverso aucta legis vis est, & principali hominis obligationi ad officium accessit insuper secunda & gravior, qua etiam ad penam tenetur: à qua licet sponsor noster postea nos absolvat, non tamen legis obedientiam nobis remittit ac condonat, illa enim perpetua est. vel quoad
præcepta
hujus fœ-
deris, qua
manent;

V. Alteram fœderis partem quod attinet, nimirum promissionem vel quoad
mer-

promissa
illius,

mercedis, sive vitæ æternæ, si homo obediisset; illa cum hypothetica & temporaria fuerit, nec homo conditionem impleverit, non solum mutata, sed in contrariam maledictionem conversa est. Atque eatenus fœdus hoc evacuatum est. Non solum enim Deus homini non amplius est debitor vitæ æternæ; sed è contrario homo mortis & maledictionis reus factus est. Quod distinctius videri potest in triplici illo beneficio, quod homo, si officii legem implevisset, adepturus fuisset, nimirum 1. in *justificatione*, 2. *sanctificatione*, 3. *glorificatione*.

nempe, iu-
stifica-
tionem,

VI. Quantum ad *justificationem*, cum Scriptura testetur *victurum esse* hominem, qui legis mandata fecerit, Lev. 18: 5. Ezech. 20: 11. ita ut talis, instar fidelis servi, de præstita obedientia lætari, gloriari, ac mercedem petere potuerit: nunc, violato fœdere, iste legis usus in contrarium vertit; & quod homini amicitiam Dei vitamque parere debebat, factum est mortis ac damnationis sententia. *Inventum est preceptum quod erat ad vitam, id ipsum mihi ad mortem.* Rom. 7: 10. Unde lex nunc facta *Ægrotia Juvatis ministerium mortis*, 2. Cor. 3: 7. atque *potentia peccati ad condemnationem*, 1. Cor. 15: 56. *Quot quot enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt.* Gal. 3: 10.

sanctifica-
tionem,

VII. Ad *sanctificationem* pariter inutilis est. Cum enim lex Dei sanctissima sit, omnisque sanctitatis typus ac deformatio in ea reperiatur, ejus quoque imaginem homo, si integer permanisset, in sese expressisset. Nunc vero contra animæ sordes ac impuritatem non solum ista sua luce detegit ac exprobrat; sed & fræno veluti injecto concupiscentiam nostram magis proritat & commovet. Unde *lex peccati*, cujus accusationem depellere non potest, sed potius juvat, illudque contra hominem, quem mancipii nexu sibi dedi postulat, armat; & *mortis*, cui tanquam ministra famulatur, Rom. 8: 2. & *lethalis ac occidens littera*, 2. Cor. 3: 6. appellatur.

VIII. Unde nec potestatem *glorificandi* hominem, mercedemque tanquam benè merito adjudicandi habet; sed contra mortis sententiam in eum pronunciat. *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, ut ea faciat.* Gal. 3: 10. Unde facta est *Ægrotia Juvatis, ministerium mortis*, 2. Cor. 3: 7. & *preceptum ad mortem.* Rom. 7: 10. *Stimulus enim mortis peccatum est, & vis peccati lex.* 1. Cor. 15: 56.

& glorifi-
cationem.
§ VIII

IX. Atque ita patet, quo pacto fœdus hoc, etsi usus aliquos adhuc servet, tamen præcipuâ suâ ratione abrogatum sit. Cum per peccatum extinctus sit primarius ejus usus ad justificandum ac vivificandum hominem, in quo formalis ratio fœderis sita erat. Unde homo, etsi mandata

Dei

Dei adhuc præstare teneatur, non tamen ideo fœderatus Dei est, aut illum pariter fœderatum ac amicum habet, vel ex factis suis vitam sperare potest: cum ex jure ac dominio Dei supremo ista omnia jam debeat.

X. Cæteros autem ejus usus quod spectat, illi pro diverso hominis statu varii sunt. Ac in statu peccati, abrogatum quidem illud est, quoad vim justificandi, hoc est primaria sua ratione, cum eo solum institutum fuerit, ut rationem ac medium ad amicitiam Dei perveniendi monstraret; manet autem, 1. quatenus officium hominis postulare non desinit. Non enim Deus per lapsum hominis jure suo excidit. 2. quatenus non ministra, vel ancilla, & amicitia Dei, ut antea, pararia, sed domina facta, in peccatorem regnum exercet; eumque peccato, cui succubuit, veluti servum dedit, illudque contra hominem vi sua armat ac roborat: quod peccati ac legis regnum in cupiditatum rabie potissimum conspicitur. 3. quatenus denique vim damnandi habet.

Fœdus hoc, licet abrogatum, habet usus adhuc alios quos: in statu peccati,

XI. Sed illustriores usus habet in fœdere gratia, ac statu regenerationis. Et quidem in *Vet. Testamento*, dum Christo venturo aditum parat, 1. maledictionem intentabat omnibus, qui propriam justitiam quærebant; quæ solum in promisso semine ostendebatur, ac unice in eo quærenda erat. 2. interim peccatum, ut nondum deletum quotidie accusabat, atque ista severitate, quæ veteri jugo ac servitute non parum augebatur, ad Christum fideles suspirare faciebat. Erat enim *Lex pædagogus ad Christum*. Gal. 3: 24. In *Novo autem Testamento, antecedenter ad fidem*, 1. officium nostrum ac perfectam justitiam nos docet. 2. illam exigit, sive à nobis, sive à Sponsore nostro. 3. ad desperationem peccatores adigit, atque extra sese ad Christum ire cogit. 4. cujus justitiam ac obedientiam ut ritè factam approbat. Et *consequenter ad fidem*, 1. obedientia ac gratitudinis formulam tradit. 2. fœderali omni respectu expuncto, cum lex non domina amplius, sed ministra fidelium facta sit, eorum opera ex vero Dei amore profecta, utcunque navis laborantia, probat & justa ac laude digna declarat. Cum alioquin ex veteri rigore damnare ea debuisset.


& in statu regenerationis ac fœderis gratia; cum suis, Vet. T. tum sub Novo antecedenter, & consequenter ad fidem.

XII. Quæ omnia Apostolus egregia similitudine explicat, Rom. 7: 2, 3, 4. *Mulier viro obnoxia est, invidetque lege, quam diu ipse vivit: si autem moriatur maritus, solvitur à mariti lege. Viro autem viro adultera vocabitur, si alteri viro nubat. Si autem moriatur vir, libera est à lege. Ita & vos, fratres, mortui estis legi per corpus Christi, ut fiat is alterius, qui è mortuis excitatus est.* Ubi veluti matrimonium aliquod nostrum cum

legē considerat; quod triplicem hunc statum habet: 1. *in prima sui institutione*, dum integrum ac inviolatum est. Quæ nostri in prima creatione ratio erat; cum lex nondum adulterii nos arguere poterat: quo in statu si perseverassemus, illa, instar mariti castam conjugem mutuo amantis, fidem sibi integre servatam, nulloque facinore libatam, pariter prædicare, nosque justificare debuisset. 2. *in ejus violatione*, per quam mulier læsæ fidei conjugalis rea, marito non solum obligata & ἰπρωδεῖς manet, sed mortis metu in durissimam servitutem ac perpetuam formidinem redacta, non amplius thori focia, sed veluti serva, immitia ejus imperia pati debet, nec à maritali potestate exire unquam potest. Quæ hominis peccatoris erga legem servitus est, cujus sanctitatem fœdis amoribus ac concupiscentia sua polluit. Unde lege vincetus, ejusque servus factus, nec legi satisfacere, nec à vinculis ejus sese expedire potest: sed ejus iram ac terrores mortemque ipsam perpetuo expavescens, interim sub legis, non amplius blande instar mariti ducentis, sed instar heri sævientis, quin concupiscentiam ejus & sopitos ardores potius proritantis, jugo perpetuo gemit. 3. tandem *in ejus dissolutione*. Sicut enim priori marito mortuo talis fœmina maritali lege ac imperio exolvitur & ad nova fœdera transeundi potestatem habet; ita nos in statu gratiæ legi mortui, & per Christum novo veluti matrimonio traditi, legem non ut dominam & accusatricem, sed ut ministram salutis nostræ famulantem habemus. Atque hoc respectu *non sumus sub lege*, Rom. 6:14. *eaque nobis mortua est*. Rom. 7:6. *cum justo lex non sit posita*, 1. Tim. 1:9. nec ille ejus iram ac superba imperia pati amplius cogatur, ut ipsi tanquam magistra imperitet, & tanquam servum constringat, ac juxta duo ista, quibus armabatur, verba, vel fontem damnet; vel obedientem absolvat. Hoc jus & dominium in folios impios & injustos adhuc exercet, qui cum ad Christum dominum nondum transferint, legem dominam ferre adhuc coguntur.

Contra hæc
pugnant
suis errori-
bus Soci-
xiani.

XIII. Contra quæ directâ fronte pugnant *Socinianorum* præcipuè errores, qui, sicut ex operibus adhuc justitiam quærunt, ita priscum fœdus abrogatum esse, aut illi antiquato novum gratiæ successisse, tueri non possunt. Cum loco fœderis gratiæ inducant fœdus legale alterum, quod priori superinducunt, ut eo perfectius, à Christo videlicet legislatore institutum. Quin Veteris Fœderis, quod abolitum est, nomine non aliud quam Mosaicum intelligunt, istosque ritus, & nascentis Ecclesiæ crepundia ac rudimenta, quibus robustior ac perfectior tandem ætas successerit, quæ ludicris istis non amplius indigerit; sed Christo duce cœ-
lum





lum & spiritualia bona sperare iussa, sub perfectioris obedientiæ lege tandem expectaverit. Quod istius Theologiæ arcanum & apex est; quo uti pleraque religionis capita destruunt, ita fœderum divinorum Oeconomiam & ordinem, omnemque salutis adipiscendæ rationem, tum in Patribus, tum in nobis, omnemque adeo religionem, quæ in istis explicandis unicè versatur, profus conturbant & uno ictu evertunt.

XIV. Peccant etiam, qui, ex naturalis cognitionis seminibus homini relictis, fœdus legale æternum, quod titulo fœderis naturæ venditant, introducunt; sub quo homines omnes, qui Euangelii præconio carent, & juxta naturam vivunt, ponunt; quibus & vitæ æternæ ex fœdere isto spem faciunt. Quæ mali commatis sunt. Cum istæ naturalis lucis reliquiæ, quas Deus ad decus ac honestatem aliquam servandam, instar fræni, in humano genere superesse fecit, nihil præterea per sese excelsi in homine operari, nec ipsi salutare esse, nec denique justitiam ac vitam ipsi conferre possint. In quo omnis ratio fœderis solum sita est.

Illi quoque, qui fœdus aliquod legale æternum, quod natura appellant, introducunt.

LOCUS UNDECIMUS

De Fœderis gratiæ constitutione.

CAPUT XIII.

De Fœdere ac Testamento gratiæ.

I.



Bolito ergo fœdere primo, & per peccatum inutili reddito, secutum est alterum, quod gratiæ appellatur, in quo solo homo salutem sperare potest. Atque hic jam alius sese rerum ordo aperit; & illustria illa Dei, circa salutem hominis laborantis, opera, ac consilia sese explicare incipiunt; & Mediator Christus, ignotum primo fœderi nomen

*Fœderi operum a-
brogato
successit
FOEDUS
GRATIÆ:*

omniaque ipsius decora, ac in genus humanum merita; universaque tandem Eclesiæ ejus in his terris œconomia & gubernatio; diversaque illius ætates, & pro temporum ordine diversa quoque facies, ac veritatis salutaris administratio, pulcherrimo ordine videnda ac fidei nostræ con-

conside-
randum in
generali
sua natu-
ra, vel spe-
ciali ejus
œconomia.
Quæ circa
illud in ge-
nere no-
tandæ ?

consideranda sese exhibent. Quæ omnia nunc propius perlustraturi, fœdus hoc primò in *generali* sua natura, tum in *speciali* sua ratione, ac diversa, pro varia mundi ætate, œconomia, considerabimus.

II. In *genere* consideranda veniunt, 1. Fœderis illius *naturâ* & denominatio. 2. illius *Testamentum*, cujus hæredes sumus. 3. Testamenti illius dispositio, quoad *Mediatorem*. 4. ejusque *sponsio*. 5. inde Testamento *promulgatio*, & *applicatio*. 6. denique illius *subjectum*, cui applicatur, ac *latitudo* ejus. Specialis autem ejus œconomia triplex est, sub *Promissione*, sub *Lege*, sub *Euangelio*.

Ejus defi-
nitio,

Et partes
quatuor.

III. Nempe *fœdus gratiæ* est gratuita conventio inter Deum & peccatorem, in qua Deus ex libero suo beneplacito, per mandatum fidei ac respicientiæ, certo semini addicit justitiam & hæreditatem in mediatore; homo autem promissioni illi & mandato adstipulatur per fidem, atque inde jus habet ad petendam hæreditatem cœlestem. Ut fœderis hujus partes sint quatuor: 1. à *parte Dei*, *stipulatio* seu *legislatio* ejus, per mandatum fidei & respicientiæ: *quod* Testamentum *super potioribus promissionibus* νενομισμένων in *legis formulam redactum est*, Hebr. 8: 6. 2. præmii, sive hæreditatis cœlestis *promissio*: 3. à *parte peccatoris*, *adstipulatio*, ἐμολογία, in Christo. *Considerate Apostolum & Pontificem* ἡμῶν *adstipulationis nostræ Jesum Christum*. Hebr. 3: 1. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui pertransit cœlos, Jesum, filium illum Dei, teneamus adstipulationem*, c. 4: 14. *Teneamus adstipulationem spei indeclinabilem*. c. 10: 23. Unde & in Christo *omnes promissiones Dei sunt* τὰς ἐπαγγελίας. 2. Cor. 1: 20. 4. & *mutua restipulatio*, sive præmii postulatio, ejusque spes & expectatio certissima.

Est hic fœ-
dus:


IV. Quamvis enim sæpius *testamentum* appellatur, ut videbimus, tamen & *fœderis* rationem habet, cum hic sit pactum mutuum, de pace & amicitia, ac rationem & viam ad eam perveniendi doceat:

quod di-
citur no-
vum, seu
secundum,

V. Vocatur autem *fœdus novum*, seu *secundum*, & *gratiæ*, respectu fœderis prisca, quod ante lapsum obtinuit: non enim appellatio ista veteri Testamento opponenda, nec novum fœdus cum Novo Testamento, quod demum à morte Christi cœpit, confundendum est. Novum autem hic est fœdus, cum per illud fœdus primum partim *antiquatum* sit, nimirum respectu nostri; partim vero, nimirum respectu mediatoris, illud *innovatum*, & novo modo instauratum ac impletum est. Cum enim primum fœdus immutabile Dei jus & sanctitatem testaretur, eamque amicitia Dei legem ferret, quæ sola Deo digna foret, aboleri prorsus ac vi

suâ





suâ & potestate omni exui non poterat. Hoc enim cum juri Dei, tum ipsius fœderis jam lati ac confirmati, inque vim legis inviolabilis redacti, rationi obstitisset. Mediator igitur in secundo ac novo hoc fœdere prioris pacti conditiones implevit; geminamque obligationem, qua peccator ex fœdere tenebatur, tum ad obedientiam, tum ad pœnam, exsolvit; ac bona omnia primi fœderis nobis acquisivit, ut ea illæso isto fœdere, imo eo ipso addicente, saltem non abnuente, nunc possideamus. Atque hæc principalis illa circumstantia est, sponsoris scilicet substitutio, quæ hoc fœdus à primo illo, cum homine integro factò, discernit. Unde merito *novum* appellatur.

VI. Fœdus autem *gratiæ* dicitur, quia ex mera Dei gratia fuit *& gratia*, profectum; qui & vires ad fœderis leges implendas gratiosè suppeditat; & gratiæ isti manifestandæ & prædicandæ unicè intentus est. Ut omnimodo & undecunque hic gratia obtineat; & tum initium, tum medium, tum finis ejus mera sit gratia. Unde Apostolus, causam hujus fœderis memorans, Eph. 1: 5. *εὐδοκίαν ἔ θελήματ' θεῶ beneplacitum voluntatis Dei* appellat: omniaque pariter tendere in eundem finem affirmat, ad *ἵπταινον δόξης τῆς χάριτ' αὐτοῦ*, v. 6. *ad laudem gloriose ejus gratia*.

VII. Unde meritum omne, omniaque opera ab hoc fœdere exclu- *omne me-*
duntur, sive ea ut salutis causa, sive ut conditio sine qua non, sive alio *ritum, om-*
schemate considerentur. Nam fœderi operum, in quo solo illa locum ha- *niaque ope-*
beant, hoc fœdus ex diametro adversatur; adeoque omnia opera quo- *ra respic-*
cunque colore introducta hoc sensu respuit: neque ullam gratiæ ac ope- *ens.*
rum mixturam facere hic licet. Nam vel per opera sola ad justitiam & vi-
tam contendere debemus, quod ipsum fœdus operum est, vel plane o-
peribus omnibus, tanquam conditioni justitiæ, renunciandum est. *Nunc*
vero absque lege justitia Dei manifestata est. Rom. 3: 21. *Si autem gra-*
tia, jam non ex operibus, alioqui gratia non manet gratia. Si vero ex ope-
ribus, non jam est gratia; alioqui opus non jam est opus. cap. 11: 6. *Qua*
Theologiæ *Socinianorum, Anabaptistarum, Remonstrantium*, aliorumque *Qua huic*
extra Ecclesiam labes fuit; qui dum opera huic fœderi admiscere studue- *fœderi ad-*
runt, tandem illud in novum fœdus operum transmutarunt, institutum *miscere*
à novo legislatore Christo: quod dum à primo fœdere distinguere volue- *Theologia*
runt in absurdissimas sententias inciderunt, & duplex fœdus operum fa- *Sociniano-*
bricarunt; quasi duplex Dei foret sanctitas, duplexque ejus imago, atque *rum Ana-*
alia opera cum ejus imagine convenire ac vitam conferre possent sub no- *baptista-*
vo, atque alia rursus sub veteri fœdere. Ita turpiter impigerunt, & non *rum Re-*
monstran-
tiem labes
est.

Christi solum gratiam, ac meritum, & Testamentum abnegarunt, sed & ipsam Dei sanctitatem & justitiam, cui hoc novo operum fœdere subferre volebant, violarunt: ut nec Christum, nec Deum, in Theologiâ sua, atque hoc primario ejus capite, integrum reliquerint.


Fœtus hoc
nuncur
TESTA-
MENTO
gratia.

VIII. Cum vero Deus ab æterno gratiam exercere decreverit, & æterno consilio suo & voluntate quasi ultima fœdus hoc de hæreditate justitiæ & salutis, omnemque ejus ordinem jam ante deformaverit & delineaverit, Scriptura id *Testamentum gratiæ* appellat; atque eo nomine non minus utitur, quam nomine *fœderis*. Cum hoc Dei consilium non minus, imo potius, Testamenti, quam fœderis rationem habeat. *Deus volens abundantius demonstrare heredibus promissionis immutabilitatem consilii sui, intercessit jurejurando.* Hebr. 6: 17. *Nunc autem præstantius sortitus est ministerium, quanto & potioris Testamenti est mediator.* c. 8: 6. *Propter hoc Testamenti Novi est mediator, ut, morte obitâ, ad redemptionem, quæ sub priori Testamento erant transgressionum, promissionem accipiant vocati æterna hæreditatis. ubi enim Testamentum, mortem necesse est contingere testatoris.* c. 9: 15. 16. Est enim hic res ipsa testamenti, propositum nimirum, sive ultima voluntas Dei de cœlesti hæreditate largienda, testatoris sanguine ac morte firmata. Quo pacto fœdus hoc à priori differt. Illud enim fœdus tantum erat, non testamentum; cum fœdus gratiæ simul & fœdus & testamentum, imo magis proprie testamentum sit.

IX. Hujus autem testamenti gratiæ consideranda occurrunt, I. *Nomen.* II. *Definitio, sive natura.* III. *Testator.* IV. *Hæreditas, sive bona.* V. *Sanctio sive confirmatio.*

Cujus con-
sideratur
I. Nomen,
ברית
אג. דהן.

X. Testamentum autem hoc, (quod hic simpliciter & in universum consideramus, *Testamentum* videl. illud æternum, Hebr. 13: 20. quod juxta varias executionis partes, vel *primum*, quod Israëlî propositum fuit, vel *secundum*, quod à morte Christi incepit; sive *Vetus & Novum* appellatur, de quibus postea) Hebræis ברית dicitur: quæ vox, etsi promiscue fœdus & testamentum, συνθήκη & ἀγάθηκη in sacris significet, tamen proprie συνθήκηs pacti seu fœderis notione venit. Lxx τὴ ברית plerunque per vocem ἀγάθηκηs reddunt; quæ licet etiam utrumque notet, tamen potius posterius, sive Testamentum, dicit. Unde ea notione non solum apud profanos, sed etiam apud sacros Scriptores usurpatur. Vide Matth. 26: 28. *Hic est enim sanguis meus, & καινὴς ἀγάθηκηs Novi Testamenti. Hoc poculum Novum Testamentum, quod est in sanguine*





guine meo. Luc. 22: 20. *Et ego ἀγαπήσειν testamento vobis dispono regnum, sicut δίδωτο testamento mihi dedit Pater meus regnum.* v. 29. *Nam hoc בְּרִיתִי fœdus, quod pangam cum domo Israël &c.* Jer. 31: 33, 34. coll. Hebr. 8: 10, 12. *αὐτὴ ἡ ἀγάπη hoc est testamentum, quod disponam domui Israël &c.* præcipue autem Hebr. 9: 15, 16. ubi Apostolus retinens vocem qua Lxx usierant, ænigma id exposuit & elucidavit, vocem clariorem & institutioni in regno Christi convenientem, inde eliciens.

XI. Est autem illud *æternum Dei propositum, sive immutabilis volun-* 2. *Defini-*
tas de danda hereditate sua, vel de hereditibus bonorum suorum instituen-
dis, tum Christo, tum semini ipsi dato. Adeo ut duplex quasi hic sit volun-
 tas Dei, tum qua voluit ut filius suus esset hæres omnium, Hebr. 1: 2.
Quem posuit heredem omnium. Esai. 53: 10. *Ubi posuerit anima ejus*
amor ipsius satisfactionem, videbit semen. Zach. 6: 13. *Et consilium pa-*
cis erit inter utrumque, Dominum, & virum Tsemach, h. e. germen; tum
 qua voluit certos homines esse hæredes Christi, qui morte sua cœlestem
 hanc hereditatem iis legavit. Utrumque complectitur Christus Luc. 22:
 29. *Ego vero testamento do vobis, prout testamento dedit mihi Pater me-*
us, regnum.

XII. Testator hic proprie est filius Dei. Deo Patri enim in testamen- 3. *Testator.*
 taria hac dispositione tribuit Scriptura *consilium gratiæ*, quo rem omnem
 ab æterno veluti præformavit & decrevit, τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς. *volun-*
tatem immutabilem, Hebr. 6: 17. & *pactum* pacis cum filio initum,
 quod testamento huic firmitatem conciliavit. Filius vero, hereditatis hu-
 jus veluti arbiter, ita eam cum Patre decrevit, ut tamen simul de suo
 eam promittat, Luc. 22: 29. ipseque hujus testamenti & testator, Hebr.
 9: 15, 16. & mediator, & sponfor, ac tandem etiam executor sit. *Tradi-*
tus est propter lapsus nostros, & suscitatus est propter justificationem nostri.
 Rom. 4: 25. Quod in nullum merum hominem cadit.


XIII. Bona hujus Testam. Deo ac Christo testatore digna sunt, & 4. *Heredi-*
 duobus maximè beneficiis absolvuntur, plenissimâ cum Deo reconcilia-
 tione in hac vitâ, & tandem vitæ æternæ legatione & exspectatione in
 futurum. Quorum hoc *ultimum*, illud *intermedium* testamenti hujus
 bonum appellari potest. Christus nobis factus est a Deo *justitia.* 1. Cor.
 1: 30. *Si autem filii, & heredes sumus: heredes quidem Dei, cohæredes*
autem Christi. Rom. 8: 17.


XIV. Cumque illa bona à Testamento gratiæ inseparabilia sint, com-
 munia

munia fuerunt omni ejus tempori ac statui, variæque ejus œconomia-
tum sub Vet. tum sub N. Test. Ita tamen, ut, pro varia Ecclesiæ ætate,
in administratione hujus gratiæ non-nihil intercederet discriminis, & sub
Vet. T. daretur quidem ingressus in gloriam, post vitæ hujus labores,
~~Hebr. 2:10.~~ nam *multis filiis in gloriam introductis*, tandem *princeps salu-*
is ipsorum per passiones consummatus est, Hebr. 2:10. non tamen perfecta
πελειωσις & consummatio in terra; cum reatus per sacrificium Messiæ
nondum extinctus esset, & extaret adhuc *peccati commemoratio*, Hebr.
10:3. fidelibus toto isto severitatis tempore ferenda, cum metu mortis &
servitute elementorum mundi, & altaris ac sanctuarii alicujus terrestribus
cultu, in quo procul veluti adstantes nondum in interiorem thalamum ac
domum admissos sese fatebantur; quo & terræ Canaan hæreditas, ac po-
tius servitus, pertinebat. In Novo vero Testam. exhibetur consumma-
tio in terris, & communio plenæ justitiæ & libertatis, una cum hæredita-
tate mundi, sive gentium, & regno, sive conversione earum, in perpetua
lætitia, sine ulla jugi ac iræ specie. *Non docebunt amplius quisque proxi-*
num suum, & quisque fratrem suum, dicendo, cognoscite Dominum. Nam
omnes cognoscent me, a parvo eorum usque ad magnum eorum. Nam pro-
pitius ero iniquitatibus ipsorum, & peccatorum ipsorum non recordabor
amplius. Jer. 31:34. coll. Hebr. 8:11,12. *Ubi autem remissio horum, non*
adhuc oblatio pro peccato est. Hebr. 10:18. Unde & de bonis hujus Te-
stam. gratiæ, licet ea ad generalem illius considerationem proprie per-
tineant, cum tamen in Nov. Test. magis eluceant, ad istum locum distin-
ctius agemus.

Quæ Soci-
niani ever-
tunt, Re-
monstran-
tes hypo-
thesibus
suis labe-
factant.

XV. Quæ beneficia sicut Sociniani, insignes fœderis Dei corrupto-
res, profanis suis erroribus evertunt; ita non parum Remonstrantes hypo-
thesibus suis labefactant, dum Christi reconciliationem pro omnibus &
in commune peractam docent; sive potius per eum viam factam ajunt,
qua ad amicitiam Dei iterum aditus detur, ac ruptis prioribus tabulis,
unusquisque per novas veluti pactiones, novumque fœdus operum, eam
acquirat. Quibus commentis nec certam hæreditatem, nec certos hære-
des (hoc enim aperte negant) nec omnino testamentum ullum relin-
quunt. Quæ errorum præcipitia sunt, divinoque fœdere ac testamento
summopere indigna; cum vel hominis testamentum ac suprema jussa
longe sanctius ac reverentius haberi soleant, quam hi in æterno Dei te-
stamento explicando agunt. *Et propter hoc Testamenti Novi mediator*
est, ut, morte obita, ad redemptionem, quæ sub priori Testamento erant,
trans-






transgressionum, promissionem accipiant vocati aeternæ hereditatis. Testamentum enim in mortuis firmum est. Hebr. 9: 15, 17.

XVI. Accessit denique huic testamento *sanctio* sive confirmatio ejus, 1. *Sanctio*, suo tempore morte testatoris facta: *Ubi enim testamentum est, mortem ne sive con-* *cesse est contingere testatoris. Testamentum enim in mortuis firmum est: firmatis.* *si quidem nunquam valet quando vivit testator.* Hebr. 9: 16, 17. Quo spectabat typica ejus confirmatio in V. T. per victimarum sanguinem, quo testam. illud typicum initiatum fuit: nam *ne quidem primum testa-* *mentum sine sanguine initiatum est.* Hebr. 9: 18. Unde Moses: *Ecce* *sanguis fœderis, quod secavit Dominus vobiscum, super omnibus verbis* *istis.* Exod. 24: 8. Qui typi cum mentiri non possent, nec Deus externa scena populum in cultu suo pascere ac deludere vellet, isto pecudum cruore pretiosior sanguis, qui olim pro mundi salute libandus foret, monstrabatur, *sanguis videl. testam. novi*, quo cœlestis hæreditas nobis obfignanda & tradenda erat. *Hoc poculum Novum Testamentum, quod est in sanguine meo.* Luc. 22: 20. Non enim, ut in humanis, testator moritur, ut vacuum relinquat hæreditatem, sed isto veluti libamine facto testamentum obfignat; cunctaque in eo scripta rata facit.

XVII. Sunt itaque hic omnes testamenti partes, 1. *hereditas*, gloria *Quare in* *æterna*, non proprio aliquo merito, sed jure *visio* *hereditatis* ac hæredum *hoc omnes* *re adeunda*; 2. & *hæredes*, ab æterno in tabulis Dei scripti; 3. & *liber-* *testamenti* *rima ac immutabilis voluntas*; 4. & *mors* denique ipsa testatoris, *partes* *voluntatis istius testis*, bonorumque omnium ac cœlestis hæreditatis pretium, *sum.* & obfes, & pignus.

C A P U T X I V.

De Mediatore Fœderis gratiæ.

I.  Um autem fœdus gratiæ peccatum & inimicitiam inter *Testamen-* *tum gra-* *Deum & homines præsupponat, testamentum, quo hæ-* *tia concipi* *reditas & bona ejus destinantur electis, sine mediatore con-* *non potest* *cipi non potest, qui in fœdere hoc intervenit, ejusque* *ab/que* *vinculum est inter Deum & homines. Unde Scriptura cum testamento* *MEDIA-* *hoc mediatorem testamenti conjungit. Nunc autem præstantius sortitus* *TORE.* *est ministerium, quanto & potioris est testamenti mediator.* Hebr. 8: 6.

Mediator
qui sit?

II. *Mediator*, μεσότης, ὡσόν dicitur, qui medius est inter duas partes dissidentes, ad eas reconciliandas. Sive *qui stat inter Deum & homines*, ut de se Moses, Deut. 5: 5. Veteribus *sequester*, Jurisconsultis *interventor*, *intercessor*, *internuncius*, *interpret*, *advocatus*, Ulpiano *inter-reconciliator* appellatur. Ex usu Scripturæ *Mediator* dicitur, cujus videlicet officium est inter partes utrimque intercedere. Hoc enim proprie est

μεσότης.

Quem Socinus per-
peram lan-
tam divi-
nae volun-
tatis in-
terpretem
esse, as-
tuit.

III. Male ergo *Socinus* mediatorem hunc vult solum esse divinæ voluntatis interpretem & internuncium; quod exile nimis est. Quamvis enim vox mediatoris interdum ita fumatur, ut de Mose: *Lex injuncta est per angelos in manu mediatoris: mediator autem ille unius non est.* Gal. 3: 19, 20. qui tamen ipse, cum in typo & imagine mediator foret, non sine victimarum sanguine prius illud testamentum dedicavit, quod non meri interpretis est: attamen in proprio sensu suo, cumque alicui eminentiori modo tribuitur, quod hic fit, ubi exclusis reliquis omnibus *unus mediator* dicitur, qui Deum inter & homines intercedere, solusque ad Deum accedere possit, *ειρηνοποιός*, *reconciliatorem*, & pacis arbitrum ac auctorem significat. Unde cum libamine & sanguine ad Deum accedere dicitur; semperque ipsi isto in munere redemptionis pretium, fusus ad aram cruor, mors denique, cunctaque placando numini facientia adscribuntur. *Unus Mediator Dei & hominum, homo. Jesus Christus, qui dedit se ipsum redemptionis precium pro omnibus.* 1. Tim. 2: 5, 6. *Propter hoc Novi Testamenti Mediator est, ut, morte obita, ad redemptionem, quæ sub priori testamento erant transgressionum, promissionem accipiant vocati æternæ hereditatis.* Hebr. 9: 15. *Accessistis ad Testamenti Novi Mediatorem Jesum, & sanguinem aspersionis meliora loquentem præ Abel.* c. 12: 24. *Per eum reconciliavit sibi omnia, pacem faciens per sanguinem crucis ejus.* Col. 1: 20.

Mediator-
is necessi-
tas à pec-
cato, cau-
sa diffidii
mutui in-
ter Deum
& homi-
nes.

IV. Necessitas mediatoris à peccato est, quod diffidium ac divortium inter Deum & homines fecit. *Pravitates vestræ fecerunt divisionem inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra fecerunt abscondi faciem à vobis, ne audiat.* Esai. 59: 2. Cui tollendo iustitia divina plenissimam obedientiam ac mortem peccatoris exposcebat. Deus enim sanctificandus, & tanquam purus ac sanctus manifestandus erat. Quod & per nebulam gentiles viderunt, qui etiam sacrificia sua, aliaque conciliando numini piamenta habuerunt; & ne intercessoribus carerent, magnam illam minorum Deorum turbam in cœlum induxerunt, per quos tanquam cœlestis

aulæ





aulæ apparitores & ministros ipsi ad supremum numen adducerentur. Ut non satis integre Sociniani hic inimicitiam tantum à parte hominum statuunt, quam Christus, hominem convertendo & ad Deum reducendo, per Evangelii præconium abstulerit. Cum non apud homines solum, sed etiam apud Deum, qui offensus erat, & peccatorem aversabatur, quædam peragenda fuerint, isque digno interveniente sacrificio, quod sanctitatem ac justitiam ejus testari poterat, placandus hominique conciliandus foret. Non solum enim homines Dei inimici erant: *Vos quum essetis quondam abalienati & hostes mente operibus malis intenti, nunc sane reconciliavit.* Col. 1: 21. Sed & Deus homines peccatores odio prosequabatur. *Revelatur enim ira Dei de cælo in omnem impietatem & injustitiam eorum hominum, qui veritatem in injustitia detinent.* Rom. 1: 18. habebatque eos pro inimicis suis, quibus reconciliandus fuit. *Quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ipsius.* Rom. 5: 10.

V. Mediator autem, Deum hominesque reconciliaturus utriusque naturæ particeps, & non officio solum, sed & natura medius esse debebat, & juxta utramque naturam munus illud exercere. Ita tamen ut utraque natura distincta maneat quoad proprietates & operationes, quæ externo opere & *ὑπετέλεισµον* pariter sese ostendunt. Quæ opera *θεανδρικά* & Deo-virilia appellantur, ad quæ Deus simul & homo concurrunt.

VI. De *natura humana* id in confesso est. 1. Cum enim mediator hominis personam sustinere deberet, & postulatum præfici *fœderis* adimplere, omnino hominem eum oportebat esse. Alioquin fœdus illud, quod solum hominem spectabat, non impletum, nec instauratum, sed violatum potius & abrogatum quantum ad obligationem suam fuisset. 2. Accedit quod non aliter caput hominum salvandorum, eorumque tanquam proprii *corporis ac carnis suæ*, quam tenerimè adamare debebat, custos & conservator; neque etiam *frater* eorum, ac *Geël*, qui ex communis sanguinis jure eos tanquam à se non alienos asserere & redimere, & tanquam proprios sibi vindicare ac postulare posset, esse potuerit. Unde Apostolus egregie Christum, ex eo quod *caput Ecclesiæ* est, etiam *corporis sui conservatorem*, Eph. 5: 23, 25, 26. & Hebr. 2: 10, 11, 14. *cum qui sanctificat, illosque qui sanctificantur* & redimuntur, ex uno sanguine esse pronunciat, mutuoque *fratres* appellare non veretur, illudque summo-pere *decuisse* innuit. 3. Quid quod mediator *legi* charitatis, de amando proximo suo ad mortem usque, deque quærenda Dei gloria ac sanctitate, obnoxius esse; & cum idem sacerdos esse deberet, justitiæ Dei ostendendæ

In mediatore requisita,

natura humana

dendæ & placandæ, sanguinem quem libaret, & corpus quod offerret, habere debuerit : quæ naturam humanam requirebant. Unde Apostolus connectit *γενόμενος ἐκ γυναικός*, & *γενόμενος ὑπὸ νόμον*, Gal. 4: 4. ideo incarnatum innuens, ut in ista natura, quæ *ἡρώδης* erat, legis reatum susciperet & extingueret : & peragendo sacerdotio Christo *corpus formatum* dicit : Hebr. 10: 5.

sancta &
immunis
ab omni
peccato:

VII. Debebat autem esse homo sanctus ac purus, atque ab omni labe immunis. Alioquin enim mox reus, non fœderis istius capax, illudque in primo ortu suo dissolutum fuisset. *Talis enim nos decuit mediator, qui sanctus, pius, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus*, foret, Hebr. 7: 26. quique fœderis legis implere posset, easque cordi haberet *inscriptas*. *Facere voluntatem tuam volupe mihi fuit, & lex tua erat in medio viscerum meorum*. Psal. 40: 9.

VIII. Verum, præter humanam naturam, etiam *divina* in mediatore requirebatur. *Non alius enim nos decebat Pontifex*, nec sine alio mediatore ad Deum accedere hominibus fas erat, quam qui non solum sanctus &c. sed & *sublimior cœlis*, ipseque dominus de cœlo, & summus ac altissimus foret. Hebr. 7: 26. Nec in alio *gloriarī* par erat, quam in *Jehova redemptore* nostro : *Et hoc nomen ejus quo appellabunt ipsum : Jehova justitia nostra*. Jer. 23: 6. Quod *tum* ex ipsa *muneris mediatorii dignitate*, quod divina omnia decora complectitur; cum qui mediator est, idem fœderatorum caput ac princeps, salutis arbiter ac dominus, & fidei ac spei omnique religionis unicum objectum sit : *tum* ex singulis *mediatoris operibus* apparet, quæ divinam vim ac virtutem requirebant; ut ex incarnatione : (*Sermo caro factus est, sive esse incepit, & habitavit in nobis*. Joh. 1: 14.) Euangelii ac salutis præconio : (*Venite ad me omnes, qui fatigati estis & onerati, & ego faciam ut requiescatis*. Matth. 11: 28. quæ verba merus homo fari non poterat; cum non nisi Dei sit dicere, *Respicite ad me, & servamini omnes fines terræ : nam ego sum Deus fortis, & nullus præterea*, Esai. 45: 22.) morte, ac corporis sui voluntaria oblatione : (*Nemo tollit animam meam à me : sed ego pono eam à me ipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo recipiendi eam. hoc mandatum accepi à Patre meo*. Joh. 10: 18.) ejusque dignitate ; (*Pascite Ecclesiam Dei, quam sibi lucratus est proprio sanguine*. Act. 20: 28. *Dominum glorie crucifixerunt*. 1. Cor. 2: 8.) resurrectione, (*Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*) Joh. 2: 19. ascensione, intercessione, Sp. S. missione, ac univērsæ porro salutis applicatione, quæ ab homine saltem proficisci non potest, liquidissimè constat.

IX. Ubi









IX. Ubi ab una parte vitandus error *Osiandri*, qui efficaciam à merito distinguere nescius, ab officio mediatorio humanam Christi naturam exclusit; & justitiam Christi divinam ac essentialem nostram justitiam esse asseruit: & ab altera parte *Stancarum* opinio, qui dum fervidius sese collegæ suo objicit, in alterum extremum deflexit, & Christum secundum humanam naturam tantum mediatorem esse pronuntiavit. Quæ & Magistri sententiarum opinio fuerat; quam Pontificii sere sequuntur, ut eo colore fidem Ecclesiæ suæ de sanctorum hominum & angelorum mediatione facilius tueantur. Nec satis sententiæ istius probrum ac invidiam declinat Bellarminus, distinctione *principii quod, & quo*; ut illud sit tota mediatoris persona, hoc vero sola ejus natura humana: cum nec aliud *Stancarus* voluerit, qui nec Deitatem Christi, nec personarum unionem negavit. Principium autem quo hic non solum est humana, sed & divina Christi natura, ut in operibus mediatoriis jam vidimus.

X. Apostolus quidem, 1. Tim. 2: 5. *mediatorem* appellat *hominem Jesum Christum*. Verum sermo ibi tantum est de persona in concreto; quam Apostolus cum Deum antea appellasset, nunc peculiari de causa ab humana natura denominat; tum quia mox λόγος ac mortis illius mentionem facturus erat, v. 6. tum quia fideles in precibus suis de nullo hominum genere desperare jubebat, quia mediator, cum homo existeret, communem omnium hominum personam sustinuerat.

XI. Quod porro objicit Bellarminus, mediatorem differre debere à Deo, cum mediator omnis sit ad alterum; adeoque Christum secundum divinam naturam id munus gerere non posse, nisi apud semet-ipsum mediator statuatur, mera argutia est. Cum enim apud Patrem, ex peculiari hujus operis œconomia, juxta Scripturæ usum mediatio perfecta fuerit; atque ille judicis ac legislatoris, Christus autem sponsoris ac mediatoris personam sustinuerit, satis patet quam inanis hæc sit ratiuncula. Differt enim filius à Patre, tum personæ divinæ respectu, tum potissimum qua *ἰσὺς θεῶν*, & ratione incarnationis suæ, sive œconomia, ut Græci Patres loqui amant, de qua Phil. 2: 7, 8. *Se ipsum exinanivit, dum formam servi assumpsit, quando in similitudine hominis esse incepit, & quum habitu inveniretur ut homo, humiliavit se ipse, dum se præstitit obedientem usque ad mortem, mortem verò crucis*. Et quanquam nemo sui ipsius mediator esse possit officii ratione, fructus tamen mediationis ad ipsum quoque pertingere potest. Adeoque cum Filius juxta cum Patre læsus fuerit, quid obstat quo minus & ipsius justitiæ sacrificio isto

fatisfactum, ipseque ut Deus cum Patre peccatoribus placatus ac reconciliatus dicatur? quanquam Scriptura, peculiarem operis hujus economiam spectans, aliter loqui amet, Patremque potius, in quo tota trinitas censetur, nobis placatum dicat. Nulla etiam hæc Deitatis in Christo diminutio est, quod secundum eam mediator dicatur. Non enim quia mediator est, minor Deo est; cum illud æque sit divinum opus & decus, ac creare. Quæcunque autem minoratio Christo attribuitur, non simpliciter ob mediatorium munus, sed ob formam servi, quam in mediatione assumfit, ipsi attribuitur; juxta quam etiam *Patrem sefe majorem* fateatur, Joh. 14: 28.

*Christus
solus me-
diator :*


XII. Cum ergo mediatorem esse divinum opus ac decus quoque dicat, divinamque in Christo naturam requirat, apparet ipsi quoque soli hanc dignitatem competere. *Non est in alio quoquam salus. nec enim aliud nomen est sub cælo quod datum sit inter homines in quo oporteat nos salvari.* Act. 4: 12. *Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Joh. 14: 6. *In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem ipsius.* Eph. 3: 12. *Unus est Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui se ipsum dedit redemptionis precium pro omnibus.* 1. Tim. 2: 5, 6. *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* 1. Joh. 2: 1, 2. Unde Augustinus: *Hoc dicit Servator tuus; non est quod eas, nisi ad me, non est quæ eas, nisi per me.* Non enim aditur Deus, nisi per Deum; non Filius fide, nisi trahente Patre; non Pater oratione, nisi deducente Filio.


*Non ange-
li, sancti,
aut beata
virgo. ut
Pontificii
volunt.*

XIII. Ut non sine sacrilegio Pontificii Servatori de hoc primario suo titulo controversiam moveant, ac sacerdotium ejus etiam ad alios, tum in cælo, tum in terra, transferant. Hæc enim Bellarmini verba sunt, *esse sanctos aliquo modo redemptores: nec esse cur timeamus nomen mediatoris transferre ad sanctos.* De sanct. beat. l. 1. c. 20. & Virginem ipsi vocant *generis humani Redemtricem*; quam etiam protoplastis monstratam volunt, Gen. 3: 15. ubi, sacrum codicem nefando scelere corrumpere ausi, legunt *היה* pro *היה*. Blasphemiam autem potissimum hoc colore tegunt, quod distinguunt inter mediatorem primarium & secundarios, inter mediatorem redemptionis & intercessionis; quo in censu sanctos ponunt. Qui dolus propius detegendus est.

*Distinctio-
nis eorum
inter me-*

XIV. 1. Apostolus enim non solum Col. 2: 18. contra Platonicos ac Angelicos agens, omnes istos minutos ac de plebe Deos, omnemque istam inter-





intercessorum turbam cælo proscribit, damnans omnem ἀγγέλων τῶν ἀγγέλων *angelorum cultum*. Erat autem illorum hominum idem prætextus qui Pontificiorum, sese angelos ut intercessores venerari. Sed 2. 1. Tim. 2:5. ubi expresse de precibus in Ecclesia fundendis agit, *unicum* dicit esse *mediatorem*, ut per istum solum, non per alios, Deum debere adiri ostendat: utque constet, quantam per hunc intercessorem in precibus nostris habeamus fiduciam, addit v. 6. talem esse mediatorem, *qui se ipsum dedit in redemptionis pretium pro quibusvis*. Quibus verbis naturam intercessionis mediatoriæ declarat. 3. Intercessio enim hæc non est actus cujuslibet Deum pro alio orantis, ut ea sanctis etiam adscribi possit; sed est officii sacerdotalis pars, & proprius sacerdotis actus, qui se interponit pro peccatore, omneque malum averruncat; nec tam petit, quam postulat. Qualis intercessio egregiè tribuitur Jobi 33: 23, 24. *Angelo advocato, uni ex mille, qui, ubi anima propinqua est foveæ, gratia hominem complectitur, & dicit, redime ipsum ne descendat in foveam, inveni lutrum*. Quo pacto nullus hominum aut sanctorum Deum adire & pro alio orare potest. Non enim ille sanguinem suum ac redemptionis pretium ostendere potest; nec ejus est ad jam jam pereuntis animæ extremos gemitus occurrere, eamque dato pretio ac lytro servare, & dicere, redime ipsam &c. inveni lytron. Hoc autem proprie in hac causa est intercedere, per fusum victimæ sanguinem, per undantem altaribus cruorum, per datam in pretium animam, quod Christo conveniebat, Deum obtestari, & magnis argumentis vel irato misericordiam extorquere. 4. Unde Apostolus 1. Joh. 2: 1, 2. ut ostendat qualis sit Christus intercessor, qualique nos intercessore egeamus, mediationem ejus intercessioni adjungit, & non alium intercessorem agnoscit, quam qui pariter: *paracletus & advocatus* noster in judicio Dei sit, quique *ipse sit propitiatio pro peccatis nostris* v. 2. Quæ in merum hominem non cadunt. 5. sed & adversarii, (adeo se mutuo hæc consequuntur) non preces solum, sed & merita sanctorum Deo imputant; ipsosque liberatores & vindices vel in media morte appellant & invocant, & quidem ex vi meritum. Quæ ipsissima est redemptio. Non enim nisi verè mediator & redemptor liberare animam in morte potest. Moses autem, quem mediatorem Apostolus vocat, Gal. 3: 19. & Vet. Testamenti sacerdotes, qui *pro hominibus constituti erant in iis quæ apud Deum agenda erant*, Hebr. 5: 1. (quæ exempla urgent) non sanctorum, vel angelorum, sed Christi solius imaginem sustinuerunt; qui ideo Novi Fœderis, & *melioris testamenti sponsor & mediator* dicitur, Hebr. 7: 22. 8: 6: 9: 15. 12: 24.

An, & quomodo Filius Dei ante incarnationem munus mediatorium gesserit?

XV. Cum vero adhuc in temporibus ante mediatoris adventum versemur, quæritur an, & quomodo, ibi munus mediatorium gesserit? Resp. Filium Dei aeterno Patris consilio in mediatorem datum fuisse: cum sit *agnus ille inculpatus & incontaminatus, præcognitus ante jacta mundi fundamenta.* 1. Petr. 1: 20. *Jesus Christus heri & hodie idem est, & in secula.* Hebr. 13: 8. In tempore autem *mox à lapsu*, sponsonem actu subiisse; eumque in finem *veteri Ecclesie* propositum, ab eaque fide acceptum fuisse. Ac eo nomine Ecclesie istius, tanquam peculii sui, cura gessisse, seque ut regem, protectorem ac vindicem ejus variis operibus exhibuisse. Unde & dictus *מלאך מלך angelus assertor, vindex,* Gen. 48: 16. *in cujus medio nomen Dei.* Exod. 23: 20-23. Cum autem ad propriam officii mediatorii functionem requireretur naturæ divinæ & humanæ concursus, peculiare istud munus & mandatum à Patre sibi traditum non ante peregisse, quam cum in *plenitudine temporis* formam servi indutus in terris versaretur. *Quum verò venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, nascentem ex muliere, se subjicientem legi.* Gal. 4: 4.

Mediator hic fœderis inventus probat religionis nostræ supra alias præstantiam.

XVI. Atque ex hoc mediatore fœderis gratiæ invento æstimare licet Christianæ religionis supra omnes alias præstantiam; cum hæc sola verum mediatorem, gentibus ignoratum, Judæis repudiatum, nec à Muhammedanis agnitum, ab hæreticis denique justitians non recte cultum, commonstret; atque in eâ *unicum hoc sub cælo nomen* inveniat, in quo solo justitia & *salus* reperiri potest, Act. 4: 12. ut merito huic nos salvandos planè tradere opus habeamus.


CAPUT XV.

De Sponsonne Fœderis gratiæ.

SPONSIO I. fœderis gratiæ,

Post considerationem mediatoris novi fœderis sequitur ejus sponson, quâ officium istud in se suscepit, ac fœdes omne ratum fecit (*Testamentum ante ratum factum à Deo in Christum, lex non facit irritum ad abolendam promissionem.* Gal. 3: 17.) Cujus *natura*, & tum *sponsoris*, tum ipsius *sponsonis* *conditio* & *qualitas*; ac porro *præmium* ac *remuneratio*, & *sponsonis* istius *firmitas*, & *fructus* denique ac *effectus* consideranda sunt.

II. Sponson



II. *Sponsio* hæc nihil aliud est, quam *pactum* mutuuum inter Patrem & Filium, quo Pater Filium dat ut *λυτρωτῶ* & caput populi præcogniti, & Filius vicissim se sistit ad *ἀπαλύτρωσιν* hanc peragendam. In quo foedere ac pacto Pater stipulatur à Filio assumptionem naturæ humanæ ex semine mulieris, & in eâ obedientiam usque ad mortem; ac repromittit ipsi pariter semen spirituale & regnum: Filius vicissim sistit sese ad faciendam Patris voluntatem; & altrinsecus restipulatur salutem sui ipsius, & populi sibi è mundo dati. Atque hoc est *consilium* illud ac foedus *pacis*, Zach. 6: 13, de quo videri amplius potest Jer. 30: 21. *Et erit princeps ejus ex ipso, & potestatem habens ejus ex medio ipsius exhibit, & faciam eum accedere, & accedet ad me. Nam quis est qui in fidem suam recipit cor suum, ut accedat ad me?* Esai. 42: 1. *Ecce servus meus.* v. 6. *Ego Jehovah vocavi te in justitia, & tenebo manum tuam & retinebo te & dabo te in foedus populi in lucem gentium.* Sic Esai. 49: 5, 6.....12. *Et nunc dixit Jehovah (qui format me ab utero in servum sibi ad reducendum Jacobum ad sese, Israël ipsi colligetur, vel non colligeretur? & honoratus ero in oculis Jehovæ; & Deus meus extitit robur meum) dixit, inquam: Leve est, ut sis mihi servus ad erigendas tribus Jacobi, & retentos Israëlitis ad reducendum; sed dabo te in lucem gentium, ut sit salus mea usque ad finem terræ.* Esai. 53: 10, 11. *Et Dominus volens enervare ipsum ad impotentiam redegit, ubi posuerit anima ejus satisfactionem, videbit semen, quod prolonget dies, & in cujus manu voluntas domini proficiat. A labore, quem videbit anima ejus satiabitur; in agnitione, h. e. fide sui justificationem dabit justus servus meus multis, & peccata ipsorum ipse portabit.* Psal. 40: 7, 8, 9. *Sacrificium & munus non voluisti; aures perforasti mihi. Tunc dixi, Ecce veni is, de quo in volumine libri scriptum est. Facere voluntatem tuam cupio, & lex tua est in medio viscerum meorum.* conf. Hebr. 10: 5, 6, 7, 10. *In hac voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi semel factam.* Psal. 16: 2, 3. *Dixisti ad Jehovah, Dominus es tu. Bonum meum non est super te, pro sanctis qui sunt in terra.* Psal. 2: 8. *Postula à me, & dabo gentes hereditatem tuam, & proprietatem tuam extrema terræ.* Job. 33: 24. *Redime illum, ne descendat in foveam, inveni* *λύτρω.*

III. Quantum ergo ad *Filium*, sponsio ejus nihil aliud est quam voluntas ejus offerendi semet ipsum in sacrificium pro humano genere. Unde nomen sponsoris ipsi tribuitur. *Melioris Testamenti* *εἰς* *ὁ* *σπonsor* *ἐστὶ* *Ἰησους*, Hebr. 7: 22. *Patris* autem erat, sponsorem hunc humano generi dare & sponsonem ejus accipere. Est enim eadem hic voluntas Patris &

Filii, æterna illâ ac divina voluntas, sive *voluntas spiritus æterni*. Hebr. 9: 14. sed quæ pro diversitate personarum utrique distincte appropriatur: Patre personam rectoris ac legislatoris, Filio personam Angeli assertoris, & tum divinæ gloriæ ac sanctitatis, tum Ecclesiæ vindicis ac restitutoris gerente; sicut Spiritus Sancti est hæreditatem hoc fœdere partam fidelibus applicare & obfirmare: *In quo etiam credentes obfirmati estis Spiritu promissionis Sancto, qui est arrhabo hæreditatis nostræ.* Eph. 1: 13, 14.

Qualis debuerit esse

persona sponsoris?

IV. Atque hinc *secundo* patet qualis debuerit esse *persona sponsoris*, & qualium naturarum particeps, divinæ nimirum & humanæ.


V. *Divina*. Non enim mera creatura pro aliis, iustitiæ divinæ satisfacere, & gloriam ac sanctitatem ejus illustrare; nec hominum salvandorum caput & princeps, eorumque, tanquam hæreditatis ac peculii sui, dominus, in quo confidere & tanquam in salvatore suo gloriari possent, existere; nec denique ab æterno pro iis apud Deum intercedere & spondere, ac porro in omnem æternitatem eos servare poterat. Hæc enim divina *divinæ* sunt.


VI. *Humana* autem, quia illa ex fœdere Deo obligata erat; quod fœdus mutari non poterat. Adeoque humana obedientia, hominifque officia requirebantur. Imo non homo solum, sed & *Filius hominis* Psa. 8: 5. existere debebat, ut legem charitatis, qua hominem *ut carnem suam adamare* debebat, (*Membra sumus corporis ipsius, ex carne ejus & ex ossibus ejus*, Eph. 5: 30.) implere, & pro iis tanquam *fratribus* intercedere, eorumque *Goël* (Job. 19: 25. *Ego novi Goël, vindex meus, vivit*) existere, & denique tanquam *primogenitus* universam Dei familiam sacrare, & ad Deum adducere posset. *Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes; quare non pudet eum fratres eos vocare.* Hebr. 2: 11. *Quia igitur pueri communem habent carnem & sanguinem, & ipse similiter particeps factus est eorundem* &c. v. 14, 15, 16, 17.

Sponsio
ipsius
qualitas,
in
subjectione
sponsoris
sub legem.

VII. Ipsius porro *sponsio conditionem* & legem quod attinet, consistit illa *in subjectione* sponsoris in natura humana *sub lege* Dei. Intelligitur autem *lex* illa amoris Dei ac proximi, qua omnes homines, adeoque etiam sponsor tenebatur. Amor autem Dei jubebat ipsum gloriam Dei quærere, camque quam maxime fieri poterat illustrare & perficere; quod potissimum in redemptionis opere, quo Deus peculiari modo sanctificatus est, factum est. Amoris in proximum erat, fratrem suum ex morte eripere, & vel suam ipsius vitam pro eo interponere. *Si condonas peccatum ipsorum, bene est, & si non est, sc. remissio, dele me ex libro quem scripsisti*, Exod. 32: 32.

VIII. Sub-





VIII. Subjectio illa Christi ab Apostolo Phil. 2:6,7,8. in duobus ponitur: 1. in gloriæ suæ abjectione vel occultatione, & profunda illa sui *exinanitione*, qua, cum, ut olim, gloriosus in terris apparere, & Deum fateri potuisset, dissimulatâ majestate, ac servi in formam compositus, in terris egit. 2. in legis obedientia usque ad mortem crucis. *Qui, cum esset in forma Dei, non raptum duxit esse instar Dei, sed seipsum exinanivit, dum formam servi assumpsit, quando in similitudine hominis esse incepit, & quum habitu inveniretur ut homo, humiliavit se ipse, dum se præstitit obedientem usque ad mortem crucis.*

IX. Quæ obedientia propriè subjectionis sub lege in Christo speciem habebat. Duplex enim subjeçtio illa est; vel naturalis, quæ ab omni creatura rationali debetur, vel ex peculiari fœdere ac pacto; quæ propriè in Scripturis subjeçtio sub lege, atque *sub lege esse*, appellatur: atque ea ratione de Christo usurpatur. Quoniam enim natura humana, quatenus Dei creatura est, Deo semper subesse debeat, nec nisi sancta ac iusta Deo placere possit, quomodo & Christi in cœlo humanitas, & beatæ animæ ad eandem sanctitatis legem perpetuo tenentur; hoc tamen propriè & strictè subjeçtionem hanc sub lege non dicit: non enim beati in cœlis, quoniam sancti esse debeant, amplius legi subjeçti sunt. Et sic Christus, absque sponfione suâ, legi quoque obedire, Deum proximumque adamare, & homo sanctus ac iustus esse debuisset; non tamen legi propriè subjeçtus fuisset. Subjeçtio enim sub lege strictè dicit, sub eâ esse, ut dominâ obedientiam imperante, tanquam beatitudinis conditionem; nec eam addicente ante conditionem præstitam. Qua ratione nec beati in cœlo, nec Christus, quoniam homo, absque sponfione sua, in terris, sub lege fuisset, cum mox comprehensor ac beatitudinis hæres esse potuisset, nec eam post longum obedientiæ cursum demum expectare necesse habuisset. Atque ita Christus, cum ex sese legi subjeçtus non foret, nec ad istas condiciones teneretur, sese ipsum liberrima voluntate legi subjeçit, pro nobis, per sponfionem ac pactum suum cum Patre. Quæ subjeçtio naturali illi sanctitati, quam ut homo etiam pro se præstare debebat, accessit; & certum aliquod præterea obedientiæ curriculum postulavit, ante quod impletum præmium sperare non poterat: sumisitque initium à prima ejus nativitate, ac terminata est ejus morte; qui ab Apostolo appellantur *dies carnis ejus*, Hebr. 5:7. qui nunc cessant: *non enim amplius cognoscimus Christum secundum carnem*. 2. Cor. 5:16. Unde jam intelligi potest, quomodo sanctitatem & legis obedientiam, quam pro sese


debebat ut homo, tamen nihilominus pro nobis ac nostro nomine ac bono adimpleverit.


Qua subje-
ctio confi-
stii in obe-
dientia vi-
tae & mor-
tis.
X. Confistit autem hæc subjeccio Christi proprie dicta in obedientia *vi-*
tae & mortis; ac trinam illam perfectionem postulabat, partium, graduum
& perseverantiæ; quæ tota *vita* præstita, in *morte* Christi potissimum elu-
cebat ac absolvebatur: in qua ipsius respectu erat obedientiæ ac amoris
ejus probatio, & *πιστομὸς* (*Quantumvis esset filius, didicit ex iis, que*
passus est, obedientiam, Hebr. 5:8.) nostri autem respectu *τιμωρία* & pro-
priè dicta pœna. *Paradigma pacis nostræ super ipso erat, & vibice ipsius*
sanatio nobis facta est. Esai. 53:5.


Quam
quidam
perperam
divellunt,
distinguen-
do justiti-
am ejus a
activam &
passivam.
XI. Quam obedientiam Christi perperam quidam non distinguunt
solum, sed & divellunt, duplicem ejus justitiam facientes, *activam* &
passivam, priorem Christo vendicantes, alteram nobis. Cum quic-
quid Christus præstitit, id omne ad justitiam requisitum fuerit, & uni-
cam justitiam pepererit, quæ universa activa potius dicenda est; omnisque
ea nobis fuerit debita, tum quatenus justitiam legis implevit, tum quate-
nus mortis reatum expunxit & delevit. Tota enim illa obedientia Christi
unum tantum facit *δικαίωμα*, unicamque justitiam, per quam salvi con-
stitui-mur. Nam *τὸ χάρισμα* quod per gratiam datur, est ex multis lapsi-
bus eis *δικαίωμα* in justitiæ causam, Rom. 5:16. est per unum *δικαίωμα*
justitiæ meritum in omnes homines in justificationem vitæ. v. 18. Nec hæc
curiose adeo distinguenda, multo minus discernenda sunt, & justitia Chri-
sti laceranda & mutilanda.


Sponsoris
remunera-
tio.
XII. Hanc sponsoris subjeccionem ad breve tempus, *βραχυόν* Hebr. 2:
7, 9. *ὡς τῶν ἡμετέρας τῆς σαρκὸς ἡμετέρας* in diebus carnis ejus, Hebr. 5:7. in qui-
bus se ipsum *ἐφάπαξ* semel obtulit, Hebr. 7:27. consequi debuit *quarto*
ipsius *remuneratio* & exaltatio, ut præmium obedientiæ peractæ. *Ubi*
posuerit satisfactionis pretium anima ejus, videbit semen, quod prolongabit
dies; & beneplacitum Jehovæ in manu ejus prosperabitur &c. Esai. 53:
10, 11. *Qui propter passionem mortis gloria & honore coronatus est,*
Hebr. 2:9.

Qua est
exaltatio
ejus, ut ca-
pitis Eccle-
sia, pro a
omnibus
ejus mem-
bris.
XIII. Quæ ejus exaltatio non nude consistere debuit in collatione vi-
tæ æternæ, quod erat præmium fœderis operum cuilibet justo conferen-
dum; sed sicut ille peculiare mandatum à Patre acceperat, & peculiare pa-
ctum cum eo inierat, quo singulare etiam præmium ipsi promissum
erat; & sicut *ἡμετέρας* meritum majus plane est merito nudi hominis;
ita etiam gloriosior exaltatio ipsi debebatur; non ex fœdere operum sim-
plici-









pliciter, sed ex pacto illo cum Patre. Quæ in eo consistit, quod ipse peculiari gloria effulgens, & ad dextram Dei confidens, salvandorum dux & princeps, eos secum in gloriam introducturus, inque iis semper gloriosus extiturus sit. Quæ tamen gloria ejus non tollit naturalem illam subjectionem, qua humanitas Christi divinitati subiecta manet ut creatura. *Quum vero subiecta fuerint ei omnia, tunc & ipse Filius subji- cietur ei, qui subjecit ipsi omnia, ut Deus sit omnia in omnibus.* 1. Cor. 15: 28.

XIV. Cum autem exaltatio hæc Filio ex pacto isto debita fuerit, obe- Quare obe-
dientia
ejus habuit
rationem
meriti, &
quidem ex
condigno:
quod pro-
batur. dientia & subiectio ejus veri & propriè dicti *meriti* rationem habuit, & ad gloriam ipsius non tantum antecedenter, ut quidam volunt, verum etiam meritoriè præcessit. Imo meritum hic fuit non tantum ex pacto, sed etiam ex condigno: tanta enim humiliatio tantæ personæ gloriæ isti & exalta- tioni proportionata fuit. Unde 1. Christus à Deo exaltatus dicitur *ideo & propter obedientiam suam*, Phil. 2: 9. *Quamobrem & Deus ipsum super- exaltavit.* Hebr. 1: 9. *Dilexisti justitiam -- ideo unxit te, Deus, Deus tuus oleo alacritatis præ consortibus tuis*, coll. cum Psal. 45: 8. Hebr. 2: 9. *2) propter passionem mortis gloria & honore coronatus est.* Esai. 49: 4. *Certe judicium meum est apud Dominum, & opera pretium cum Deo meo.* 2. Et commutatio obedientiæ & gloriæ ejus innuitur, *תהת אשר* ejus vice, *pro eo quod in mortem effudit animam suam, propterea dabo ipsi par- tem in multis.* Esai. 53: 12. 3. Denique expresse dignitas ad gloriam ipsi adscribitur, ut Apoc. 5: 12. *Dignus est agnus qui mactatus est, ut accipiat potentiam &c.* Ac tantum abest quod hæc negari queant, ut Christus si sibi nihil meritus sit, ne nobis quidem aliquid meritus fuisse dici possit.

XV. Citra *ἀνευλογίας* igitur meritum Christo adscribi potest circa & distin-
ctius ex-
plicatur. exaltationem ejus: ubi tamen attendendum 1. meritum hoc tantum re- spicere gloriam illam, qua nunc fruitur natura ipsius humana, non vero revelationem gloriosam divinitatis in humanitate, quæ supra omne meri- tum est, æque ac ipsa incarnatio, quæque non meriti, sed gratiæ fuit, ut A- post. expresse Phil. 2: 9. monet voce *ἐξαίετο*: nomen enim illud, in quo omne genu se debeat flectere, nullo merito acquiri potest, sed naturæ ejus divinæ jam ante conditum mundum compete- t, juxta illud: *Et nunc glo- rifica me, in Pater, apud te gloria, quam habui priusquam mundus esset,* Joh. 17: 5. 2. omne Christi meritum, omnemque ejus gloriam tandem exire in bonum nostrum, atque usu nostram esse: non enim suum lu- crum quæsit, sed Ecclesiæ suæ, cujus *caput*, & tanquam proprii


corporis salvator est. Eph. 5: 23. Non enim illa quæ sibi & quæ nobis promeruit nimium discernenda ac discerpenda sunt. Nos enim sibi in peculium & hæreditatem acquisivit, ac sibi proprios promeruit. Quæ pariter & Christi & Ecclesiæ gloriam ac beatitudinem comprehendunt. Ut Sociniani prorsus aberrant, dum Christo meritum sui ipsius respectu attribuant, ut eo colore meritum ipsius respectu nostri abnegent. Quod alienum & secum pugnans est. Sicut enim gloria ejus sine Ecclesiæ gloriâ non consistit, cum in eâ potius sita sit; ita illam sibi promeruisse, ut nihil interim Ecclesiæ meruerit, nec dici nec concipi potest.


*Sponsionis
hujus con-
stantia,
negata à
Remon-
strantibus:*

*qui redar-
guuntur.*

XVI. Sequitur quinto loco sponsionis hujus *firmitas & constantia*; qua Filius Dei causam nostram, quam susceperat, deferere, & sponsioni semel initæ renunciare non potuit. Quod *Remonstrantes* temerè, nec sine impietate aliqua affirmant, cum Christum absque peccato & pœnâ ulla provinciam susceptam deponere potuisse asserunt, hac sola noxâ, quod simul præmium & gloriam promissam abdicare & negligere debuisset. Quod & fœderi gratiæ, & sponsionis naturæ, & Christi ipsius dignitati ac sanctitati, fidelium denique sub V. T. spei ac fidei repugnat.

XVII. Hoc pacto enim 1. Non solum electionem divinam ac decretum ejus, quo Christus *ante jacta mundi fundamenta præcognitus* & in vadem destinatus erat, 1. Pet. 1: 20. incertum ac mutabile reddunt: sed fœdus ipsum gratiæ, omneque testamentum Dei, pactumque Patris & Filii, quo solo salus nostra nititur, & *voluntatem æterni spiritus, per quam sanctificati sumus*, Hebr. 9: 14. 10: 10. prorsus perimunt; imo pactum hoc cum Filio, & mandatum Patris, quo ipsi redemptionis opus commissum fuit, in nudam permissionem convertunt, *licet tibi satisfacere pro fratribus, si vis.* 2. Sed & sponsionis ipsius naturam evertunt, quæ ejus generis est, ut semel accepta sine peccato deponi iterum non possit. Quod in Christo magis verum est, cui ille honos non sine *jurisjurandi* religione contigit, ad firmitatem & æternitatem ejus significandam, *Lex homines constituit sacerdotes habentes infirmitatem: sermo autem jurisjurandi, quod post legem est, Filium in æternum consummatum.* Hebr. 7: 28. 3. Quin & Christum ipsum cum Durando peccato ac damnationi subji- ciunt: sponsionem enim factam frangere, vadimonium deferere, sacerdotium jurejurando firmatum profanare, & summum istum in genus humanum amorem abjicere, perfidia & scelus est, ac pœnam meretur. 4. Ac denique spem omnem atque fidem filiorum Dei, ac præsertim Patrum sub V. T. qui isto sponfore nixi animas suas Deo crediderunt, fallacem ac dubiam





dubiam ponunt. Cum tamen tanta cum certitudine ac fiducia Jobum loquentem audiamus c. 19: 25. *Sane ego novi, quod vindex meus vivit, & postremus supra pulverem stabit. Et postquam cutis mea destrinxerint hoc, etiam ex carne mea videbo Deum.* Non enim spes ac fides ulla in Deum mendax esse, vel hominem frustrari potest.

XVIII. Christi autem in munere hoc obeundo fidelitas & constantissima obedientia, quæ nulla vel minimi peccati labe adspergi poterat, duplici fundamento nitebatur, *unione hypostatica*, & *unctione Spir. S.* Illa faciebat ipsum amicum, quin & Filium Dei: impossibile autem erat Filium Dei, eundemque Θεὸν ὁμοῦτον & Deum, Dei per peccatum inimicum fieri, & hæreditate suâ excidere, tandemque damnari. Per hanc autem *supra consortes suos inunctus*, Psal. 45: 8. *Spiritum S. non ex mensura accepit*, Joh. 3: 36. & in prophetam infallibilem, sacerdotem incontaminatum ac sanctissimum, regem denique spiritualem, & salutis ducem ac ἀρχηγόν certissimum, & sanctitatis omnis exemplar ac auctorem consecratus ac Ecclesiæ datus est.


XIX. Πρωτων ψευδῶν adversariorum est, Christum Patri obediisse liberè, h. e. ut ipsi interpretantur, sine ulla subjectione sub lege, vel pœnæ comminatione: unde sine peccato munus quod acceperat, rursus deponere potuerit; hoc solo, quod simul promissum præmium abdicare necesse fuerit. Cum tamen & pactum Patris, & mandatum ipsi traditum legamus, quo saltem adstringebatur: quæ postea universæ ipsum legi subjecerunt, ejusque præstandæ reum fecere. Ista enim sponforis ratio est, omnem hominis obligationem subire & præstare. Neque etiam obedientia ipsius absque hoc fuisset obedientia vera, vel διουσίως ἔ νόμος, *impletio legis ad justitiam*. Ut legi subiectum fuisse constet; pariterque etiam comminationibus legis: non enim istæ propriè labendi periculum dicunt, ut adversarii urgent, sed justitiam ac sanctitatem Dei, ejusque erga peccatum odium testantur; & in Christo præterea divinæ iræ sensum, quam ut sponfor noster degustare debebat, operabantur, adeoque ejus status nullo modo adversabantur.


XX. *Effectum denique ac fructum sponforis quod attinet, ille duplex est: non-imputatio peccati nostri, utpote quod in sponfore punitum ac deletum fuit, Rom. 8: 1. nulla nunc condemnatio us, qui sunt in Christo* Ie-
su: & imputatio justitiæ ac obedientiæ sponforis nostri, ad acquirendam vitam & salutem, non ut mercedem nobis debitam, sed ut hæreditatem à fratre Christo nobis donatam. *Christus factus est sapientia a Deo,*

à Deo, *justitia, & sanctificatio, & redemptio.* I. Cor. I: 30. Cujus justitiæ participes reddimur per unionem ac communionem cum ipso, ut cum capite nostro; quæ à Spiritu sponforis per fidem, ac vitam spirituales in nobis perficitur.

*Huic spon-
sioni Chri-
sti adver-
santur So-
ciniani qui
volunt eum
duntaxat
dici sponso-
rem, quod
pro Deo a-
pud nos
sponderit
quæ eorum
sententia
refellitur.*

XXI. Adversantur autem huic sponfioni Christi palam *Sociniani*, camque impie detorquent & corrumpunt, dum Christum ἕγγυον τῆς Ἀλε. Δύνης & *sponforem testamenti* dictum volunt, non quod nostro nomine apud Deum egerit, sed contra quod pro Deo apud nos sponderit; quod videl. Dei nomine ad nos venerit, fœdus nobiscum fecerit, ejusque bona ac promissiones rata fore promiserit, modo ea fide accipiamus, idque morte sua ac sanguine firmaverit. Quæ 1. mera vocis κατὰ γεν- σις est: sponfor enim proprie est qui alterius debita in sese recipit & præstat. 2. Quæ & sponfionis Christi ratio fuit: sicut Apostolus Hebr. 7. sacerdotis & sponforis vocabula alternat; unde hæc sponfio apud Deum peragenda erat, nec sine Christi sacerdotio ac satisfatione intelligi debet. 3. Quam cum adversarii negant, infirmum eum valde sponforem, etiam apud homines faciunt: nihil enim sponfor spondere potest nisi quod ipse impetraverit: hi autem Christo omne meritum abrogant. 4. Imo cum omnem Christi promissionem & annunciationem, quam hi homines sponfionem vocant, conditionalem ponant, utpote quæ obedientiâ nostrâ nitatur, quæ adeo difficilis est, quamque propriis viribus peragenda ajunt, profecto ista sponfio fidem nostram parum firmare & stabilire potest. 5. Et porro, an fides nostra sine tali sponfore non posset Deo promittenti credere? an non Abraham, reliquique fideles sine eo crediderunt? & quid ille tum adeo necessarius? & quomodo Apostolus ipsum sponforem *Deo dignum* dicit, idque tantopere, ut absque eo Deum adire, eique se permittere, nefas ac summo opere indecens foret? *Decebat ipsum, propter & per quem sunt omnia, multis filiis in gloriam introductis, principem salutis ipsorum per passiones consummare.* Hebr. 2: 10. *Talis nos decebat sacerdos, pius, sine vitio* &c. c. 7: 26. Adeo tenuem ac inutilem & nullum tandem sponforem hi homines relinquunt; & præstantissimis istis vocabulis Sponforis, Sacerdotis, Redemptoris nullum planè sensum subji- ciunt. Quod sollemne ipsis est, ita omnem Scripturæ ac universæ religio- nis vim ac potentiam enervare ac tollere.





LOCUS DUODECIMUS

De Fœderis gratiæ executione.

CAPUT XVI.

De Promulgatione & Applicatione Fœderis

G R A T I Æ.

I.



On sufficit autem Deum ab æterno habuisse consilium dandi, in mediatore & sponse, semini electo hæreditatem per formam testamenti, nisi illud in tempore hæredibus illis notificetur & applicetur. Atque huc quinto facit testamenti hujus promulgatio & applicatio.

Testamenti gratiæ PROMULGATIO & APPLICATIO.

II. Promulgatio illius constat tribus partibus,

1. notificatione illius. 2. præcepto fidei. 3. promissione salutis.

PROMULGATIO constat tribus partibus.

III. Notificatio ac declaratio hujus testamenti facta est ab ipso Deo, tum primis parentibus statim à lapsu : *Et inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter semen tuum, & inter semen ejus : illud conteret te quoad caput, & tu conteres illud quoad calcem.* Gen. 3: 15. tum Abrahamo : *Et faciam stare fœdus meum inter me & inter te, & inter semen tuum post te, in ætates ipsorum, in fœdus seculi, ut fiam tibi in Deum & semini tuo post te.* Gen. 17: 7. tum deinceps multoties, πολυμερῶς καὶ ποικιλοτρόπως per Prophetas, Hebr. 1: 1. Atque in N. T. vocatur ἐπαγγελία, sive promissio. Rom. 4: 16. *Ut firma sit promissio toti semini.* vide & Gal. 3: 14, 16, 17, 18, 21, 22. Hebr. 11: 9, 13, 17, 39. quibus locis eadem appellatio frequentatur.

1. Notificatio illius.

IV. Promulgatur deinde testamentum gratiæ per verbum mandati, sive præcepti, quo omnes homines, quos Deus externâ vocatione dignatur, jubentur credere in Christum; juxta illud Act. 16: 31. *Crede in Dominum Jesum Christum, & salvaberis tu, & domus tua.* In quo præcepto fidei simul continetur præceptum resipiscentiæ & studii conservandæ bonæ conscientiæ in charitate. Naturâ autem fides resipiscentiam præcedit; illa enim ad Deum primo nos adducit; quanquam tempore simul sint.

2. Præcepto fidei & resipiscentiæ.


An hoc fidei mandatum sit legis an Evangelii? V. Ad *questionem*, an mandatum hoc fidei sit præceptum legis an Evangelii? Resp. 1. mandatum legis esse eatenus, quatenus ea homini omne Dei verbum recipere jubet. 2. non tamen esse mandatum legis, h. e. præceptum habens conditionem pacti. 3. cumque fluat ex promissione illa testamentaria, de servando semine electo per fidem; atque non omne testimonium Dei, sed proprie bona in Christo oblata unicè apprehendat; eatenus est *Evangelicum*, & *lex fidei*, Rom. 3: 27. uno verbo, quoad obligationem, fides hæc legis est; quoad originem, Evangelii.

An Christus in fœdere gratiæ sit legislator? VI. Unde etiam solvi potest *altera questio*, an Christus in fœdere gratiæ sit legislator? Est enim revera, & dici legislator potest, quatenus legem, h. e. doctrinam & viam salutis hominibus tulit, sive potius iussit, tum in Vet. tum in Nov. T.; atque etiam obedientiam erga mandata Dei ab hominibus flagitat, quin & ea cordibus suorum inscribit. 2. respiciendo vero ad legem operum, non sine blasphemia vocari potest novæ legis lator, quasi aut ad legem operum aliquid addiderit, aut auctor fuerit: novi fœderis operum, per quod, sub conditione obedientiæ præstandæ, homines servare velit.

3 Promissione fœderali salutis, distinguenda à promissione testamentaria. VII. Tertius actus promulgationis fœderis gratiæ consistit in *promissionibus fœderalibus*, quæ annectuntur mandato fidei. Quæ fœderales promissiones distinguendæ sunt à promissionibus testamentariis, quibus Deus declarat ac notificat testamentum sive consilium suum. Nam promissiones testamentariæ nudè dicunt quid Deo propositum sit efficere, & concipiuntur verbis absolutis; ex. gr. *semen mulieris conteret caput serpentis*: promissiones vero fœderales proponuntur axiomate conditionato, & connectuntur mandato fidei, atque ad hominem propius diriguntur, ex. gr. *si credideris, servaberis*. Unde hominis officium, videl. ad stipulationem ejus & amorem ac quæstionem boni promissi postulant. Quo pacto testamentum hoc in formam quandam fœderis abit. *Potioris est testamenti mediator, quod super potioribus promissionibus* ^{νεωτερου διατηται} *in legis formulam redactum est.* Hebr. 8: 6.

VIII. Cum verò Deus approbet omnem veritatem ex mandato & consilio suo fluentem, hinc etiam propositiones istas conditionatas universales approbat, *omnis qui credit, habet vitam aeternam* &c. non tamen voluntas ejus à conditione aliquâ suspensa est. Ac sub tali propositione conditionata salus offerri potest omnibus vocatis, sine ulla illusionem, aut desiderio, ac voluntate incompletâ in Deo. Æternum enim illa connexio vera est, *qui credit, salvabitur*. Non enim frustra quis ad Christum, rumpem.





per salutis, confugere potest. Unde officium hominis monstratur, ut ad Christum confugere non dubitet, & salutem tantam non negligat. Quod cum Deo homineque summopere dignum sit, Deus illud non potest non probare ac jubere, & lassam sitientemque animam recipere ac solari. Reprobi autem, in officio suo deficientes, ipsi sibi defunt, manente tamen propositione in sese vera.

IX. Promulgationem hanc externam sequitur interna fœderis hujus *applicatio*. Circa quam occurrunt cum *principia* ejus, à quibus pendet, tum *operationes* & *beneficia*, per quæ in propiorem hujus fœderis communionem adducimur.

Testamen-
ti gratia
APPLI-
CATIO;
circa quam

X. *Principia* ac causæ hujus applicationis sunt partim *Christi meritum*, partim efficax ejus per *Sp. S. gratia*. Esai. 49: 4, 6. *Judicium meum est cum Jehova, & operæ pretium meum cum Deo meo -- dedi te in lucem gentium, ut sis salus Dei usque ad finem terræ.* Eph. 4: 10. *Qui ascendit supra omnes cœlos, ut impleat omnia.* Adeo ut rejiciendi sint, qui putant, non obstante Christi merito, fieri potuisse, ut nemo in ipsum crederet, & per ipsum salvaretur. Quæ meriti Christi abnegatio est.


conside-
randa,
ejus cum
principia,

XI. *Operationes* ac *beneficia* isto ex fonte fluentia, quæ nos bonorum fœderis participes faciunt, sunt, 1. vocatio efficax, 2. regeneratio, 3. fides, 4. justificatio, 5. sanctificatio, 6. resipiscentia, 7. glorificatio, 8. atque inde resultans perseverantia & certitudo salutis. Quæ bona omnia, ut & ipsum meritum ac gratia sponforis Christi, cum excellentius sub N. T. emineant, quam sub ulla alia fœderis istius œconomia, tractationem eorum ad istum locum reservabimus; quamvis cæteroquin bona ista omnibus hæredibus communia sint, & ad omnia testamenti istius tempora ex æquo pertineant.

tum ope-
rationes &
beneficia.

C A P U T X V I I.

De Subjecto Fœderis gratiæ. Ubi de ejus latitudine & gratiæ universali.

I.  Equitur denique *subjectum* fœderis gratiæ, cui id applicatur: cui cohæret disquisitio de *latitudine* ejus, quousque se extendat.

Fœderis
gratiæ
SUBJEC-
TUM,

II. Ubi in ipso limine occurrit *questio*, an etiam ad angelos

gelos pertingat hoc fœdus, & an Christus eorum mediator sit? Ad quod resp. Apostolus, Hebr. 2: 16. *Non angelos ἠπλαμβάνοντα assumit, sive asserit, scil. ut eorum Goël & assertor sit, sed semen Abraha.*

sublati-
orum qui
aliter sen-
tium, ser-
pulis;


III. Nec rectè contrarium infertur, ex locis Eph. 1: 10, 20. ubi per Christum omnia recollecta ac reconciliata dicuntur, *tum qua in terra, tum qua in caelo sunt.* Posito enim per ea qua in caelo sunt intelligendos ibi esse angelos, reconciliati sunt illi, non Deo, sed nobis. Hominibus enim Christi beneficio cum Deo reconciliatis, etiam angeli Dei ministri ac amici, qui propter peccatum ab ipsis alieni ac divulsi fuerant, reconciliati sunt: atque per eum, reductis ab errore suo hominibus, univèrsa Dei domus & familia rursus pacata & composita dici potest. Potius autem ibi agitur de reconciliatione illa, quâ reconciliavit Christus satisfaciendo pro peccatis ipsorum, simul tum beatos, qui tunc temporis in caelo erant, tum electos, qui in terra agebant & porro acturi erant. Conf. Hebr. 11: 40. *Quum Deus de nobis melius quid providisset, ne sine nobis consummarentur.*


IV. Neque etiam juvat distinguere inter mediatorem unionis & reconciliationis. Scriptura enim non alium quam reconciliationis mediator agnoscit. Adeo ut, quamvis non sine Filio Dei angeli boni perseveraverint, utpote per quem Pater omnia operatur, & cujus gloriam quaerit;isque etiam angelorum, atque universi cœlitum populi caput & princeps sit, qui eum proinde adorare jubentur (*Quum rursus introducit primogenitum in orbem habitabilem, dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei.* Hebr. 1: 6:) non tamen eorum mediator est. Non enim quæcunque gratia, etiam in Filio præstata, gratia mediatoris est. Illa enim solummodo circa miseros & inimicos Dei locum habet.


sed soli
homines,
semen pro-
missionis.


V. Restringendum ergo hoc fœdus est ad solos homines, sive illos inter homines, quos Scriptura *semen & filios promissionis*, exque eâ veluti prognatos, & *semen Abraha*, cui specialis promissio facta legitur, ac *semen benedictum* appellat. *Non filii carnis, hi filii Dei: sed filii promissionis reputantur in semen. Promissionis enim sermo hic: secundum hoc tempus veniam & erit Sara filius.* Rom. 9: 8, 9. *Ut firma sit promissio omni semini, non ei, quod ex lege est, tantum, sed & ei, quod ex fide Abrahami est: qui est pater omnium nostrum. (Sicut scriptum est, patrem multitudinis gentium posui te) --- qui contra spem secure credidit se factum esse patrem multarum gentium, secundum id quod dictum est, sic erit semen tuum.* Rom. 4: 16, 17, 18. *Scriptura prævidens Deum ex fide justificare gentes.*

ante.









ante euangelizavit Abrahamo: *Benedicentur in te omnes gentes.*
Gal. 3: 8.

VI. Cui semini cum affixum sit fœdus gratiæ, non illud tanquam *Non ergo*
niverfale concipi, & ad omnes & singulos homines extendi debet. Ob- *fœdus gra-*
stat enim, cum propria fœderis ac sponfionis ratio; tum præfertim ipsa ad- *tia est uni-*
ministratæ salutis œconomia & hiftoria. *verfale.*

VII. Christus enim fœderis huius *sponfor non fpondit* pro omnibus *fingulos*
& fingulis, nec omnium coram Deo caufam egit, adeoque fœdus ipsum *homines*
univerfale dici non potest. Cum hoc sponfione Christi unicè nitatur: nec *compre-*
latius se extendat fœdus Dei cum hominibus, quam fœdus & pactum *hendens.*
ejus cum Filio; cum ejus tantum sit repetitio, & ad homines applicatio. *Quod de-*
Fœdus enim & testamentum Dei idem sunt; adeoque ultra testamenti *monftra-*
tabulas extendi non potest. Pro omnibus autem non fpondidisse Filium, *tur, cum ex:*
ex eventu patuit; nisi pro quibusdam eum non impetrasse, nec caufam ob- *ipfa fœde-*
tinuiffisse ftatuamus. *ris &*
fponfionis

VIII. Sed & ipsa *experientia ac Ecclesiæ* à prima sua origine *hiftoria,*
ac pro triplici ejus ætate, diverfa gubernatio & œconomia, difcrimen hoc *tum ex ip-*
à Deo observatum, nec univerfum mundum ad fœdus Dei pertinuiffisse, *fa admini-*
ostendit. Alii enim Ecclesiæ, alii mundi limites fuere; ac utriusque civita- *strate fa-*
tis fines difcreti femper manere. Ut frustra, contra ipsam rei gestæ lucem, *luis œco-*
fœderis huius latitudo & univerfalitas ratiunculis quibusdam urgeatur. *nomia.*

IX. Et *sub promiffione* quidem 1. In ipfo ejus exordio, ac prima salutis
promulgatione, manifesta quorundam à fœdere rejectio & exclusio con-
fpicitur, *seminis vid. serpentis,* quod *semini mulieris* ex adverfo opponi-
tur, Gen. 3: 15. 2. Et in fecunda mundi nativitate, post diluvium, cum
una cum mundo Ecclesia quoque instauranda effet, mox à sancto fidè-
lium cœtu, ac Ecclesiæ liminibus, arcetur Chamus, vel saltem Cananæi,
posteritas ejus. 3. Restitutâ denique ac firmatâ in Abrahami progenie ve-
ra Ecclesiâ, quidam ex ipsa patriarcharum sobole, ut sanctæ stirpis dedeco-
ra, ac cortices & putamina, resecti & abjecti sunt: quod in Ismaële, Esa-
vo eorumque posteris patuit. *Neque, quia sunt semen Abrahami, omnes*
filii; sed in Isaaco vocabitur tibi semen. Rom. 9: 7.

X. Sub V. T. electus fuit *Israël,* cæteræ autem gentes, veluti sollempni
decreto, ac Dei judicis edicto, extra Ecclesiæ pomœria ablegatæ sunt.
Nam *Deus præteritis atatibus fivit omnes gentes suis ipsarum viis incedere,*
Act. 14: 16. atque *indicavit verba sua Jacobo, statuta sua & judicicia*
Israëli: non fecit sic ulli genti. Psal. 147: 19, 20. quin crexit quoque se-

ptum intermedium, Eph. 2: 14. quod toto isto severitatis tempore populos omnes arceret, & tanquam profanos absistere juberet.

XI. Denique sub N. T., ut hæc hic prælibemus, sublatum quidem fuit discrimen gentium, & *solutus iste intermedius paries*, atque *per Christum pax facta est, ut duos illos crearet in se in unum novum hominem*, Eph. 2: 14, 15. atque Apostoli jussi *omnes gentes docere*, Matth. 28: 19. atque *Euangelium omni creatura, quæ sub cælo est, prædicatum fuit*, Col. 1: 23. Sed tamen rejeçti rursus maxima ex parte *Judei, & delictum eorum divitiæ fuit mundi, & damnum divitiæ gentium*, Rom. 11: 12. Et quoad ipsas gentes observata fuit varia Dei dispensatio, qua non nisi per gradus salus ad eas pervenit: adeo ut vocatio communis quidem, nunquam autem generalis vel universalis fuerit sub illa N. T. ætate. Prohibiti enim Apostoli leguntur, *in viam gentium ne abirent, & in urbem Samaritanorum ne ingrederentur*. Matth. 10: 5. rursusque *vetuit à Spiritu S. loqui sermonem Dei in Asia. Quumque venissent in Mysiam, tenderentque in Bithyniam, non sivit eos ire Spiritus Jesu*, Act. 16: 6, 7.

Adversantur hisce non uno modo varii gratia universalis patroni; qui refutantur:


XII. Valde autem laborant adversarii, contra manifestam hanc rei ipsius lucem, uti fœdus & amorem Dei (prima enim hæc erroris causa est) ita gratiam quoque ejus in tempore, omniaque fœderis bona universalia reddere, variisque commentis id efficere student.


1. cum Hubero Pucchioque, Anabaptista.

XIII. 1. *Quidam* enim volunt in prima promissione, mox à lapsu, universum genus humanum in Adamo rursus in gratiam acceptum; quod *Huberi, Puccii*, atque etiam *Anabaptistarum* commentum est. Cui ipsa Proteuangelii verba refragantur, quæ manifestam cujusdam seminis exclusionem continent. In Adamo autem genus humanum non restitutum, sed corruptum & pessundatum Scriptura perpetuo commemorat, *uniusque lapsu omnes mortuos ait: Si enim unius lapsu multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donatio in gratia, quæ est unius hominis Jesu Christi, in multos abundavit &c.* Rom. 5: 15. & seqq. *Ut enim in Adamo omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* &c. 1. Cor. 15: 22. 45, 47. & seqq.

2. Pelagianis.

XIV. 2. *Alii* volunt vocatione quadam communissima, sine verbo externo, solo fœdere naturæ, per opera creationis & providentiæ, omnes omnino homines à Deo vocatos, & ad salutem invitatos fuisse. Ita *Pelagianis*, omnesque istius scholæ discipuli. Cujus erroris nequaquam habent, quod ab Adamo ad Mosem nullum fuerit verbum scriptum. Unde, licet patriarchæ virique alii eximii, Deoque summopere chari, peculiari verbo





verbo vocati sint, reliquam tamen Ecclesiam ac plebem Dei solo legis naturæ adminiculo & vocatam & salvatam volunt. Quo referunt Apostoli verba Rom. 2: 4. *Aut divitias bonitatis ipsius & tolerantia, ac longanimitatis contemnis: ignorans quod bonitas Dei ad respiscenciam te ducat?*


XV. Verum multipliciter hi errant. Nam 1. Humanæ naturæ vires nimium extollunt, quasi illa creaturarum voces & hortatus non solum audire, sed ad illa sese quoque salutariter convertere possit. 2. Effectus providentiæ communis cum præconio Euangelii, & naturam cum gratiâ, & vocationem ad Deum creatorem & conservatorem (quæ sola publicâ creaturarum voce peragitur) cum salutari vocatione ad Christum confundunt. 3. Unde fides quoque quædam naturalis, & Ethnicorum absque Christo salus extrui possit. 4. Et sine causa, ac contra Scripturam, prisca Ecclesiæ, ante Mosem, per oracula & catechesin prophetarum ac sanctorum virorum, institutionem negant. 5. Magisque adhuc absurdi sunt, cum aliâ viâ patriarchas, ut Deo propiores, Deique alloquio dignatos, aliâ reliquam fidelium Ecclesiam, tum ad Deum ivisse hariolantur. Cum nemo absque Christo, & verbo promissionis, Deum adire potuerit. Nec alia fides patriarcharum, alia reliquorum fidelium fuisse potuerit: est enim ea in omnibus *ισόλημο* & æqualis, 2. Pet. 1: 1, 2. cum in eundem Servatorem vergat, qui etiam pariter omnibus monstratus esse debuit. Et eundem quoque ac parem sese Deus omnibus credentibus exhibet: nec Abrahamo aliter vel alio modo in Deum fieri potuit, quam omnibus omni tempore fidelibus. Est enim *Deus unus*, Gal. 3: 20. adeoque & *Dominus unus*, & *fides una*, Eph. 4: 5. 6. Neque tandem locus ad Rom. 2: 4. ipsorum instituto servit: cum ibi non de naturæ ac creaturarum viribus in convertendo homine; imo ne de naturali quidem vocatione & invitatione agatur; sed de ista vocatione, quæ Judæis contigit, per verbum & media extraordinaria: in quem sensum etiam *χρηστότης* Dei accipitur. Rom. 11: 22. *Vide igitur χρηστότητα bonitatem & severitatem Dei, in te bonitatem, si affixus manseris bonitati, alioqui & tu excideris:* & Eph. 2: 7. *Ut ostenderet in seculis venientibus excessivas divitias gratiæ suæ & χρηστότητα in bonitate erga nos in Christo Jesu:* & Tit. 3: 4. *Quum vero in χρηστότης bonitas & erga homines amor apparuit Servatoris nostri Dei.*

XVI. 3. *Remonstrantes*, quanquam in superioribus etiam Pelagii; *Remonstrantes.* vestigiis hæreant, firmando errori huic aliud præterea commentum addunt,

dunt, docentes, impetrationem salutis faltem univerſalem eſſe, ex conſilio & intentione Dei filium ſuum in mortem pro humano genere tradentis; applicationem vero & uſum ejus non niſi à fidelibus fieri. Quæ impetrationis & applicationis nimia diſtinctio eſt; utpote quæ impetrationem vanam & nullius pretii in plerisque reddat. Per eam enim Deum placabilem, vel à ſua parte placatum redditum, idque omnibus hominibus ex æquo, tenuè nimis eſt, & pretii à Chriſto ſoluti vim intervertit; cum eo non obſtante plerique condemnari poſſint, qui videl. à Deo jam reconciliato & placato æternum punientur. Sed, quod palmarium eſt, non fuit tale in Deo conſilium, nec talis voluntas omnium & ſingulorum *miſerendi*, ut ante vidimus; aut per Chriſtum eos *redimendi*: *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium ſuum unigenitum dederit, ut omnis, qui credit in eum, non pereat; ſed habeat vitam æternam.* Joh. 3: 16. Atque ipſe *dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut eam ſanctificaret.* Eph. 5: 25, 26. *Ut purgaret ſibi ipſe λαὸν περιετόνον, populum peculii, accenſum ſtudio bonorum operum.* Tit. 2: 14. aut denique omnes & ſingulos per Chriſtum *vocandi*, cum *Jacobo verba ſua indicet, & ſtatuta ſua ac judicia Iſraëli; non autem ſic fecerit ulli genti,* Pſal. 147: 19, 20. Apoſtoloſque ſuos in Euangelii exordio ſolum *dimittat ad oves perditas domus Iſraëli,* Matth. 10: 6. & Act. 16: 6-10. aliis præteritis, nocturno viſu Paulum evocet in Macedoniam, *ut iis euangelizare.*

XVII. Fruſtra autem urgent promiſſionem Euangelicam, *quicumque crediderit, habebit vitam æternam.* Non enim illa univerſalis eſt, niſi reſpectu credentium. Quos omnes, quocumque in tempore & ſtatu, modo vere reſipiſcant & credant, ſalutis participes Scriptura declarat. Ubi ipſi adverſarii, qui gratiam Dei tantopere crepant, deſiciunt, dum ſero reſipiſcentibus cœlum polliceri verentur; non enim certa promiſſa extare, adeoque non nimis confiſendum putant. Diſtinguenda autem in illa promiſſione hæc tria ſunt, 1. præconium, & notificatio ſalutis in Chriſto. 2. mandatum ſalutem iſtam non negligendi, ſed amplectendi, quod eſt præceptum fidei ac reſipiſcentiæ. Atque hæc omnibus auditoribus communia ſunt. 3. ipſa promiſſio ſalutis, quæ non pertinet niſi ad illos qui jam priores conditiones impleverunt. Adeo ut non omnes jubeantur credere Chriſtum pro ſe eſſe mortuum: hæc enim ipſiſſima fidei conſolatio, & magnum illud Euangelii bonum eſt: ſed tantum peccatores credentes & reſipiſcentes. Reliqui vero contrarium credere tenentur. *Ne date ſanctum canibus, nec projicite margaritas*





tas vestras coram porcis. Matth. 7: 6. *Non est tibi pars neque sors in hoc negotio; cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Act. 8: 21.

XVIII. Σοφία autem φάραξ est, quod adhibent, dum excipiunt, Deum univervo humano generi initio mundi in Protoplastis, secunda ejus ætate in Noacho, ac tandem postrema rursus in Christo & Apostolis salutem obtulisse; nunc autem propter posterorum peccata & ingratitude fieri, quod multi hoc beneficio orbati sint. Cum enim reconciliationis beneficium non gentile bonum, nec nationi vel populo alicui in commune acquisitum, sed singulorum hominum proprium ac personale bonum sit, non sufficit illud majoribus propositum fuisse; qui, sicut pro posteritate sua respondere non potuerunt, ita nec pro illis istud accipere, neque etiam repudiare potuerunt. Quanquam illud toti mundo unquam oblatum fuisse, merum commentum est.

XIX. 4. Aliâ rursus facie universalem gratiam reducunt *Lutherani*, 4. *Lutherani*. statuentes æternum in Deo consilium de omnium universim hominum salute per Christum fide apprehendendum; quod niti volunt tribus fundamentis, 1. infinitâ & universali Dei misericordiâ, 2. universali Christi merito, 3. universali vocatione ac verbi ministerio. Ac in tempore Deum paratum docent omnes & singulos per ordinaria media vocare & regenerare, voluntate quidem conditionata, sed tamen seriâ. Quæ non factis sana sunt, & varios secum errores trahunt, de amore aliquo Dei universali, tum ab æterno, tum in tempore ostenso, qui merum figmentum & non ens est; de voluntate ejus conditionatâ, sive velleitate in Deo; de mortis Christi efficacia ac pretio non ritè agnito; deque fide partim ab humano arbitrio suspensa, quod hinc vel invitis ipsis sequi debet &c. quæ jam alibi excussa sunt.

XX. 5. Nec probandi denique illi inter *nostros* qui gratiam universalem objectivam, sive oblationem fœderis universalem, comminiscuntur; negant autem gratiam universalem subjectivam, seu vires sufficientes. In quo ab heterodoxis differunt. Quæ tamen *arbitraria* sunt. Inanis enim est gratia universalis objectiva, & merum ludibrium, ac mendacium, nec hoc nomine digna, nec Deo tandem decora, nisi etiam adsit talis gratia subjectiva. Atque ipsa fœderis oblatio, ut ante vidimus, etsi omnibus nationibus communis, non tamen universalis est, nec unquam fuit, sive singulos homines, ut necesse est, sive singulas quoque urbes & populos spectes.

5. Illi inter
nostros, qui
asserunt
gratiam
universalem
objectivam.

L I B E R I I I .

De Oeconomia Fœderis gratiæ sub
P R O M I S S I O N E .

L O C U S D E C I M U S T E R T I U S

De prima Promissione, ejusque propagatione usque ad Mosem.

C A P U T I .

*De prima Promissione, ejusque propagatione
usque ad Abrahamum.*

Fœderis
gratia
SPECIA-
LIS œco-
nomia,
pro triplici
ejus status.

I.




Onsiderationem fœderis gratiæ *generalem* sequitur nunc illius tractatio *specialior*, pro diversis illius œconomiis: partim sub *Promissione*; partim sub V. T. & *lege*; partim sub N. T. & *Euangelio*. Atque, pro hac variâ gratiæ & salutis administratione, triplex veluti Ecclesiæ ætas distingui potest, infantia, adolescentiæ, & maturæ virilitatis.


II. Non satis accuratè enim instituunt, qui omnia Ecclesiæ tempora in duas periodos distinguunt, cum Vet. tum Noy. T. ad Vetus Testamentum omne ante Christi adventum tempus referentes; quod perperam confundunt, atque omne ejusdem status & conditionis faciunt. Initium enim fumsit demum V. T. à Mose, & hæreditariâ possessione terræ Canaan, quam ex testamento illo Dei populus possedit, in melioris hæreditatis typum ac pignus. Nec ante Testamentum illud Vetus locum habuit, nec habere potuit.

Primus est
PROMIS-
SIONIS.

III. Prima igitur Oeconomia gratiæ *επαγγελια* sive *Promissio* dicitur, & *προδευγγελισμός*, quasi anticipatio Euangelii, in oppositione ad rem illius promissionis nobis exhibitam per Euangelium. Vide Gal. 3:8. *Scriptura prœvidens Deum ex fide justificare gentes, προδευγγελισατο ante euangelizavit Abrahamo: benedicentur in te omnes gentes.* v. 14. *Ut promissionem Spiritus acciperemus per fidem.* v. 16. *Abrahamo dicta sunt*

pro-





promissiones. item v. 17, 18, 19, 21, 22, 29. Hebr. 11: 9. *Juxta fidem mortui sunt hi omnes, non acceptis promissionibus.* & v. 13, *Omnes testimonium adepti per fidem non sunt potiti promissione.* Act. 13: 32. *Vobis euangelizamus eam promissionem, quæ patribus facta est.* Rom. 1: 2. *Ante promiserat Euangelium per prophetas suos in Scripturis sanctis.* conf. c. 4: 13, 14. *Si qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, & abolita promissio.*

IV. Ac circa eam consideranda sunt hæc quatuor. 1. *Promissio ipsa,* Quæ circa ejusque propagatio à Paradiso usque ad Mosen. 2. *Verbum & revelatio* cum con- divina, quibus illa promissio manifestata & expressa fuit. 3. *Sacramenta,* sideranda? quibus confirmata fuit. 4. *Status & latitudo Ecclesie* sub illà.

V. Promissio ipsa bis potissimum audita fuit, atque duos gradus maxime notabiles habuit. Unde dupliciter considerari potest, vel 1. prout facta legitur primis parentibus in *Paradiso*: vel 2. prout *Abrahamo*, ejusque posteris, post diluuium, repetita est.

VI. Primò ea facta est in ipso Paradiso: *Et inimicitiam ponam inter Promissio te, & inter mulierem; & inter semen tuum, & semen ejus; illud conteret prima in te* (quoad) *caput, & tu conteres illud* (quoad) *calcem.* Gen. 3: 15. Quod PARADI- verbum matrix & radix fuit omnis verbi gratiæ, quod in posterum audi- so. tum est, quodque in Ecclesiâ unquam audiri debuit; & fundamentum fidei ac salutis Adami, sequentisque in omne ævum Ecclesiæ. Unde & illa in prima sua periodo sub promissione fuisse dicitur. Cujus idcirco promissionis sensum propius videbimus.


VII. Dirigitur autem hic sermo omnis ad *serpentem*, in pœnam ipsi- Quæ erit- cleatur. us; sed ita, ut in eo contineatur hominis benedictio & salus. Non autem nudum illud animal, sub cuius specie Diabolus latebat, intelligitur. Jejunum enim nimis, nec Deo dignum esset, homini cum brutò animante certamen veluti indicere, quasi illud par foret Deo dignum, quod ipse inter sese componeret & in arenam induceret; idque, tanquam res aliqua magni momenti foret, in omnem ætatem sine missione duraturum prædicere; tandemque homini ex difficili videl. pugna victoriam promittere. Quæ ridicula sunt. Altius enim hæc spectant. Atque alia pugnantium paria hic cogitanda sunt, aliudque certamen, quod, Deo auctore & arbitro dignum, ipsius oculos morari possit, cuiusque eventum tanto ante prædici par sit. Ut ex ipso verborum ac sententiæ pondere patet.


VIII. Igitur Deus 1. sese pugnæ istius auctorem ac moderatorem ferens, *Ego ponam inimicitiam* &c. 2. diversa deinde pugnantium paria pro-


ducit : 3. ac tandem victoriam femini mulieris promittit : 4. sed non sine sudore ac sanguine acquirendam.


IX. 1. Dicit ergo Deus, *Ego ponam*, non homo, mulier ve, sed Deus. Quod in tristi hoc rerum humanarum casu verbum gratiæ est, ac promissio, qua Deus propositum suum ac voluntatem immutabilem, de femine electo dando, deque victoria in diabolum per illud obtinenda, declarat. Atque ita Deus, cum Diabolus jam pro victore ageret, atque sese mundum, Dei opus, mox ut conditus erat, corrupisse lætaretur, deque homine, ut à se prostrato, sibi que jam in servum addicto, tantum non triumpharet; aliud restare bellum edicit, & maximum illud certamen, quod tot sæculis duraturum erat, & in quo Diabolus tandem cum cohorte sua omni vi ac potestate exueretur, indicit.

X. 2. Diversa hostium paria conjungit. 1. *Serpentem*, h. e. Diabolum, qui, sicut potissimum superandus erat, ita in hoc certamine præcipuè spectabatur: sicut serpentis nomine ipsum in Scripturis sæpe venire jam ante vidimus: & *mulierem*, quam ex adverso cum eo componit; quæ sicut familiarius cum eo consueverat, atque ab eo seducta & superata fuerat; ita nunc ejus jugo & servitute eximitur, & adverso in agmine ipsi opponitur. Quod protinus gratiæ Dei documentum erat; cujus solius erat mulierem à diabolo prostratam erigere, & veluti redintegrato certamine, iterum contra eum in arenam inducere, non sine spe victoriæ. 2. *Semen serpentis*, quod maxima ex parte, juxta usum Scripturæ, sunt homines reprobi, qui patrem habent diabolum. *Zizania sunt filii illius mali*, Matth. 13: 38. *Progenies viperarum*, Matth. 3: 7. 12: 34. 23: 33. *Qui dat operam peccato, ex Diabolo est*, 1. Joh. 3: 8. *Vos ex patre Diabolo estis, & cupiditatis patris vultis exsequi*. Joh. 8: 44. & *semen mulieris*, quod priori femini oppositum de Evæ posteritate piâ, & gratiæ ac electionis particeps, intelligere oportet; deque civitate illa Dei, quæ in hac terra perpetuo depugnat contra civitatem diaboli; juxta hanc Dei, quam audimus, legem, qua non primis parentibus solum, sed universæ ipsorum posteritati mansurum perpetuo bellum indicitur. pugnent ipsique nepotes. 3. Denique, ne certamen inter istas partes impar foret, tandem *Semen illud*, quod peculiari notione in Scripturis ita appellatur, & *Serpens* antiquus inducitur. Intelligitur autem feminis nomine unus quidam ex isto femine, qui nomine & bono totius feminis certamine hoc defuncturus erat; sicut ex adverso ipsi non aliud semen, sed ipse antagonista serpens opponitur; cujus caput hoc semen contritum erat: quod non est nisi singularis









ris istius seminis. Sicut Scriptura, in promissione Abrahamo facta, quæ eadem est cum hac nostra, semen illud singulariter de Christo solo sumit, Gal. 3: 16. *Abrahamo dicta sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit, & seminibus, quasi de multis: sed quasi de uno, & semini tuo: qui est Christus.* Nec alienum à Scriptura est notione seminis unicam personam intelligere, ut Gen. 4: 25. *Posuit mihi Deus semen alterum pro Abele.* Gen. 15: 3. *Et dixit Abraham, ecce mihi non dedisti semen.* 21: 13. *Filium ancilla hujus in gentem ponam eum, quia semen tuum est:* & Gal. 3: 16. Appellatur autem Christus semen *mulieris*, quod, sine viri congressu, ex Matre-Virgine prodierit.

XI. 3. Atque in hoc semine demum victoria promittitur. *Illud conteret tibi caput.* quod cum ab homine solo fieri non potuerit, simul Christi deitas innuitur. Per caput autem intelligitur omnis potestas diaboli, per peccatum illi data; quæ in serpentibus in capite potissimum est, quo læso ac obruito, nocere amplius non possunt. Contritum autem fuit caput diaboli, omnisque ejus potestas destructa, tum per mortem Christi, qua divinæ justitiæ satisfactum, omnique jure accusandi Satanæ excussus fuit. *Ut per mortem aboleret eum, qui imperium habebat mortis, hoc est diabolum.* Hebr. 2: 14. tum per prædicationem Euangelii. *Spectabam Satanam, ut fulgur, è cælo cadentem. Ecce, do vobis potestatem calcandi Serpentes & scorpiones, & supra omnem vim inimici: & nihil vos lædet.* Luc. 10: 18, 19. tum per justificationem & sanctificationem nostram: *Mortificate ergo membra vestra terrestria,* Col. 3: 5. *Qui genitus est ex Deo, conservat se ipsum, & improbus ille non attingit eum,* 1. Joh. 5: 18. tum per mortem corporis nostri. *Ultimus hostis aboletur, mors,* 1. Cor. 15: 26. & plenissime denique in resurrectione ultimâ. *Deus pacis conteret Satanam sub pedes vestros,* Rom. 16: 20.

XII. 4. Non futura autem erat hæc victoria sine agone & *adversis*: *Et tu conteres ei calcaneum.* Diabolus nempe per omnes tentationes, dolores, mortem denique & sepulturam contrivit Christum quoad calcaneum, h. e. carnem, qua terram calcavit; non tamen cum exitio: mox enim iterum resurrexit, & victor evasit. Adeo ut hic conjungantur Christi perpeffiones, & post illas *secutura gloria, quas & scrutati sunt propheta &c.* 1. Petr. 1: 11. *Qui prædixerunt Christum fuisse passurum, ac primum ex resurrectione mortuorum lucem annunciaturum huic populo & gentibus.* Act. 26: 23.


XIII. Atque hæc primæ istius promissionis sententia erat, quæ


præcipua fidei capita comprehendit. Ita ut illa audita, theologia protoplastorum post lapsum tribus illis capitibus, quæ in omni peccatorum theologia reperire est, jam constaret. Habebant nempe 1. Normam fidei & Euangelii, promissionem nimirum hanc à Deo datam, quæ erat fundamentum omnis fidei. 2. Normam obedientiæ & legis, præcepta moralia, quibus constabat theologia *ἡμερῶν*; cui dein successit decalogus. 3. Normam cultus externi; in quo eminebant sacrificia: de quibus infra.

Sociniani
eam prorsus
corrumpunt
& enervant.

XIV. Hanc autem promissionem Sociniani prorsus corrumpunt, omnemque primorum parentum sequentisque Ecclesiæ fidem ac consolationem extinguunt; dum in ea nihil de Christo prædictum reperiunt, de quo primam promissionem Abrahamo demum factam volunt. Sed quid magni hæc promissio tum continuisset? Cumque consolatione spirituali imprimis protoplastis opus esset, & remedio, non contra brutum animal, serpentem, sed contra ipsum diabolum, à quo in summam miseriam præcipitati erant; nec aliud verbum Dei ad ipsos extet quam hocce, cur negabimus illam verbis hisce comprehensam fuisse; præsertim cum in eorum potestate sit ista bona spiritualia significare? Sicut ex Scripturæ analogia constat, quæ hoc vaticinium ad Christum, ejusque beneficia, sæpissime applicat, & ad illud variis loquendi modis manifesto respicit. Vide Esai. 11: 8. *Et ludet lactens apud foramen aspidis, & in cavernam basilisci ablactatus manum suam projicit.* Esai. 27: 1. *Illo die visitabit Dominus gladio suo magno, gravi, firmo, super balanam, serpentem impetuosum, tortuosum, & occidet Draconem, qui est in mari.* c. 65: 25. *Serpentis cibus erit pulvis: non nocebunt nedum perdent in omni monte meo.* Psal. 8: 3. *Ex ore infantium & lactentium fundasti robur, propter hostes tuos, ad abolendum inimicum & eum, qui se vindicat.* Psal. 40: 8. *Ecce veni, de quo in volumine libri scriptum est.* coll. Hebr. 10: 7. *ὡς κεφαλὴν βελίας*: & præsertim in Nov. T. *Progenies viperarum* &c. Matth. 3: 7. & 12: 34. *Vos ex patre Diabolo estis.* Joh. 8: 44. *Nunc princeps hujus mundi eicitur foras.* 12: 31. *Venit mundi hujus princeps, & in me nihil habet.* 14: 30. *Spectabam Satanam ut fulgur è cælo cadentem* &c. Luc. 10: 18, 19. *Quum plenitudo temporis venit, emisit Deus filium suum nascentem ex muliere, se subjicientem legi.* Gal. 4: 4. *Particeps factus est carnis & sanguinis, ut per mortem aboleret eum, qui imperium habebat mortis, hoc est, Diabolum.* Hebr. 2: 14. *Exutis imperiis & potestatibus palam eas quæ in triumphum duxit.* Col. 2: 15. *Manifestatus est filius Dei ut dissolveret opera diaboli.* 1. Joh. 3: 8. *Per hoc manifesti sunt filii Dei & filii*

Dia-





Diaboli &c. v. 10. & maximè Rom. 16: 20. Deus pacis conteret Satanam sub pedes vestros cito. conf. Apoc. 17: 7--11. Factum est bellum in cælo, Michaël & Angeli ejus præliati sunt contra Draconem illum magnum, serpentem illum antiquum, qui vocatur Diabolus & Satanus &c. Et procul omni dubio est, Deum arcanos istius vaticinii sensus protoplastis retexisse, qui deinceps viva prædicatione ac catechesi illos posteris ac nepotibus suis tradiderunt.

XV. Fidei enim ipsorum, intellectæque promissionis non parva indicia sunt, quod Adamus, audito Dei sermone, mox uxorem appellaverit *Evam*, h. e. non mortuam, sed vivam, & *matrem omnis viventis*, Gen. 3: 20. Quod illustre nomen, sceminæ, quæ peccatum mortemque in mundum intulerat, convenire non poterat, nisi promissionis istius respectu, cujus vim atque sensum Adamus capiebat, quâque ex meroore suo relevatus, & vitam sibi posterisque sperare audens, semen præcipuè istud, in quo vera vita & victoria contra Satanam promissa erat, jam è Paradisi umbris prospectabat.

Promissio
illa propa-
gata per
protoplas-
tos,

cf. l. 26. p. 126.

XVI. Similiter quoque Eva, in primo partu, cujus difficultates, inque eo comminationis divinæ veritatem, & peccati sui amarorem, prægustaverat, mox, cum marem edidisset, in eo promissionis divinæ fidem recolebat; seque ipsum illud semen, de quo tam magnifica promissa erant, in infante isto jam tenere rata, lætabunda exclamat, *Acquisivi virum Fehovam*, Gen. 4: 1. sic enim **אָבִי** illud specificativè sumi potest. Non exiguam enim de illo infante spem habuisse oportet, quam eximio adeo nomine, tanquam pretiosissimum pignus à Deo acceptum, ab acquisitione denominaverat. Sed & de femine isto cogitasse indicio est, quod in Caino decepta, cum tertium filium pareret, itidem dicit: *Posuit mihi Dominus aliud semen pro Abele, quia interfecit eum Cain*, Gen. 4: 25. ita Cainum occulte à semine excludens.

XVII. Fidem hanc etiam testatus est *Abel*, cujus sacrificium Deus & Patres demisso è cælis igne probavit. Unde *fide obtulisse* dicitur, & *testimonium accepisse, quod justus esset*. Hebr. 11: 4.

XVIII. Cumque sub *Enoschi* nativitate *denominari captum fuerit à Fehova*, Gen. 4: 26. (quæ phrasis & Esai. 44: 5. occurrit; אָבִי הוּא יְהוָה. אָבִי הוּא יְהוָה. Hic nominabit nomen *Jacobi*, non invocando, sed dicendo: *Jacobus est Pater meus, vel, ego facio cum Jacobo.*) & Dei cultus, à Cainitis obliteratedus, à sanctâ Serhi stirpe instauratus, & publice constitutus fuerit; id quidem sine verbi hujus & promissionis fide factum non fuit.

XIX. Eadem fide Enochus, Sethi trinepos, *ambulavit cum Deo*, Gen. 5:24. *Ὁσέως τῆς θεοῦ grata Deo facere studuit, accessit ad eum, quæsit eum*, Hebr. 11:6. & ob summam Dei familiaritatem, nondum legitima confecta ætate, divinitus ex hominum cœtu atque oculis abreptus, & in cœlum translatus est.

XX. Hujus nepos *Lamech*, vitæ humanæ labores ac calamitates miseratus, hac unâ spe se solabatur, quam testatus est in nativitate filii sui, quem *Noach*, h. e. consolatorem appellavit, Gen. 5:29. quanquam in persona aberraverit, ut ante eum Eva.

XXI. Ac paternæ promissionis hæres *Noah per fidem factus est hæres justitiæ*, Hebr. 11:7. *qui invenit gratiam in oculis Jehovæ, vir justus integer exstitit in actibus suis, & cum Deo ambulavit*. Gen. 6:8, 9. & *præco justitiæ*, 2. Pet. 2:5. *Per Spiritum Christi impio isti mundo prophetavit*, 1. Pet. 3:19, 20.

XXII. Post *diluvium* promissio hæc hæsit præcipuè *in tentoriis Semi*. *Persuadebit Deus Japheto & habitabit in tentoriis Semi, & erit Canaan servus ipsius*. Gen. 9:27. & propagata fuit per patriarchas sanctæ linæ. Quo plurimum conferebat ipsorum longævitas. Solus enim Noachus, novi deinceps mundi conditor ac paréns, antediluvianos omnes, tribus tantum prioribus exceptis, attigit; filiusque ejus Semus, qui etiam primum mundum viderat, ad annum Jacobi quinquagesimum primum supervixit.

*Imprimis
Abrahamum,
cui
repetita.*

XXIII. Cum autem, post nefas Babylonicum, structamque turrim Deo æmulam, abrupto sermonis commercio, genus humanum dispergeretur, paulatim quoque hæc promissio, ac sancta Patrum *κατάχρησις* corrupta fuit. Donec de novo sese Deus *Abrahamo* revelavit, circa annum mundi 2000. cujus stirpi istud semen, in quo omnes gentes beandæ forent, peculiariter asseruit, Gen. 12. & seqq.


CAPUT II.


De vocatione Abrahami, ac Fœdere Dei cum ipso inito, & speciali promissione ipsi facta.

*Instauratio promissionis in
ABRAHAMO.*



I. Ollapsâ ergo Dei notitia, & primæva promissione, qua solâ Ecclesiæ fides steterat, non satis caste custodita, sed in ipsâ sancta linea, ac Heberi stirpe, penes quam veræ religionis usus remanserat, paulatim corrupta ac adulterata; vocavit Deus





Deus Abrahamum, tunc Abramum, cumque eo fœdus integravit, & venturi feminis parentem, ac promissionis obfidem fecit. Ubi notanda hæc tria. 1. Abrahami vocatio. 2. Fœdus Dei cum ipso erectum. 3. Promissio specialis ipsi facta.

II. *Vocatus* fuit Abramus idololatra. *Ultra flumen Euphratem habitabant majores vestriolim, Therah Pater Abrahami & Pater Nachor: colebantque Deos alienos. Sed assumsi patrem vestrum Abrahamum* &c. Jos. 24, 2, 3. *Et, Eligite vobis hodie quem colatis, sive Deos quos coluerunt majores vestri, qui habitabant trans flumen illud. sive Deos Emorum* &c. v. 15. imo familia ejus prima in Scripturis idololatriæ rea peragitur. *Furata est Rachel imagines que erant patris sui.* Gen. 31: 19. A Deo autem admonitus, ut domum ac patriam relinqueret, ex Ure Chaldeorum, Gen. 11: 31. 15: 7. cum patre in Mesopotamiam profectus, ætatis anno 70. circiter quinque annos Charane confedit; atque eo mortuo, mox ut iustus est, migravit in Cananæam, annum agens 75. Gen. 11: 32. Atque ab hoc exitu Abrahami supputandi anni 430. qui in Israëlitarum egressu ex Egypto finiuntur. *Scias, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, quodque illos in servitutem reducturi sint & debilitaturi quadringentis annis.* Gen. 15: 13. *Ætas quarta revertentur huc.* v. 16. coll. Act. 7: 6. *Lex, que post quadringentos & triginta annos existit, non facit irritum testamentum ante ratum factum.* Gal. 3: 17. conf. Exod. 12: 40. ubi Moses dicit, *habitationem filiorum Israël, quam habitaverunt in Egypto, fuisse 430 annos.*

III. Variæ autem narrantur Dei revelationes ipsi factæ; unde Tertullianus ipsum divinæ familiaritatis virum appellat. Scriptura eas ad novem usque recenset: inter quas eminent duæ, Gen. 15. & 18. Quoties autem Jchova ipsi apparuisse legitur, videtur ille plane fuisse Filius Dei: quo quidam etiam referunt locum Joh. 8: 56. *Abraham Pater vester exultavit, ut videret diem meum, & vidit, & letatus est.*

IV. Ac speciatim in apparitione Gen. 18. existimavit Augustinus, aliique, Deum apparuisse *αὐτοῦ ὄψατο*, & S. Triados symbolum exhibuisse, quatenus humanis oculis eam usurpare fas est: quia *Jehova* dicitur Abrahamo apparuisse v. 1. quem & compellavit, & adoravit, v. 3. dicens, *Domine, si age, inveni gratiam in oculis tuis, ne, age, transeas præter servum tuum.* cum tamen tres viros viderit, nec unum aliquem reliquis digniorem ac legationis principem fuisse constet. Quod de Angelis hospitio exceptis ex Hebr. 13: 2. afferunt, id ad hanc historiam non pertinet,

net, sed ad historiam Loti, Gen. 19. Qui ipsi angeli tamen Jehova fuere, & eo nomine appellantur, Gen. 19: 1, 17, 19, 21, 24. & duo fuisse narrantur: qui videlicet Filium & Spir. S. representabant, qui propter œconomiam missionis recte angeli vocari possunt. Pater autem isto nomine non venit, nam Gen. 18: 2, 16, 22. appellantur *tres viri*: nam & duo illi angeli sub forma virorum visi sunt, Gen. 19: 5, 10, 12. conf. Gen. 18: 2.

FOEDE-
RIS cum
ipso initi

V. Cum autem Deus cum Abrahamo fœdus facere, ac promissionem patribus factam repetere, inque ejus familiam eam inferre vellet, atque eo revelationes ipsi factæ spectaverint; illa præcipue à nobis consideranda sunt. *Fœderis* autem cum Abrahamo initi observandum est cum *tempus*, tum summa ac *partes*.


tempus,


VI. Circa *tempus* ejus variant theologi. Quidam ejus *χρόνον* in sacrificio illo, de quo Gen. 15: 8. & seqq. posuerunt; alii decennio citius, cum Abrahamus Charane exiret, Gen. 12: 1, 2, 3.

VII. Quæ facile conciliari possunt, distinguendo inter promissionem ipsam primo datam, & sollemnem ejus confirmationem, adhibitis certis ritibus, factam. Prius accidit cum adhuc in Chaldæa versaretur: unde & 430 anni, de quibus proxime vidimus, exordium sumunt. Quamvis enim illa promissio primo recensetur Gen. 12: 1--3. in exitu ex Charane, facta tamen videtur capite præcedente, cum Abrahamus adhuc in Ure esset. Unde verba verti debent, *Dixerat Deus Abrahamo*, scil. in Ure. Sollemnis autem ejus confirmatio posterius peracta est: atque hos tres gradus habet. 1. facta est per ritum sollemnem, qualis est ineuntium fœdus, Gen. 15. 2. per sacramentum circumcisionis, quod promissioni additum est, eique firmando servivit, Gen. 17. 3. per jusjurandum, Gen. 22.

VIII. Hic autem de primâ confirmatione agimus, quæ facta fuit adhibitis sollemnibus & ritibus quibusdam, qui in fœdere firmando usurpari solent; quæ narratur Gen. 15. atque 15 annis post promissionem in Chaldæa primum auditam, & 10 annis post exitum ex Charane peracta est. Ita ut Gen. 15: 13. ubi 400 anni servitutis numerantur, centenarii tantum numerentur, cum exactiori calculo ab illo tempore 415 anni numerandi sint.

IX. Nec obstat auctoritas Apostoli, qui Gal. 3: 17. *Legem* 430 annos post *ἡμετέρας ἐπιταγὰς* latam dicit: unde confici videtur, cum inter sacrificium Abrahami, Gen. 15. & datam legem tantum 415 anni intercesserint, non isto in sacrificio, sed jam ante, in Chaldæa videlicet, ubi hi anni exeunt, hujus fœderis *χρόνον* fuisse. Sed facile hæc solvuntur.





Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi? Deus non est Deus mortuorum, sed viventium. Matth. 22: 31, 32.

Specialis,

XIV. *Specialis* autem ac palmaria promissio, quæque propriè fœderalis erat, fuit illa de dando *Semine*, in quo benedicendæ erant omnes gentes; quæ per excellentiam inde appellatur *Promissio*: cui arrhabonibus loco accesserunt promissiones speciales secundariæ tres; de multiplicando semine ipsius; deque dandâ ipsis Cananæa, in pignus hæreditatis cœlestis; & tandem educatione illorum ex Egypto ad terram illam possidendam.


*ter repeti-
ta,
De benedi-
ctione gen-
tium in
Abrahamo.*


XV. Promissio illa præcipua ter repetita legitur. Primò Gen. 12: 2. *Faciã te gentem magnã & benedicã tibi, & magnum faciã nomen tuum, & esto benedictio.* quod emphasin habet. Promittitur autem benedictio præcipuè spiritualis & æterna, quæ sola hoc nomine digna est. *Et benedicã benedicientibus tibi, & maledicentes tibi execrabor: & benedictæ erunt in te omnes familie terræ,* v. 3. quæ benedictio rursus corporalis esse non poterat; illam enim habebant gentes extra Abrahamum & semen ejus. Ergo spiritualis promittitur, in justificatione & glorificatione. Hanc enim nactæ sunt gentes in semine Abrahami. *Scriptura autem prævidens, Deum ex fide justificare gentes, ante euangelizavit Abrahamo: Benedicentur in te omnes gentes, itaque, qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abrahamo.* Gal. 3: 8, 9. *In te.* 1. quia Abraham continuit in se Messiam, in quo omnis benedictio. 2. Quia dux ac princeps fuit fœderis Dei, & fidei ac benedictionis reliquis exemplar, adeo ut illi juxta cum ipso fierent benedicti: sic enim Apostolus Gal. 3: 8, 9. illam promissionem de benedictione gentium in Abrahamo explicat, *עדן תבן אֱלֹהִים אֲנִי אֲרָאָהוּ cum fidei Abrahamo.* Et sic etiam sumenda vox Hebraica בָּרַךְ, in qua particula בָּ idem valet quod בְּרַךְ cum. Vide Exod. 15: 19. *Venit equus Pharaonis בָּרַךְ cum curru ejus וַיִּבְרַךְוּ & cum equitibus ejus in mari.* Licet tamen illa particula hic aliquid amplius quam עדן cum notet.


XVI. Eadem benedictio repetitur: *Et benedicentur in eo omnes gentes terræ.* Gen. 18: 18. Adstricta adhuc benedictione ad Abrahamum, etsi jam nato Ismaele. *Sarah uxor tua parit tibi filium, & vocabis nomen ejus Isaac, & constabiliã fœdus meum cum ipso.* Gen. 17: 19, 21.

*& semine
ejus.*

XVII. Et tertiã vice expressius: *Benedicent sibi in semine tuo omnes gentes terræ.* Gen. 22: 18. Ubi variatio est: non *in te*, sed, *in semine tuo*; non *benedicentur*, sed, *benedicent sibi*. Non enim de Abrahamo agitur, ut ante, in quo benedicendâ dicuntur gentes, ut ejusdem benedictionis socio,









focio & exemplari; sed de femine ejus, de quo solo dici potest, quod *in eo benedicent sibi*, h. e. benedictionem petent & consequentur omnes gentes. Hoc enim semen benedictionem non accepturum, sed daturum erat.

XVIII. Semen autem Abrahami duplex fuit; unum *primarium*, alterum *secundarium*, sive vel *sanctificans*, vel *sanctificatum*, Hebr. 2: 11.

XIX. Hic vero, ubi de femine agitur, in quo sibi benedicturae sint omnes gentes, semen *primarium* praecipue intelligitur, quod fuit Christus, ut Apostolus colligit. *Sed Abrahamo dictae sunt promissiones, & semini ejus non dicit, & seminibus, quasi de multis; sed, quasi de uno, & semini tuo; qui est Christus.* Gal. 3: 16. ex eo, quod numerus singularis hic usurpetur; quodque ille unus sit, cui haec verba in pleno suo sensu attribui possint. Ut semen Abrahami, quod fons & causa benedictionis foret, idem sit cum *semine mulieris* serpentis caput contrituro, Gen. 3: 15.

XX. Sed & secundo in loco ac latius intelligi potest semen Abrahami *secundarium*, quod fuit cum Isaac, tum reliqui Judaei fideles, filii Abrahami secundum carnem. In illis enim benedictae etiam fuerunt gentes, ut in typo & exemplari. Fuit enim Isaacus typus Christi, & benedictiones Judaeorum terrestres adumbrarunt spirituales benedictiones Ecclesiae; & tum in Isaac, tum in Judaeis credentibus, fuerunt prima benedictionis exempla, juxta illud: *In Isaac vocabitur tibi semen.* Gen. 21: 12. *Vos estis filii prophetarum, & pacti, quod pepigit Deus ad patres nostros, dicens ad Abrahamum: & in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae; vobis primum Deus, quum resuscitasset puerum suum Jesum, misit eum benedicentem vobis.* Act. 3: 25, 26. inque iis, ac post eos, ac ad eorum exemplum benedictae sunt gentes, ac de silvestri stipite oleae *Judaicae insertae* sunt, Rom. 11: 17.

XXI. Sic ergo gentes in & cum femine Abrahami, cum primario, tum secundo, benedictae sunt. Utrumque enim semen, in quo nempe futura erat benedictio, sic appellatur; tum Christus solus, Gal. 3: 16. tum ipse Abraham cum posteris credentibus, quibus pariter haereditas mundi per fidem addicitur, quatenus gentes ad ipsorum exemplum benedictae ac justificatae sunt. *Non enim per legem promissio Abrahamo aut semini ejus, nempe heredem eum esse mundi; sed per justitiam fidei &c.* Rom. 4: 13 -- 17. quo pacto haec loca concilianda sunt.

XXII. Cum autem benedictio haec plena non possit dici, imposto ju-


go & intentatâ maledictione, inde sequitur, semen Abrahami carnale aliquando à jugo illo & maledictione, quæ ipsis deinceps imponi poterant, fuisse liberandum, & gentes hujus jugi planè immunes fore.


XXIII. Unde patet, quomodo *ἡ δὲ ἑξ ἑκείνης* hæc *προκεινομένη* sit *ἡ ἐκ τῆς* *ἑξ ἑκείνης* *χριστιαν.* Gal. 3: 17. & quomodo promissio hæc spiritualis fuerit. Judæi enim male illam de corporali benedictione explicant, quam gentes omnes in Abrahamo, Isaaco & posteris eorum sibi apprecaturæ essent: quod nunquam factum est, nec fiet. Et quomodo in Abrahamo, quem pleræque gentes non noverant; vel in Isaaco & Israëlitis, exiguâ gente, inque Syriæ angulo sepositâ, omnes familiæ terræ benedictionem sibi promittere poterant? præcipuè cum Abrahamus & posterius ejus benedictionibus externis sæpe caruerint; & ferè gens ista contemptui reliquis gentibus fuerit; nec tantæ ac tam florentes eorum res fuerint, ut mundi oculos in se convertere, & tanquam in terrenæ felicitatis exemplum positi videri potuerint. Ut benedictio hæc non nisi spiritualis & fœderalis intelligi possit, quam in femine Abrahami primario, cum Abrahamo & femine ejus secundario consecuturæ erant omnes gentes; quod ex ipso eventu manifestum est, cum jam in Nov. T. in isto Abrahami femine omnes gentes sibi benedicant.

Cui accesserunt promissiones tres alia secundaria. XXIV. Promissioni huic primariæ, arrhabonis loco, accesserunt secundariæ tres. 1. *Multiplicatio seminis Abrahami in Isaaco.* 2. Promissio terræ *Canaan.* 3. Eductio è servitute *Ægypti.*

XXV. Promittitur ipsi primo multiplicatio seminis in Isaaco. *Et faciam te gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum.* Gen. 12: 2. *Et ponam semen tuum ut pulverem terræ &c.* conf. c. 15: 5. 17: 2, 6. & 22: 17. Intelligitur autem hæc promissio non de omni carnali ejus femine, cum multi carnales Isaaci & Israëlitis filii excludantur; atque alii, ex Abrahamo non geniti, sed ad exemplum ejus credentes, includantur: *Non omnes, qui ex Israël, hi Israël. Neque, quia sunt semen Abrahami, omnes filii; sed in Isaaco vocabitur tibi semen. Hoc est, non filii carnis, hi filii Dei: sed filii promissionis reputantur in semen.* Rom. 9: 6, 7, 8. sed præcipuè de femine ejus spirituali, cum ex Judæis, tum ex Gentibus credentibus. Quod semen propriè fuit innumerabile. *Turba multa, quam numerare nemo poterat, ex omni gente, & tribubus, & populis, & linguis.* Apoc. 7: 9. quale non fuit carnale ejus semen.

XXVI. Ac veritas ejus promissionis Abrahamo velit in pignore adumbrata & confirmata fuit in Isaaco, qui natus fuit ipso ferme emortuo, & Sarâ





Sarâ sterili effectâque. Quod, ut ex eventu patuit, notabat 1. semen spirituale primarium proditurum è virgine, quæ non magis quam Sara ad edendam prolem apta futura erat. 2. semen benedictionis secundarium non futurum carnis, sed promissionis filios, qualis Isaacus fuerat. *Non filii carnis, hi filii Dei; sed filii promissionis reputantur in semen.* Rom. 9:8.

XXVII. *Secunda promissio fuit de dandâ terrâ Canaan. Semini tuo dabo terram hanc.* Gen. 12:7. *Totam terram, quam tu vides, tibi dabo, & semini tuo in seculum.* c. 13:15. conf. c. 15:7. & 17:8. quæ tum in Abrahamo, qui possessionem ejus veluti prælibavit, in miti illo ac non inopi exilio, quod ibi toleravit; tum præsertim in ejus posteris, post annos quadringentos, impleta fuit.

2. de danda illi terra Canaan.

XXVIII. Ac sub hac donatione simul involvuntur duo Testamenta; Vetus, in quo Deus promittit hæreditatem istius terræ, tanquam typi & pignoris cæli: *Dabo tibi & semini tuo terram hanc;* & novum, in quo promittit sese in illa *ipsis futurum in Deum,* Gen. 17:8. h. c. Messiam in carne in terra illa manifestatum iri.

XXIX. *Tertia promissio specialis fuit de educatione posterorum ejus è servitute Ægyptiaca, ad ἀνεξαρξίαν illius terræ, post annos 400. Scias, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, quodque illos in servitutem redacturi sint, & debilitaturi sint ipsos 400 annis. Atque etiam gentem, cui servient, ego judico. Et postea exhibunt cum facultatibus magnis.* Gen. 15:13, 14. De quibus annis supra vidimus. Effluxere autem ex illis anni 220 ab exitu Abrahami ex Chaldaeorum regione usque ad descensum Jacobi in Ægyptum; in ipsa autem Ægypto transacti fuerunt reliqui 210 anni, qui terminabantur ipsa nocte exitus. *Fuit vero exactis quadringentis triginta annis, fuit eodem ipso die, ut egrederentur omnes exercitus Febovæ è terrâ Ægypti.* Exod. 12:41. Atque hæc promissiones Abrahamo factæ cum tam multiplices sæpiusque repetitæ fuerint, & tot ac tanta contineant, in plurali dicuntur αἱ ἐπαγγελίαι: *Abrahamo dicta sunt promissiones & semini ejus.* Gal. 3:16. *Fuxta fidem mortui sunt hi omnes, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, non acceptis promissionibus.* Hebr. 11:13.

3. de educatione posterorum ejus è servitute Ægyptiaca.

XXX. Sequitur nunc ab altera parte in hoc fœdere consideranda Abrahami *fides*, sive fœderis & promissionis adstipulatio.

FIDES ABRAHAMÆ.

XXXI. *Fides ejus consideranda, tum in naturâ, tum in circumstantiis, tum in fructibus ejus.*

XXXII. *Natura ejus describitur: Credidit Abraham Iehovæ,* Gen. 15:6. *Ejus namque* h. c.

h. e. amplexus fuit promissionem de femine, v. 4. 5. & expectavit ab eo bona omnia, non tantum corporalia, sed præcipue spiritualia & æterna; quæ Deum illi promississe supra vidimus. Quæ ipsius fides fuit justificans & salvans. Nam *credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam.* Rom. 4: 3.

*circum-
stantia,*


XXXIII. Circumstantiæ autem hic tres notandæ. 1. quod crediderit res tam arduas & plane incredibiles; terræ possessionem, at possessam à potentissima gente, cum ipse solus esset: prolem, ipso & Sara jam effectis: benedictionem omnium gentium in femine suo; at primario femine nunquam à se viso, secundario vero per 400 annos opprimendo. A deo ut fides ejus verè fuerit *spes.* Rom. 4: 18. *Qui contra spem secure credit, se factum esse patrem multarum gentium.* conf. Hebr. 6: 11, 18. 2. quod primus, & sine exemplo, crediderit promissiones adeo singulares & remotas. Unde *Pater credentium* dicitur, Rom. 4: 11. 3. quod fuerit in fide adeo constans & immotus. Nam *decem annis*, usque ad natum Ismaëlem, nullam videbat prolem, Gen. 16: 3. iterumque plures tredecim annis fluebant usque ad natum Isaacum, Gen. 17: 25. Atque ipse interim centenarius, & Sara sterilis ac effecta erat. Nihilominus tamen credidit, & *minime languens fide, non consideravit corpus suum jam emortuum, centum circiter annos habens, nec emortuum uterum Saræ; verum in promissionem Dei non disceptavit incredulitate; sed confortatus est fide, dans gloriam Deo; certissimum habens, eum, quod promiserat, etiam faciendi potestatem habere.* Rom. 4: 19-21.


*Et fru-
ctus: cum
respectu
ipsius: in
obedientia,*

XXXIV. Fructus ipsius fidei fuerunt duplices, cum in *obedientia*, respectu ipsius; tum in *præmio*, respectu Dei.

XXXV. *Obedientiam* ostendit, 1. quod exiverit è domo patris sui, *incertus quo iret*, Hebr. 11: 8. Quæ summa obsequii gloria est, Deum ducentem sequi, atque ire quo ipse nescias, &, quod maximum est, ubi ignores, an bene, an male tibi futurum sit.

XXXVI. 2. quod obtulerit filium. *Fide obtulit Abraham Isaacum, quum tentaretur, & unigenitum offerebat is, qui promissionem acceperat.* Hebr. 11: 17. vide Gen. 22: 2. Quod erat naturam omnem, omnesque affectus humanos exuere; filium, innocentem, dilectum, unicum, occidere, eumque propriis manibus mactare, &, non sine mora, ducto per singula membra ferro, sacrificii in morem dilaniare, ac intima ejus viscera scrutari, eaque aris imponere, illumque in holocaustum tandem offerre, ut universus consumatur; idque præmeditato, toto triduo inter istas cogi-





cogitationes exacto: quod sacrilegium potius, quam sacrum, contra fas omne, divinum, humanum, & omne exemplum, mixtumque cum infamia & periculo, ista in terra, ubi exulem agebat, quæ tam crudelem religionem averfutura erat; conveniens potius diabolo, placandisque diis inferis, quam Dei præcepto; repugnans denique promissioni datæ de semine benedicto, & maximè benedicente, nascituro ex Isaaco; adeoque evertens Abrahami & omnium fœderatorum æternam salutem & fidem. Quæ summa tentatio erat. Unde cum emphasi dicitur hîc *tentatus*; quasi ultima & maxima omnium tentatione, Gen. 22:1. Hebr. 11:17. Attamen obedivit, & paratus fuit, ex *fide resurrectionis mortuorum*, Hebr. 11:19. etiam filium offerre. Ex qua singulari obedientia *amicus Dei* dictus est, 2. Paral. 20:7. Esai. 41:8. Jac. 2:23.

XXXVII. *Premium* hujus fidei fuit *justificatio* ejus. *Nam credidit tum respectu Dei, in premio.* *Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam*, Gen. 15:6. Rom. 4:3. Deus enim gratuito bonum aliquod promittens, illudque accipi jubens, eo ipso declarat, quod accipientem habiturus sit pro justo, id est, qui jus habeat bonum promissum petendi & expectandi. Atque ita justificatio Abrahami facta fuit ex fide, promissiones illas accipiente, non ex operibus. Ad minimum enim 15 annis, ante oblatum Isaacum, jam justificatus dicitur, Gen. 15:6. Atque opus illud ipsum fidei ipsius probatio & fructus tantum fuit, illamque consummavit: *Fides cooperata est operibus ejus, & ex operibus fides consummata est, Et ita impleta est Scriptura, quæ dicit, credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam, & amicus Dei vocatus est.* Jac. 2:22, 23. Atque notat præterea Apostolus aliam circumstantiam temporis, quo justificatus fuit, scilicet *cum esset in præputio*, Rom. 4:10. ut nec ex circumcissione, nec ullo alio opere, vitam sperare potuerit, sed ex solâ fide in semen istud, benedictionis auctorem ac principem.


XXXVIII. Unde patet, fidem Abrahami (sola temporis circumstantia excepta) eandem fuisse cum nostra: cum in Messiam, semenque istud benedictum crediderit, atque *ejus diem* prospectaverit, &, per tot sæculorum licet caliginem, tamen *viderit*, Joh. 8:56. tum in crebris apparitionibus, tum in illustri promissione feminis, tum in Isaaco venturi feminis typo & obside; atque eadem nobiscum bona æterna speraverit & acceperit: *Expectabat enim eam, quæ fundamenta habet, civitatem, cujus artifex & conditor est Deus.* Hebr. 11:10. conf. v. 13, 14. Quod & Apostolus confirmat, cum benedictionem Abrahami probat fuisse justificatio-

cationem per Christum. *Scriptura praevidens, Deum ex fide justificare gentes, ante-angelisavit Abrahamo: benedicentur in te omnes gentes: itaque qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abrahamo.* Gal. 3: 8, 9. Impia ergo Smalcii glossa est, Abrahamum diem Christi vidisse, sed abfque Christo vel noticia ejus. *Qui nec dies Christi fuisset, nec Abrahamo laetitia praebere potuisset; contra ac Christus eo loco docet.*

CAPUT III.

*De propagatione Promissionis ab Abrahamo:
usque ad Mosera:*

*Promissio
post Abra-
hamum
devoluta
in ISAA-
CUM:*


I.  *Abrahamo in haereditate promissionis successit Isaacus, cui Deus illam quoad singulas ejus partes addixit, eadem formula, qua ad Abrahamum ante usus fuerat. Peregrinare in has regione, & ero tecum, ac benedicam tibi: nam tibi & semini tuo dabo omnes regiones istas, & praestabo juramentum illud, quod juravi Abrahamo patri tuo: multiplicabo enim semen tuum, & benedicent sibi in semine tuo omnes gentes terra.* Gen. 26: 3, 4. conf. Gen. 22: 17, 18.

*cum ex-
clusionem
Ismaëlis.*

II. *Data autem fuit illa promissio Isaac, cum exclusionem Ismaëlis, & reliquorum Abrahami filiorum. Sed quid dicit Scriptura, ejice ancillam & filium ejus. Non enim erit haeres filius ancillae cum filio liberae.* Gal. 4: 30. vide Gen. 21: 10, 12. & 25: 5, 6. Unde Ismaël proponitur ut reprobationis exemplum, & typus. *Neque, quia sunt semen Abrahami, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen. Hoc est, non filii carnis, hi sunt filii Dei; sed filii promissionis reputantur in semen. Promissionis enim sermo hic: secundum hoc tempus veniam, & erit Sara filius.* Rom. 9: 7, 8, 9.

III. *Nec excipi potest, hanc tantum esse exclusionem quoad bona corporalia & externa, non vero spiritualia & aeterna; nec ipsum adeo intelligi Ismaëlem, quam posteros ejus. Contrarium enim patet 1. ex scopo Apostoli Rom. 9. qui isto exemplo rejectionem Judaeorum à scedere Dei sub Nov. T. probare intendebat. Quod sicuti merè spirituale erat, & bona spiritualia ac aeterna comprehendebat; ita eo allatum exemplum etiam spectabat. 2. Unde Ismaëlem, quanquam ab Abrahamo pro-*





prognatum, non tamen ejus fuisse *τίκνον* v. 7. id est, promissionum & fœderis hæredem, asserit. 3. Considerat enim Abrahamum, non solum ut patrem carnalem, sed præcipuè tanquam fœderis caput, & promissionum veluti parentem; quæ tum typicæ erant, de terra Canaan, multiplicatione seminis, &c. tum antitypica de spiritali hæreditate bonisque internis; à quibus omnibus Ismaël cum posteris suis exclusus fuit, Gen. 21: 10, 12. Gal. 4: 30. 4. Distinguit enim Apostolus inter *filios carnis*, qui non sunt filii Dei, & *filios promissionis*, qui *in semen reputantur*, v. 8. Eodem modo ut & suo tempore v. 6. inter verum Israël, eosque qui quocunque modo ex Israël erant orti distinguit. 5. Sed & perversa indoles Ismaëlis, ac profanus animus in Scripturâ notatur, in acerbâ illa irrisione, Gen. 21: 9. quam *persecutionem* vocat Apostolus Gal. 4: 29. Atque ita reprobos in Scripturâ typum gerit, ut ipse eorum pars ac exemplum fuerit. 6. Unde & ipse & posterius ejus, non à benedictionibus externis, quas affatim habuerunt, sed à fœdere Dei ac Ecclesia extorres egerunt.

IV. Verè ergo reprobis fuisse videtur *Ismaël*; qui, cum nihilominus primogenitus esset, repræsentavit, 1. fœdus operum & indolem operariorum; sicut Isaacus repræsentavit fœdus gratiæ & fidei. *Nos autem, fratres, secundum Isaac, promissionis filii sumus.* Gal. 4: 28. *Ecce dies veniunt, ait Jehovah, & pangam cum domo Israël & cum domo Judæ fœdus novum. Non ut fœdus, quod pepigeram cum patribus ipsorum, die, quo apprehendi manum eorum, ut educerem eos ex Ægypto.* &c. Jer. 31: 31, 32, 33, 34. 2. cumque è matre serva fuerit natus, *Hierosolyma* terrestris quoque imago fuit, quæ ad servitutem parit, & montis *Sinai*, ex quo lex prodiit; sicut *Isaacus*, è matre libera natus, exhibuit Hierosolymam cœlestem, quæ liberos parit ex fide ad libertatem & spiritum adoptionis filiorum. *Hierosolyma quæ sursum est, libera est: quæ est mater omnium nostrum. Scriptum enim est: letare sterilis --- nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quemadmodum tunc qui secundum carnem generatus erat, persequabatur eum: qui secundum spiritum: ita & nunc.* Gal. 4: 26-31.

V. *Ismaële* ergo excluso, promissio in *Isaaco* stetit, qui in sua familia pariles vices conspexit, ac ante Abrahamum. Cum enim benedictionis ac fœderis hæredem instituire vellet *Esavum*, primogenitum ac sibi dilectum, Gen. 27: 4. interveniente Dei consilio, & singulari, nec undiquaque probando *Rebecca* astu, pro *Esa*vo, Jacobo ignarus bene-

Ab Isaac
derivata
ad IACO-
BUM:

benedixit, & quidem benedictione fœderis, ut colligitur ex Gen. 27:29. *Serviant tibi populi --- maledicentium tibi quisque maledictus esto, & qui benedixerit tibi, esto benedictus.* coll. cum Gen. 12:3. *Et benedicam benedicientibus tibi, & maledicentem tibi execrabor; & benedicentur in te omnes familie terre.* Quod ubi vir sanctus animadvertit, ac Dei nutum in hac parte deprehendit, benedictionem datam iterato confirmavit, ipsumque expressis verbis magnæ ac primariæ illius promissionis, Abrahamo factæ, hæredem ac traducem fecit: *Det tibi Jehova benedictionem Abrahami* &c. Gen. 28:3, 4.

Reprobato
Esavo.

VI. Atque ita rursus in familiâ Isaaci discrimen apparet, & exemplum electionis & reprobationis divinæ in Jacobo & Esavo, quamvis iisdem parentibus natis, editum fuit. *Necdum enim natis, quumque non egissent quicquam malum aut bonum, (ut, quod secundum electionem est, Dei propositum maneret; non ex operibus, sed ex vocante) dictum est ei: major serviet minori. Quemadmodum scriptum est, Jacobum dilexi, Esavum odio habui.* Rom. 9: 11, 12, 13.


Remon-
strantium
contra hoc
exemplum
exceptio-
nes.


VII. Contra quod exemplum frustra excipitur: 1. Illos electionis & reprobationis duntaxat typos respectu Nov. T. non vero exempla fuisse. 2. Benedictionem illam beneficia solum externa, non vero spiritualia spectare. 3. & de posteris eorum potissimum, non vero de ipsis, intelligendam esse. 4. idque ex Mal. 1: 3. constare, ubi *odium Esavi* de desolatione Idumæ à propheta explicatur. 5. aut odium Esavi comparativè tantum de minori aliquo amore intelligendum esse. Quæ Remonstrantium commenta sunt.


qua dilu-
untur.

VIII. Ad quæ respondemus: 1. Istud fratrum par ita electionis & reprobationis gessisse typum, ut ejus etiam in se ipsis expresserint imaginem & exemplum. Sicut vox typus sæpe alibi exemplar notat. Vid. 1. Cor. 10: 6. *Τὰὐτὰ δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, Hac autem typi nostri fuerunt, ut ne concupiscamus res malas.* 1. Thess. 1: 7. *ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπος adeo ut fueritis exemplaria omnibus credentibus in Macedonia & in Achaja.* 1. Tim. 4: 12. *τύπος γίνε exemplar esto fidelium.* Et manifesto de personis eorum accipiendum est, quod est Rom. 9: 11. *nondum natis* &c. 2. Nec de externis solum beneficiis, sed de maximâ ac fœderali promissione, quam Isaacus Patriarcha, ejus hæcenus custos, filiis tradere parabat, inter fratres istos agi, tum ex Apostoli scopo & verbis, tum ex ipso vaticinii ac benedictionis sensu patet. Agit enim Apostolus isto capite de Judæorum à fœdere Dei rejectione, deque æterno ac libero reprobationis









consilio; illique probando ac confirmando ex ipsa patriarcharum familia exempla petit, ac duos hosce fratres adducit. Circa quos discrimen dicit esse factum ex *Dei proposito*, *προῖσσει τῆ κατ' ἐκλογῆς*, v. 11: quod prædestinationem æternam infert; & Esavum introducit ut *servum fratris*, v. 12. quo Dei fœdere, bonisque fœderis, quæ una cum primogenituræ jure ad Jacobum fratrem minorem translata erant, excidebat; & *Deo exosum*, v. 13. quod majus aliquid sonat, quam externo aliquo beneficio carere; quod certe hominem Deo exosum, nisi alia accedant, non facit; & *miseriordiam non consecutum*, v. 15, 16. denique ut induratum, ac *Pharaoni supparem*, v. 17, 18. quin & *profanum* eum ac manifeste impium alibi describit. *Ne quis scortator, aut profanus; ut Esau, qui pro edulio uno vendidit primogenituram suam*. Hebr. 12:16. Nec posteros Esavi solum, sed ipsam ejus personam spectari, Apostoli verba innuunt, *Nondum natis pueris* &c. Rom. 9: 11, 12. Unde sæva & profana ipsius indoles in Scripturâ notatur; ejusque perpetuum à fratre dissidium, & degener animus protinus à materno utero se ostendit: *Jehova autem dixit ei, dua gentes sunt in ventre tuo, & dua nationes, ceditæ ex visceribus tuis separabuntur, quarum natio una robustior erit altera, & major serviet minori* &c. Gen. 25: 23. & seqq. Nec posteros tetigisset hæc prædictio, nisi ipsum prius Esavum eorum parentem spectasset. 4. Quod vero Idumæi à Saule & Davide subjugati & Israëli subjecti fuerint, illud sero demum evenit, nec admodum diu duravit; cumque etiam aliis vicinis gentibus acciderit, tantum non est, ut hujus vaticinii fidem absolvat, & odium illud Dei, ac maledictio, in Esavum peculiariter lata, quæ amoris ejus erga Jacobum (qui amor omnem bonum affectum, & omnia ac summa beneficia dicit) opponitur, dici mereatur. Quanquam alioquin non negemus, externas istas clades ex odio isto profectas, (*At Esavum odi, & posui montes ejus desolationem, & hereditatem ejus draconibus deserti*, Mal. 1:3.) æterni illius odii ac maledictionis effectus ac partem fuisse, illamque inclusisse & ostendisse. 5. Nec comparativè Dei odium pro minore aliqua dilectione interpretandum est. Quanquam enim de hominibus isto sensu phrasis illa nonnunquam veniat (*Videns Jehova exosam esse Leam, aperuit vulvam ejus*. Gen. 29: 31. sic & v. 33. *Uxor Simsonis ei dixerat: tantum odisti me, ac non amas me*. Jud. 14: 16. *Si quis venit ad me & non odit patrem suum --- non potest meus esse discipulus*. Luc. 14: 26.) nullibi tamen Deus odisse aliquem nisi in pleno ac vero sensu dicitur. Neque enim leviter adeo Dei odium sumere licet. Ac manifesto nimis Jacobus

bus & Esavus sibi mutuo opponuntur: alter enim servus, alter dominus; alter dilectus, alter exosus; alter misericordiam consecutus, alter reprobatus dicitur; quæ non gradibus tantum, sed toto genere differunt.

IX. Atque hæc Esavi & Jacobi conditio iterum typica erat, ut antea fuerat illa Isaaci & Ismaëlis. Nam 1. Esavus exemplar & typus est reprobatorum operariorum, qui externis prærogativis & operibus nituntur. Quamvis enim nihil legatur Esavus fecisse justitiæ causa, tamen externis suis prærogativis nixus legitur: *Quod cum rediret à venatione sua, paraverit cupedias, & attulerit patri suo, eique dixerit, surgat Pater meus, & comedat de venatione filii sui, ut benedicat mihi anima tua.* Gen. 27:31,32. Jacobus vero typus erat electorum & fidelium. 2. Esavus, cum ex majori fieret minor, referebat rejectionem Judæorum, & assumptionem gentilium. *Sic ultimi erunt primi, & primi ultimi.* Matt. 20: 16.

à Iacobo
promissio
propagata

X. Jacobus tertius benedictionis hujus hæres, & promissionis tradux, duodecim habuit filios; qui totidem patriarchæ, seu tribuum partes futuri erant. Ad quem numerum sæpe respicitur in Nov. T. Matth. 19:28. *Sedebitis in thronis duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.* Conf. Apoc. 21:12.

XI. In tanto autem filiorum numero, quamvis duo duntaxat sine crimine essent, sc. Josephus & Benjamin; pater nihilominus singulis benedixit, cunctosque, veluti patriarcharum nepotes, & sanctum semen, promissionis Abrahamo olim factæ hæredes instituit; atque apud eos, tanquam nascentis Ecclesiæ patres pretiosum illud cœli pignus deposuit.


potissimum ad
JUDAM;
cui facta
promissio
de Messia,
Gen. 49:
10.


XII. Ubi consideranda potissimum pars illa hæreditatis longè maxima, quæ *Jude* obtigit, cui inter cæteras tribus principatus, tandemque veri principis Messia ex femine ejus exortus, illustri vaticinio addicitur: *Non auferetur (tribus) sceptrum de Judâ, neque (doctor legis) legislator de inter (qui sit ex intra) pedes ejus, usque dum veniet Schiloh: & ei (erit) aggregatio (vel obedientia) populorum,* Gen. 49: 10. Cujus oraculi tum *sensus*, tum *implementum* propius videnda sunt.

Cujus sensus & implementum propius considerantur.

XIII. Occurrit ibi vox שֵׁבֶט, quæ communiter *virgam*, aliquando *sceptrum*, seu *virgam regiam* (שֵׁבֶט־רֵגִיָּם) *sceptrum rectitudinis est sceptrum regni tui.* Pfal. 45:7.) denique sæpissime *tribum* notat; & מַחֲקֵק, quod *legislator* vertitur, h. e. legis & statutorum Mosaicorum præceptor & intulcator. Adeo ut per duo hæc vocabula omnis Judæorum intelligatur regnatix potestas, seu sacra, seu civilis, quæ isto in populo mire conjunctæ erant, cum iidem Ecclesiæ ac Reipublicæ tum forent limites.

Non





Non auferetur usque dum &c. Quod non de hac vel ista potestatis specie, sed in communi de omni ista potestate accipitur. Nam & respublica & Ecclesia in ista gente usque ad Messiae tempora permansit, & publica utriusque facies, etsi post longas calamitates, superfuit. Nam ad templum, & ad populum suum venit. Cum nec templum sine populo & politia ista; nec haec sine templo ac sacerdotio subsistere potuerit. Quod postea ex eventu patuit. *De inter pedes ejus*, LXX. & Mercerus ad generationem referunt, & de propagatione posteritatis, ac longa nepotum serie intelligunt. *Usque dum veniat Schiloh*. quod vocabulum, sive à שִׁלֹה tranquillum esse, quasi *tranquillatorem* dicas, seu potius ab Arabico שִׁיל fluxit, unde cum affixo ה pro ו, quod Arabibus frequens est, & interdum Hebraeis quoque usitatum, שִׁילָה *profluvium*, h. e. *semen ejus*, cum tres Targumistae, LXX. omnesque alii interpretes de Messia expli-cent, probare id supervacaneum est. *Illi autem erit aggregatio*, seu obedientia, *populorum*: qui sunt fideles ex omni populo.

XIV. Cum autem hic Juda peculiare aliquid addicatur supra fratres ejus, quanquam caeteroquin beneficium quod hic promittitur, caeteraque de interitu & fine istius reipubl. quae hic simul innuuntur, omnes tribus spectent; ad oraculi fidem & implementum sufficit, istam familiam ac tribum supra caeteras longe eminuisse, inde domum regnatricem exortam, atque in ea longo tempore imperii ac religionis sedem fuisse, tandemque universam gentem & rempublicam ab ista tribu Judaicam sive Judaeorum dictam fuisse: quae appellatio potissimum tempore Messiae usurpata fuit; quo veniente sceptrum omne istius gentis, quaecumque tunc erat, omnisque potestas, Judaeorum dicta fuit: sicut illa tribus post longas clades ferè sola superfuit, caeterarumque princeps sola religionis ac reipublicae dignitatem sustinuit: denique, quod palmarium est, Messiam ipsum, qui hic appellatur שִׁילָה h. e. semen ejus, ex tribu ista prodiiisse.

XV. Circa cujus adventum, juxta oraculi hujus sensum, sceptrum desit: quod per gradus factum fuit, 1. Pompeji bellis, quibus Judaea subacta, & caput gentis Hierosolyma capta fuit, annis ante Christum 63. 2. Herode, gente extero, in Asimonaeorum solium evecto. 3. Judaea paulo post Christum natum in provinciam redacta, & Syriae attributa. 4. tandem plenissime republica eversa, temploque deleto sub Vespasiano; quando vaticinium hoc omnibus numeris suis impletum fuit. Ista enim omnia conjungenda sunt, cum eodem tendant, tandemque vaticinium hoc absolvant.


XVI. Cum


XVI. Cum ergo, templo ac politiâ everfis, sceptrum à Juda ablatum fit, & jam per sexdecim sæcula eo caruerint, quod non diffitentur ipsi Judæi, omniumque ore testatur & deplorat R. David Kimchi ad hæc Hofeæ verba c.3:4. *Diebus multis sedebunt filii Israël sine rege & sine principe*; certo certius est, Messiam seu *משיח* dudum advenisse.

XVII. Atque hæc probabilissima ac facillima hujus vaticinii interpretatio est, quæ *sceptrum & legislatorem* non nimis curiose distinguit aut divellit, sed ea in unum conjungit, præsertim circa Messiaë tempora; cum utroque vocabulo imperium & potestas illius populi, qualiscunque illa sit, designetur, quæ ad Messiaë adventum duratura perhibetur; cum, dilatatis Ecclesiæ pomœriis, gentes adducendæ forent, nec amplius regnum Dei in sola Judæorum natione constiturum.

XVIII. Alii tamen *sceptrum & legislatorem* distinctè sumi volunt, quia conjunctiva particula in textu occurrit. Cumque utrumque pariter ad Messiaë tempora mansurum dicatur, & alterutrum tamen ante Christum jam remotum constet; vocem *שבת* per *tribum* convertunt, quomodo & v.16. *Dan judicabit populum suum באתר שבת*, ut una *tribuum Israël*, & v.28. *Omnes istæ sunt שבט* *tribus Israël duodecim*, sumitur, & *מהקק* per *scribam* seu doctorem legis ceremonialis. conf. Deut. 33:21. *בין בתיקן* *Legislator incrustatus*. & Num.21:18. *Putens, quem effoderunt ingenui populi בכתפיו* *cum legislatore scipionibus suis*. & *מבין רגליו* *de inter pedes ejus*, de more, quo discipuli ad magistrorum pedes, ipsique in discipulorum corona, & in medio veluti pedum eorum, sedebant, accipiunt. conf. Deut. 33:3. *Cujus omnes sancti sunt in manu tua: & illi medii perambulati sunt pedi tuo, ut acciperet à loquelis tuis*. Luc. 10:39. *Maria assidens ad pedes Jesu, audiebat ipsius sermonem*, Act. 22:3. *Ego, Paulus, Judeus sum, nutritus in hac ipsa urbe apud pedes Gamalielis*. Ut tria Judææ privilegia hic denotentur: unum primarium, de Schilo ex eo prodituro; duo secundaria, quæ ut totidem circumstantiæ tempus adventuri Messiaë expriment, 1. quod distinctio tribus Judææ, 2. quod doctrina seu institutio sacra Levitarum, non sint peritura ex illa tribu ante adventum Messiaë. Quæ duo, cum etiam aliis tribubus communia fuerint, peculiaris tamen bonorum istorum continuatio & constantia, usque ad ultima reipublicæ istius tempora, & ipsum tandem Messiaë adventum, isti tribui præ reliquis adseritur.

XIX. Quod & eventu comprobatum fuit. Corruptis enim ac deperditis cæterarum tribuum genealogiis, per abductionem Assyriacam, Efr.2:59.





Efr. 2: 59. Neh. 7: 61. &c. sola tribus Juda integra reliquisque impermixta remansit; & ante, 1. Sam. 11: 8. & 15: 4. 2. Sam. 24: 9. 1. Chron. 21: 5. & postea, usque ad templi urbisque excidium, Luc. 2: 3, 4, 5. Similiterque cum per regni divortium religio quoque contaminaretur, ac reliquæ tribus mox Levitarum ministerio & sincera ac incorrupta legis institutione carerent, 2. Chron. 11: 13, 14. & 13: 9. in Juda tamen sacra institutio ac Levitarum ministerium perennavit, & ad secundum templi excidium perduravit, ipso Christo teste, *in cathedra Moſis ſedere Scribas & Phariſeos, omniaque qua dixerint ſervanda & facienda eſſe*, Matth. 23: 2, 3. Sicut & Judæi tradunt, extinctâ Hillelis proſapia, qui ad excidium templi ſcholam Hieroſolymitanam rexerat, veros doctores, per *χρειſτας* ordinatos, in terrâ Iſraëlis defeciſſe. Atque hæc de vaticinio iſto ſufficiant.

XX. Aliud fidei ſuæ teſtimonium edidit Jacobus, eodem cap. v. 18. *Salutare tuum*, vel ſalutem, *expectabo*, vel expecto, *Jehova*. Quod dictum de Meſſia agere etiam Paraphraſtes Hieroſolymitanus eximiis verbis agnovit; ut fruſtra illud detorqueant Sociniani. Conferri autem poſſunt verba Simeonis, Luc. 2: 29, 30. *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſecundum verbum tuum, cum pace. Quia viderunt oculi mei ſalutem tuam.*

XXI. A *Jacobo* propagata deinceps hæc promiſſio per duodecim ejus filios, Judaicæ gentis patres, in Ægypto apud poſteros eorum permanſit. Quos in tribus diſtributos *Moſes* in novam gentem ac populum compoſuit, quem data terra ac ſanctuario verborum Dei deinceps depositarium fecit. de quo ſuo loco.

XXII. Quanquam iſto tempore aliis etiam hominibus, extra ſanctorum Patrum familiam, promiſſio hæc communicata fuerit, ut *Jobo*, *Eſavi* ut quibuſdam creditur, abnepoti, qui Moſi coætaneus videtur fuiſſe, & de Meſſia eximiè agit, ſub nomine *Goëlis ſui*, quem vivere ſe noſſe ait, cap. 19: 25. *amicisque* ejus, ex quibus *Elihu*, ſub nomine *Angeli & Interpretis ſelecti ex mille*, cujus eſt dicere, *redime ipſum ne deſcendat in foveam; inveniytrum*, cap. 33: 23, 24. eum introducit; aliisque, quos nunc omitimus.

XXIII. Atque hoc promiſſionis Meſſiæ ab Adamo uſque ad Moſen curriculum fuit. In quo ſpatio paulatim ea majori luce ac incremento Eccleſiæ affulſit. Cujus peculiaris gradus circa *Abrahami* tempora obſervari poteſt. 1. Cum enim hæcenus ad certam ſtirpem alligata non fo-

Per Patriarchas
duodecim
propagata
eſt promiſſio
ad eorum poſteros
in Ægypto;
& communicata
etiam quibuſdam
extra ſanctorum
Patrum familiam.

ret, nisi quod in *Semum* à *Noacho* fœderis hæreditas collata videatur; Gen. 9: 26, 27. *Benedictus Jehova Deus Semi* &c. clarius deinde ad *Abrahami* sobolem ea adstricta fuit; quam in familiam suam veluti adoptavit Deus, tradito ei fœderis ordinario symbolo & sacramento. 2. Deus sese propius ac speciali nomine *El Schaddai* illi manifestavit, quod ante id tempus factum non legitur. 3. Addidit & clariorem promissionem vocationis gentium, quam antea audita fuerat.

Inde speciali modo
DAVIDIS
familie
adhasit,

XXIV. *Davidis* vero tempore promissus *Messias* ut *Rex* proponi cœpit. 2. Sam. 7: 12, 13. *Excitabo semen tuum post te & confirmabo regnum ejus. Ipsum adificabit domum nomini meo, & confirmabo solium regni ejus in sæculum.* Psal. 89. postque illud tempus isto nomine in Ecclesiâ perpetuo agnitus & expectatus fuit. *Et servient Jehova Deo suo, & Davidi Regi suo, quem excitabo ipsis.* Ier. 30: 9. *Et constituam super ipsas pastorem unum, & pascet eas, servum meum Davidem. Et ego Jehova ero ipsis in Deum, & servus meus David princeps in medio earum.* Ezech. 34: 23, 24. *Et servus meus David Rex super ipsis, & pastor unus erit omnibus, & in iudiciis meis ibunt &c.* c. 37: 24. *Postea convertentur filii Israël, & querent Jehovam Deum suum & Davidem Regem suum.* Hos. 3: 5. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, dabitque ei Dominus Deus thronum Davidis patris ipsius. Regnabitque in domo Iacobi in aeternum, & regni ejus non erit finis.* Luc. 1: 32, 33. *Et obstupuit tota turba dicebatque, nonne iste est filius ille Davidis?* Matth. 12: 23. *Quid vobis videtur de Christo illo? cujus filius est? dicunt ei, Davidis.* c. 22: 42. *Quomodo dicunt scribæ Christum esse Filium Davidis?* Marc. 12: 35. & Luc. 20: 41.


XXV. Ne autem *Rex* terrenus expectaretur, indicatæ sunt simul ipsius passiones & mors, Psal. 22. & 69: 22. Esai. 50: 6. & 53. Dan. 9: 26. Zach. 9: 9, 11. & 12, 13. & 12: 10. & 13: 7. ut & ejus resurrectio & gloria, Psal. 68. & 110.


eiusque posteris, usque ad captivitatem
BABYLONICAM;

XXVI. Deinde post annos circiter 300, tempore *Achazi* Regis, cum *Davidis* domus ruinam minitari videretur, eadem promissio repetita, simulque *Messiae* mater nominata fuit: *Ecce virgo concipit, & parit filium: & vocabit nomen ejus Immanuel.* Esai. 7: 14.

XXVII. *Esaie* οὐρανὸν & *Micheas*, velut diverforii *Mariæ* metator ac cunarum Domini custos, locum *Messiae* natalem, ex quo post annos circiter 700 proditurus erat, indicavit, Cap. 5: 1. *At tu, Bethlehem Ephrata, parva es, ut sis inter familias Juda? Ex te mihi prodibit, Judex, ut sis dominator in Israël. Cujus egressiones sunt ab initio, à diebus saculi.* conf. Matth. 2: 4, 5, 6.

XXVIII. De-





XXVIII. Denique post captivitatem Babylonicam, imo & in ea ^{& post eam.} everfo Davidis folio, ac valde imminuta templi majestate, promiffionem hanc instaurarunt tria maxime illuftria oracula, Dan. 9: 24--27. *Septuaginta feptimana decife sunt fuper populo tuo, & fuper urbe fancta tua, ad coercedum defectionem, & ad confummandum peccata &c.* Hagg. 2: 4--10. *Major fiet gloria domus hujus posterioris quam prioris, & in loco hoc dabo pacem &c.* Mal. 3: 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, ut vacuam faciat viam ante me, & derepente veniet ad templum suum Dominus ille, quem vos quaritis, angelus ille foederis.*

XXIX. Per hos ergo gradus promiffio hac cucurrit. 1. *Protoplastis* Vnde elucent prae- femen illud, in quo mundi vita foret, promiffum est in genere. 2. Genus illius indicatum est in *Abrahamo*, ejusque posteris. 3. Propius designata fuit tribus in *Juda*, ut & generale tempus adventus ipfius. 4. Familia & regnum monftrata sunt sub *Davide* . 5. Mater, sub *Achazo* . 6. Locus, qui nascentem exciperet, à *Micha* . 7. Tempus tandem cum propinquaret, indicatum illud & fpecialioribus notis insignitum fuit, sub fecundo templo à *Daniele* , ultimisque prophetarum. In quibus omnibus admiranda Dei providentia elucet.

C A P U T I V.

De fide Patrum sub Promiffione, eorumque
justitia, ac spe salutis.

I. **H**Æc de promiffione. Videamus nunc 1. quæ *Patrum* sub *Patrum* eâ fuerit *fides*. 2. quæ eorum redemptio & *justitia*. 3. quæ *FIDES*, denique salutis *spes* .
eadem cum no-
stra.

II. Cum ergo fape adeo, multisque modis, promiffio de *Messia* repetita fuerit, & quidem sine jugo ullo ac legis accusantis onere: fequitur confideranda nunc ipforum in iftam promiffionem *fides*. Illa enim ex promiffione ifta univerfa dependebat; ita ut fundamentalis *Ecclefia* *Messia* ætatem antegreffa fuerit articulus ille de promiffione *Messia* , feu feminis mulieris & *Abrahami* , serpentis caput contrituri, & in quo benedicendæ effent omnes gentes terræ, cum necessariis fuis fequclis feu appendicibus acceptus. Quam illorum fidem temporis acciden-

tiumque circumstantiis solummodo diversam, cæteroque in ipsa eandem fuisse cum nostra, tum sacræ Scripturæ testimoniis, tum rationibus inde deductis, tum denique exemplis constat.

Quod ad-
struunt
Scripturæ
testimoniis,


III. 1. Testatur enim Scriptura, commune fidei objectum omnibus ætatibus fuisse Christum, *Qui heri & hodie idem est & in sæcula.* Hebr. 13: 8. *Omnisque prophetas de eo testimonium perhibuisse,* Act. 10: 43. & *quævisse & scrutatos esse de salute nobis facta, in quod sc. & quale tempus, Spiritus Christi, qui in ipsis erat, significaret Christi passiones & glorias sequentes &c.* 1. Pet. 1: 10, 11, 12. Unde Paulus veteres in Christum ἀσθηλιώτας ante sperantes appellans, Eph. 1: 12. τὸ δαδευκόμενον δωδεκίμ τριβύς suas, Deum nocte & die ἐν καρτερίᾳ assidue colentes, sperasse se deventuras ad promissionem patribus factam, profitetur Act. 26: 7. *Christum nempe passum, primum ex resurrectione mortuorum, lucem annunciatum huic populo & gentibus.* ibid. v. 23. & eandem Abrahami ac nostram fuisse fidem ac benedictionem probat. Gal. 3: 6-10, 14.

fæderis di-
vini natu-
ræ

IV. 2. Sed & fæderis divini natura hoc evincit. Non enim illud varium esse potest; cum peccatori non nisi unicum salutem adipiscendi medium restet, de quo fædus hoc factum est. Unde Apostolus fædus, quod cum Abrahamo initum est, Christum præcipuè spectasse, idemque cum illo quod nobiscum sancitum est fuisse, docet. *Fratres, secundum hominem dico: tamen hominis ratum factum testamentum nemo rejicit aut supra disponit.* Gal. 3: 15. *Hoc autem dico, testamentum ante ratum factum à Deo in Christum, lex, quæ post 430 annos exstitit, non facit irritum ad abolendam promissionem.* v. 17. *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* v. 22. Nec diversum esse potuit. Cum *Deus sit unus, qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem,* Rom. 3: 30. *unusque pariter Dominus, ac salutis auctor,* Eph. 4: 5, 6. extra quem nulla salus, *aut nomen sub cælo datum in quo oporteat salvari,* Act. 4: 12. & *unica ad salutem via,* Joh. 14: 6. adeoque & *una fides,* Eph. 4: 5. quam operatur τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἡ πίστεως *idem Spiritus fidei,* 2. Cor. 4: 13. Quod Apostolus etiam in diversis, tum Veteris, tum Novæ Ecclesiæ sacramentis ostendit, 1. Cor. 10: 3, 4. quæ eandem escam & potum spiritualem signabant, & tanquam umbræ, modo antecedentes, modo subsequentes, pro variâ videl. diei luce, idem corpus comitabantur.


& fideli-
um exem-
plis.


V. 3. Juxta quæ varia fidelium, qui in Messiam speraverunt, in Vet. & Test. exempla producuntur: Protoplastorum, qui crediderunt pro-



1862

1862





promissioni ipsis factæ *de semine mulieris contrituro caput serpentis*. Gen. 3:15. Abelis, qui *fide potius sacrificium præ Caino obtulit Deo; per quod testimonium consecutus est, quod justus esset*, Hebr. 11: 4. Enochi, qui *fide translatus est ne videret mortem, & ante translationem suam testimonium acceperat grata fecisse Deo. Sine fide autem impossibile est Deo grata facere*. v. 5, 6. Noachi, qui *fide divinitus monitus, de iis, quæ necdum videbantur, metuens paravit arcam ad salutem domus sue. Per quam damnavit mundum, & justitiam, quæ est secundum fidem, factus est heres*. v. 7. Abrahami, Isaaci & Jacobi, qui *fide peregrinatum venerunt in terram promissionis tanquam alienam, expectantes eam, quæ fundamenta habet, civitatem, cujus artifex & conditor est Deus &c.* v. 8. & seqq. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, & vidit, & letatus est. Joh. 8: 56. Et signum accepit circumcisionis sigillum justitiæ fidei. Rom. 4: 11. coll. Col. 2: 11--15. Angelus, qui *me vindicat ab omni malo, benedicat pueris hisce*. Gen. 4: 8: 16. & sequentibus temporibus, Israëlitis, quem Angelus faciei Dei servavit, & in dilectione & clementia sua asseruit, bajulavit & tulit omnibus diebus sæculi. Esai. 63: 9. Mosis, majores divitias æstimantis *Ægypti thesauris improprium Christi. aspiciebat enim in remunerationem*. Hebr. 11: 26. Jobi, qui *noverat vindicem suum vivere &c.* c. 19: 25, 26. Elihu, qui confitetur esse apud Deum *Angelum advocatum unum ex mille, ad indicandum homini rectitudinem ejus, cujus esset gratia illam completi, ac dicere: Redime ipsum ne descendat in foveam; inveni lyrum*. Job. 33: 23, 24. Davidis, *Dixit Dominus domino meo*. Psal. 110: 1. coll. Matth. 22: 43. *Nam non est recta domus mea cum Deo, sed fœdus perpetuum posuit mihi, dispositum inter omnes & servatum, quod omnis salus mea & omne beneplacitum erit, quum domus mea non germinabit*. 2. Sam. 23: 5. denique omnium justorum; *multi enim propheta, reges & justi desiderarunt videre & audire quæ videbant & audiebant Apostoli, sed nec viderunt neque audiverunt*. Matth. 13: 17. Luc. 10: 24. quorum longum agmen Apostolus instruit, Hebr. 11. quos nobis ut *testes nos circumstantes*, Hebr. 12: 1. commendat; quod frustra esset, si non ejusdem fidei testes forent.


VI. Male ergo *Judei*, ante latam legem, *Tobu* sive inane statuunt; *Hanc Patrum ante Christi adventum eandem cum nostra* mundumque ignotis illis temporibus in meris tenebris jacuisse, & vix Ecclesiæ aliquam faciem fuisse, saltem illam, nulla, vel exigua luce collustratam, in mera infantia, ac Messie ignorantia egisse volunt.

VII. Quibus suppare *Sociniani* hæc docent: 1. Humanum genus ab

fidem negant Iudæi, Sociniani, Adamo usque ad Mosem, lege naturæ fere contentum, tantum non errassent sine lege ac Deo; qui toto isto tempore illud neglexerit, nec sædus ullum spirituale cum eo fecerit; nec Christum per duo annorum millia Ecclesiæ suæ vel per umbram fuisse visum aut cognitum; quodque de eo Abraham aliquid inaudivisse videatur, id vero secus esse; nec eo tempore verba promissionis ab eo sic intellecta esse; sed Apostolum, ut veteris Ecclesiæ figuris ludere amat, post rei eventum illa Christo adaptasse: saltem, si Abrahamus & similes viri excellentes deoque chariores illa ita intellexerint, tamen promiscuam fidelium turbam & Ecclesiæ vulgus ista ignorasse. Quibus 2. addunt, ne quidem figuras ullas de Christo illa ætate extitisse, sed longè post Abrahami tempora eas demum Judæis traditas. 3. Unde non mirum est, quod nec fidem in Christum, nec justificationem per fidem illis temporibus agnoscant. 4. Euangelium autem ipsum demum à Christo in carne viso promulgatum statuunt.

VIII. Quæ fundamentalia hominum istorum themata sunt, quibus veluti pulcherrimis emblematis Theologiam suam interstinguunt & exornant, atque istis pretiosis videlicet effatis quicquid porro in religione sua dogmatum habent subservire ac famulari jubent; non solum insigni in Ecclesiam veterem opprobrio, sed commento, ipsi Euangelio & Christi sub Nov. T. doctrinæ, quam tantopere extollere sese putant, vel maxime adverso; cujus nempe universa veritas ac fides laborat, si Veteris Ecclesiæ auctoritate & consensu careat, atque isto principali suo tibicine destituatur. Unde Apostoli firmando Euangelio istam Veteris Novique Test. concordiam tantopere urgent: quam mendacibus argumentis à Paulo adstructam volunt, dum ipsum oraculo ad Abrahamum facto priscisque figuris mysticum quendam & alienum, nec à fidelibus istorum temporum intellectum, sensum attribuere docent. Saltem Zachariæ, apud Lucam c. 1: 72, 73, 74. verbis assentiri illi non possunt, qui Deum, exhibito Christo, *sancti fœderis ac juramenti Abrahamo præstiti recordatum*, illudque implevisse dicit. Quod sædus, juramento firmatum, Abrahamum, fidelium parentem dictum, non intellexisse cogitatu insanum est. Sicut autem istud intellexit, ita & posteris ac sequenti Ecclesiæ, istarum promissionum hæredi, illas fidelissime tradidit & exposuit. *Et Jehovah dixit: nunquid celo ego Abrahamum, quod ego facio? atqui Abrahami fiet gens magna & numerosa, & benedicentur in ipso omnes gentes terra. Nam cognovi ipsum, ut precipiat filiis suis, & domui suæ post se, & observent viam Jehovah, ut faciant justitiam & judicium, ut adducat Jehovah*

2
C
7



horah super Abrahamum id, quod locutus est de ipso, Gen. 18:17, 18, 19.

IX. Impingunt & hic ipsorum discipuli *Remonstrantes*, præceptum fi- *Remon-*
dei in Christum nolentes uspiam in Vet. T. clare extare, & si quæ tum *strantes.*
de illius adventu fides fuerit historica, illam equidem justificantem pla-
ne non fuisse; cum ad summum fides tantum in generalem illam pro-
missionem Dei, & in typos solum ac umbras Christi, non vero propriè
in Christum lata fuerit; contra expressa Apostoli verba: *Huic omnes*
Prophetae testimonium dant, remissionem peccatorum accepturum per no-
men ejus quemvis qui crediderit in eum. Act. 10: 43. & Joh. 8: 56. *A-*
brahim pater vester exsultavit, ut videret diem meum, & vidit, & letatus
est. Gal. 3: 16. *Abrahamo dictæ sunt promissiones & semini ejus. Non*
dicit, & seminibus, quasi de multis: sed, quasi de uno, & semini tuo: qui
est Christus. Hebr. 11: 1. *Est fides eorum, quæ sperantur pollicitatio, re-*
rum demonstratio, quæ non videntur. v. 4. *Fide potius sacrificium Abel*
præ Caino obtulit Deo &c. v. 7. Fide divinitus monitus Noë de iis, quæ nec-
dum videbantur, metuens paravit arcam ad salutem domus sue, per quam
damnavit mundum, & justitiæ quæ est secundum fidem, factus est heres.

X. Errant pariter *Anabaptistæ*, volentes fœdus Dei cum Abrahamo *& Ana-*
initum merè carnale fuisse, ut & circumcisionem, nihil vero ad conscientiam *baptista.*
& cordis purificationem fecisse. Sed contra est, Jer. 4: 4. *Circumcidie*
vos Iehovæ, & auferte præputia cordis vestri &c. c. 9: 24, 25. Visitabo super
omni circumcisio cum præputio. Nam omnes gentes præputiatae sunt, &
omnis domus Israël præputiati corde. Ezech. 44: 9. *Omnis peregrinus præ-*
putiatus corde & præputiatus carne non intrabit sanctuarium meum.

XI. Atque ita manet Patrum in Christum fides. Hæc autem in aliis
major, in aliis minor erat; in quibusdam explicita, in quibusdam implici-
ta, dum solâ promissione Abrahamo facta de benedicto semine niteretur.
In genere tamen, ac cum nostrâ comparata, ratione istius œconomiae,
obscurior erat; quanquam quoad fiduciam in multis ipsorum major ac
firmior erat, quam multorum fidelium sub N. T.

XII. Hanc Patrum fidem in Messiam consequitur etiam communio *Fidem Pat-*
beneficiorum, cum *redemptionis & justitiæ* in hac vitâ, tum *salutis & beati-*
tudinis in futura. *trum con-*

XIII. *Redemptionis* Christi, etsi illo nondum incarnato, tamen pro- *sequitur*
pter firmitatem sponsonis illius, ac, per illam, virtutem mortis ejus retro- *communio*
activam, veteres fuisse participes, tum ex promissione ad ipsos pertinente, *beneficio-*
quam jam vidimus, tum ex apertis Scripturæ testimoniis patet. *rum,*
REDEM-
TIONIS,
lus.


lus enim expresse ad Rom. 3: 24, 25. & ad Hebr. 9: 15. testatur *transgression-
nes, quæ sub priori testamento & παρῶσι Dei admittæ fuerant, per mor-
tem Christi fuisse deletas.* Et ad Hebr. 9: 25, 26. ubi unicum Christi sa-
crificium sufficere probat, ait, *Christum alioqui à jactis mundi fundamen-
tis sapius debuisse pati.* Quod manifesto insert, Christum etiam fidelium
ab ipso mundi exordio peccata luere debuisse. Quin & apertis verbis
Apoc. 13: 8. *agnus hic mactatus dicitur inde à jactis mundi fundamentis,*
in agnis videl. illis, qui in sacrificiis inde à mundi initio mactabantur. Un-
de Apoc. 4: 4, 6, 8, 10, 11. in cœlesti isto 24 seniorum ac animalium choro
non solum Nova sed & Vetus Ecclesia Christo regnanti assurgit, seque
agni istius sanguine redemptam fatetur.

IV. Atque ex hac Christi redemptione sequitur, Patres etiam veram
 JUSTITIAE, & *justitiam*, & peccatorum remissionem habuisse. Quod præsertim exem-
 plis Abrahæ & Davidis ab Apostolo ostenditur, Rom. 4. conf. Gen. 15:
 6. *Et credidit Abraham in Iehovam, ויחשבה לו צדקה & reputavit
 hoc ipsi justitiam.* Sic & Νῶς ἐπίσταν δικαιοσύνης ἐγένετο ἀληθινόν & *per fidem
 justitia factus est heres,* Hebr. 11: 7. Et quotquot circumcisi sunt, iis circum-
 cisio fuit σημεῖον, σφραγὶς δικαιοσύνης, *signum, sigillum justitiæ,* Rom. 4:
 11. Fiebat enim hæc remissio per imputationem sacrificii futuri Christi,
 & certitudinem sponsonis ejus, licet peccata revera actu nondum ex-
 piata essent.

XV. Ubi tamen consideranda est diversitas quædam inter remissio-
 nem peccatorum, tum quæ illis, tum quæ nobis convenit; quod illa
 nempe fuerit πάρεσις, hæc nostra ἀφεσις. Quæ voces ita differunt, quod
 πάρεσις sit *præmissio*, id est, *non-punitio* peccatorum, à παρῶσι si-
 nere præterire, à παρῶσι; ἀφεσις autem *remissio*, ab ἀφέναι *missum*
 facere, cum aliquis id quod manu tenet missum facit. vide Joh. 20: 23.
*Si quorum ἀφῆτε remiseritis peccata, ἀφένται αὐτοῖς, remittuntur eis: si
 quorum retinueritis, retinentur.*

XVI. Veteris ergò temporis erat πάρεσις *præmissio, non-punitio*, in-
 dulgentis videl. Dei; quamvis, reatu manente, & peccato necdum per
 dignum sacrificium deleto, Deus illud identidem commemorare, ac
 quotidiano opprobrio homini peccatori ingerere posset; quod postea,
 post legem latam jugumque impositum, in sollempni isto cultu fecit.
 ἀφεσις autem proprie est Nov. T. *Nam condonabo pravitatem eorum,
 & ipsum peccatum eorum non recordabor amplius.* Jer. 31: 34. & conjun-
 cta est cum ἀπολυτῶσι & perfecta redemptione Christi: *In quo habemus*
 τὴν ἀπο-

qua fuit
 ΠΑΡΕ-
 ΣΙΣ,
 distin-
 guenda ab
 ἀφῶσι.





τὴν ἀπολύτρωσιν *redemptionem per sanguinem ipsius*; τὴν ἀφεσιν τῶν ὀργημάτων *remissionem peccatorum*. Eph. 1: 7. Col. 1: 14. & non solum peccatorum prætermissionem, sed eorundem in libro Dei deletionem, & chirographi abolitionem, omnemque eorum extinctam mentionem ac memoriam dicit: adeo ut, *ubi ea est, nulla amplius pro peccato oblatio* exigi possit, Hebr. 10: 18.

XVII. Atque ita hæc distinguit Apostolus Rom. 3: 25, 26. ubi priori tempori *tolerantiam* adscribit, & *peccatorum que tunc fiebant dissimulationem*, præstitit demum Christo, *per cujus sanguinem placamentum* ac vera expiatio fieret, *per fidem in illum*. Unde fidelium peccata per longam sæculorum seriem expianda remanserunt, usque ad Christi inortem, *qui semel circa consummationem sæculorum ad abolitionem peccati cum sacrificio suo manifestatus est*, Hebr. 9: 26. & *peccatum totius terræ deletum uno die*, Zach. 3: 9. Et certe aliam longe faciem peccatorum remissio habet fuso Christi sanguine, & repræsentato redemptionis pretio, ac olim cum sanguis ille adhuc fundendus esset. Adhuc enim scribi poterat, ac erubescenda & fidei imprimis gravis peccati confessio imponi, quandiu de redemptione ut peracta nondum gloriari poterant. Illà autem præstitâ, ac veræ victimæ cruore fuso, plena facta est remissio, atque publica illa peccati commemoratio, ac confessio, certis ritibus peracta, quæ deinceps imposta fuit, & perpetuum Ecclesiæ ut nondum consummata: testimonium erat, abrogata quoque est. Cum nihil jam ad consummationem ejus restet.

XVIII. Illa tamen *πάρεσις* seu peccatorum transmissio, quæ priori tempore conveniebat, etiam gratiæ erat, multosque gratiæ effectus secum trahebat: nimir. 1. *Vocationis* per promissionem & legem conversionis ac fidei. 2. *Sanctificationis*, quâ sanctificabantur Patres per Sp.S. 3. *Assumptionis* in gloriam: *Decebat ipsum, propter & per quem sunt omnia, multis filiis in gloriam introductis, principem salutis ipsorum per passiones consummare*. Hebr. 2: 10. & 11: 40. *Quum Deus de nobis melius quid providisset, ne sine nobis consummarentur*. Adeo ut non obstante hac *πάρεσις* gratiam redemptionis & gloriam cœlestem receperint Patres: alias enim non fuisset *πάρεσις*, seu peccatorum transmissio, sed eorundem ultio. Gratiæ ergo & gloriæ non deerat illis *effectus*, sed *causa* solummodo.

XIX. Qua in re licet ecclesia patriarcharum ab ecclesia N. T. differat, præcipua tamen utriusque est convenientia, non in eo tantum, quod gra-

tia & iustitia Christi credentibus donata utrique ad justificationem cesset, non imputatis eis, ad qualemcunque vel damnationem vel servitutem peccatis; verum in eo etiam, quod æquè in Ecclesia Patriarcharum ac N. T. non fuerit audita lex, quæ in servitutem redegit, nullum exactum fuerit chirographum; sed apud illam quidem sola promissio, apud hanc vero solum Euangelium de impleta & rebus ipsis representata promissionæ obtinuerit. Hinc Patres in comparatione Israël, *liberi* dicuntur, & nos illorum filii in libertate N. Testamenti. *Superior Hierusalem libera est, qua est mater omnium nostrum.* Gal. 4: 26.

(qua beneficia Patri-
bus negant
Sociniani.)

XX. Hanc autem Patrum redemptionem & peccatorum remissionem negant *Sociniani*, quamvis verbis fateantur illos habuisse plenam peccatorum condonationem: hoc enim de ablatione peccatorum solum temporalium, non autem mortis æternæ, h. e. æternæ existentiae in nihilo intelligunt; atque etiam nullo Christi interventu per solam Dei clementiam peractam docent. Quæ peccatorum condonatio revera omnem veram remissionem corrumpit ac tollit. Non enim illa vera remissio est, quæ solummodo peccatorum temporalium, non vero mortis æternæ ablationem dicit; quæque sine ullo sacrificii Christi intuitu peracta est per pecudum cruorem, Deique illum acceptantis benignitatem: verum hæc iustitiæ Dei abnegatio est, & justificationem dicit sine iustitia, quod contradictorium est. Unde nec commode satis loquuntur, qui sub Vet. T. ubi nondum adducta erat vera iustitia, tamen plenissimam justificationem ac remissionem obtinuisse volunt: cum omnis justificatio ac redemptio ibi peracta fuerit per imputatam Christi sponsonem, quæ cum adhuc implenda restaret, vera quidem, non autem plena vel plenissima remissio ibi locum habuit.

c Salutis
& VITÆ
ÆTER-
NÆ;


XXI. Nec veteres solum iustitiæ & redemptionis participes fuerunt in hac vita, verum etiam salutis & beatitudinis post hanc vitam. Unde à fide Patrum progredimur ad spem illorum de vita æterna. Hæc enim duo connexa sunt. *Reportantes τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν σωτηρίαν ψυχῶν, salutem animarum.* 1. Petr. 1: 9.


cujus ha-
buerunt
spem quod
probat

XXII. Ac salutis æternæ, post vitæ hujus tædia & labores, ipsos certissimam spem habuisse, tum ex Dei cum ipsis fœdere, tum ex Patrum ipsorum fide ac animi certitudine in Scripturis celebrata, tum denique ex apertis Scripturæ testimoniis constat.

ex Dei
promissio-

XXIII. 1. A parte Dei, spei isti probandæ occurrit *primæva promissio*, homini mox post peccatum & mortis reatum facta, Gen. 3: 15. quæ libe-





liberationem à morte, & novæ vitæ collationem peccatori promittebat *ne, & for-*
in Semine mulieris, quod contritutum erat caput serpentis, etiam sub pedes dere cum
 fidelium, Rom. 16:20. & per mortem abolitutum erat *esum, qui imperium* ^{ipsis}:
habebat mortis, hoc est, Diabolum, ut liberaret eos, qui timore mortis per
totam vitam obnoxii erant servituti. Hebr. 2: 14, 15. & fœdus Dei cum
 Abrahamo initum, quod de spiritualibus & æternis bonis erat; nec enim
 aliis de rebus cum peccatore, cujus sese Deum profitetur, pacisci Deo
 decorum est. Hinc illam fœderis formulam, *Ero Deus tuus*, Chri-
 stus de vitâ æterna explicat. Matth. 22:32. Et fœdere isto promissa *bene-*
dictio in semine; quæ benedictio eadem est cum nostra sub N. T. & justi-
 tiam ac vitam dicit, Gal. 3:8, 9, 14. parta denique in hac vita *justitia & re-*
demtio; de quibus mox vidimus. Ubi autem justitia & redemptio, ibi sa-
 lus: *Christus per proprium sanguinem intravit in sancta, aivwv xatavwv*
eterna redemptione inventa. Hebr. 9: 12. *Ego vitam æternam do ovis*
meis, & non peribunt in sæculum, & non rapiet quis eas ex manu
mea. Joh. 10: 28.

XXIV. 2. A parte fidelium, occurrunt ipsa spei istius in ipsis exem- ^{tum ex}
 pla; ut Abrahami, Isaaci, Jacobi, *Qui fide peregrinatum venerunt in ter-* ^{Patrum}
ram promissionis, expectabant enim eam quæ fundamenta habet, civitatem, ^{celebratis}
cujus artifex & conditor est Deus. Hebr. 11: 9, 10. conf. v. 13-16. *Salu-* ^{fide,}
tem tuam exspecto, Jehova. Gen. 49:18. *Jobi: Ecce occidat me -- etiam*
ipse mihi saluti est. Nam non coram ipso hypocrita veniet. c. 13: 15, 16.
Ego novi, vindex meus vivit, & postremus super pulvere stabit, & post-
quam pellem meam destrinxerit quoad hoc, etiam ex carne mea videbo
Deum: quem ego videbo mihi, & oculi mei videbunt & non alius po-
tiùs quàm mei: sive & non alienum. Confecti sunt renes mei in sinu meo.
 c. 19: 25, 26, 27. Quæ enim sub œconomia legali occurrunt exempla,
 ibidem recitabimus.

XXV. 3. Sed & aperta extant *Scriptura testimonia*, spem ac salutem Pa- & ^{aperis}
 trum sub promissione & V. T. affirmantia. Qualia sunt, Tit. 1: 2, 3. *Ad* ^{Scriptura}
spem vite æternæ, quam promisit Deus aivwv aivwv ante tempora ^{testimo-}
seculorum: manifestavit autem temporibus suis, sermonem suum in præco- ^{niis.}
nio, quod mihi concreditum est. Unde de hac salute animarum quasive-
runt & scrutati sunt Prophetæ, qui de gratiâ nobis dandâ prophetarunt,
 1. Pet. 1: 10, 12. Nec enim in ullo alio salus est. Neque enim aliud nomen
 unquam datum fuit sub cœlo in hominibus, in quo nos oporteat servari, ex-
 tra nomen Jesu Christi, Act. 4:12. Unde etiam ante consummationem prin-

cipis salutis, multi filii in gloriam introducti fuerunt, Hebr. 2: 10. Sicut & Christus in domo Patris sui μὲν ἴσως πολλάς habitationes multas, h. e. multorum, esse dicit Joh. 14: 2. quemadmodum etiam illi, qui postea per Euangelium vocandi erant, accubituri dicuntur cum Abrahamo, Isaaco & Jacobo, in regno cælorum, Matth. 8: 11. conf. Luc. 16: 23.

Spem vitæ æternæ comitata est spes resurrectionis.

XXVI. Hanc eorum spem de vita æterna simul comitata est spes resurrectionis. Quod rursus patet tum ex verbis fœderis, *Ero Deus tuus*, quæ corporis resurrectionem inferunt, ut Christus docet Matth. 22: 32. tum ex fidelium exemplis; ut inter alios, *Abrahami, Qui credidit Deo, qui vivificat mortuos, & vocat, quæ non sunt, tanquam sint. Rom. 4: 17. conf. Hebr. 11: 19. Reputans, quod etiam ex mortuis excitare valeat Deus. v. 35.*

quam spem negant Pelagiani, Pontificii,

XXVII. Objiciunt sese hic rursus adversarii, qui sicuti fidem, ita & spem veterum negant: quales sunt *Pelagiani*, qui homines ante Christum, aut per naturam, aut per externam legis disciplinam ad salutem perductos docent: *Pontificii*, qui etiam iniquius de Patribus sentiunt, eosque ad temporalia solum bona, tanquam ad terrenum passum, abjiciunt: tum *Anabaptista, Servetiani, Zwenkfeldiani*, qui idem statuunt.

Anabaptista alique, Sociniani,


Quorum omnium errores complectuntur & augent *Sociniani*: nam illi fidelibus olim tantum bona externa promissa volunt, ut umbras felicitatis æternæ promulgandæ sub N. T. nec deinceps in lege quoque vitæ æternæ apertam mentionem factam, quamquam ejus quædam sint indicia; & promissum quidem Messiam, sed sequenti solum Ecclesiæ; unde in eum veterum fidem non fuisse latam; nec qualia illius beneficia futura essent tum cognitum fuisse, cum illa mysteriis & umbris tegerentur, quæ mysticos & incertos sensus haberent, pro interpretantium ingenio. Unde & Patres morientes descendisse volunt in infernum non-existentiæ: Deum tamen novissimo die illis daturum vitam æternam; sed nec speratam, nec promissam: idque non ex fide in Christum, sed ex ipso Veteri Testam. expiatis illorum peccatis per sanguinem sacrificiorum. Quos non longo intervallo sequuntur *Remonstrantes*, quibus hæc commenta, aliquatenus interpolata, impense arrident, ut ex Episcopio patet.

& Remonstrantes.


Qui omnes refutantur.

XXVIII. Contra quæ solum hic observamus, 1. & *promissam* veteribus vitam æternam, atque ipsis fœderis verbis eam comprehensam: sicut illis eam probatam dat Christus Luc. 20: 37, 38. & Paulus promissionem Christi deducit ex promissione seminis, & justificationem fidei ex justificatione Abrahami. 2. & *expectatam*: *Expectabat Abraham eam, quæ fundamenta habet, civitatem, Hebr. 11: 10. Juxta fidem mortui sunt* hi









hi omnes, non acceptis promissionibus; sed eminus visis & persuasi, salutatis; & confessi, quod hospites & inquilini essent super terra. Qui enim talia dicunt, ostendunt se patriam querere. v. 13, 14. nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. v. 16. ubi non de eventu tantum, sed de ipsa fidelium fide & expectatione agitur: unde & v. 1. fides *ἐπιδοξασίας* rerum speratarum appellatur. 3. & denique datam ex illa promissione. Alioquin si sine promissione illam accepissent ex obedientia sua tantum, hæreditas fuisset ex operibus legis; quod negat Apostolus, Gal. 3: 18. Si hæreditas est ex lege, non utique ex promissione. Atqui Abrahamo per promissionem largitus est Deus. v. 22. Conclufit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Christi daretur credentibus. Præcipuum duntaxat inter ipsos & nos ratione salutis & vitæ æternæ discrimen erat, quod ante Christi obedientiam & mortem vita quidem fuit in Christo, ut *principe salutis*, sed necdum ut *consummato*, Hebr. 2: 10. ut sponse, qui sub lege futurus erat, sed nondum, ut *mortuo legi*. Hactenus ergo *vita æterna*, licet ante tempora *secularia promissa*, nondum tamen *manifestata*. ac *preconiata* fuit, Tit. 1: 2, 3. Reliqua in œconomia legali occurrent.

XXIX. Atque hac fide ac spe Patrum asserta, concidit fabulosus ille Pontificiorum *limbus* & carcer, quo eorum animas usque ad Christi adventum detentas volunt. Qui & fœderi, & promissioni Dei, & beato fidelium statui directe repugnat, omnemque ipsorum spem ac consolationem prorsus perimit. Patrum enim animas in beatitudinem cœlestem translatas esse Scriptura undequaque confirmat. *Gaudete & exultate: nam merces vestra multa est in cœlis; ita enim persecuti fuerunt Prophetas qui fuerunt ante vos.* Matth. 5: 12. *In domo Patris mei* *μοναὶ πολλαὶ εἰσιν*, mansiones multae sunt. Joh. 14: 2. Quod patet exemplis Henochi, qui cum Deo ambulavit, & translatus est, ne videret mortem: *assumerat enim eum Deus*, Gen. 5: 24. coll. Hebr. 11: 5. Abrahami, Isaaci & Jacobi, qui *exspectabant civitatem quæ fundamenta habet*, Hebr. 11: 9, 10. *quarentes patriam, quam iis preparaverat Deus*, v. 14, 16. Sicut Jacobus *exspectabat salutem Jehovæ*, Gen. 49: 18. unde *in gloriam introducti* sunt, Hebr. 2: 10. sicut & fideles N. T. accedunt *ad spiritus justorum consummatorum*, Hebr. 12: 23. cum quibus ideo *multi venturi ab oriente & occidente accubituri* dicuntur *in regno cœlorum*. Matth. 8: 11. Sicut & Lazarus *asportatur ab Angelis in sinum Abrahami*. Luc. 16: 22, 23.

XXX. Nec illum inferni carcerem, quem asservandis piorum animis commento suo extruxerunt, in Scripturâ ullibi ostendere possunt. *Scheol*

Huic Patrum fidei & spei repugnat LIMBUS, Pontificiorum figmentum; quod rejicitur:


enim, ad quod Jacobus Patriarcha *ad filium*, sive potius *propter filium* suum, quem amissum rebatur, præ mœrore *descensurum* se dicebat, Gen. 37: 35. proprie sepulchrum notat, non infernum. Multo minus *sinus Abrahæ* longo hiatu ab inferno separatus illum locum signat. Est enim ille ipse Paradisus cœlestis, immutabili Dei statuto ab inferorum portis longissime discretus. Neque etiam *carcer*, quo *spiritus* atinebantur, *quibus Christus per Spiritum suum tempore Noæ predicavit*, 1. Pet. 3: 19, 20. istum Patrum carcerem notat, sed ipsas infelices impiorum sedes, qui, cum Noæ prædicationem, quæ per *Christi Spiritum*, h. e. *Spiritum* ejus *æternum*, qui vivificatus est, quæ ipsa ejus deitas est, Hebr. 9: 14. peracta dicitur, respuissent, ultricibus aquis deleti sunt, & Petri, qui hæc scribebat, tempore, in carcere erant. Insana enim sunt quæ Pontificii de Christi animæ, mortis triduo, ad subterraneum istum specum descensu, deque Euangelii sc. præconio in ipso inferni Ditis regno facto, Patrumque ex isto carcere liberatione nugantur. Quo referunt Eph. 4: 8. *Captivam duxit captivitatem*; qua phrasi hostes Christi designantur, Satan, peccatum &c. conf. Jud. 5: 12. *Surge, Barak, & captivos tuos age, fili Abinoam*. Inverecundum autem est Patres Vet. Ecclesiæ à Christo liberandos sic appellare. Denique *inferiores partes terræ*, Eph. 4: 9. rursus non limbum aliquem & inferni regionem, sed sepulchrum denotant, in quod descenderat Christus; quod ita vocatur respectu partis superioris terræ, in qua homines & animalia degunt.


Et Anabaptistarum somnium animarum; quæ in cœlo vivunt.

XXXI. Cadit etiam insana *Anabaptistarum* opinio, animas Patrum, quin & reliquorum porro fidelium, perpetuo sopore vincitas, usque ad Christi adventum dormire statuentium.

XXXII. Nec audiendi quidam alii, qui animas Patrum in quiete & gaudio, ac loco quodam refrigerii, ubi Deo vivant, non tamen in cœlo locant. Non fatis enim constat sibi illa sententia, & confuso conceptu de loco & statu animarum nititur. Cum enim anima ibi tantum sit ubi operatur, cœlo excludi non debet, quæ cœli gaudiis fruitur. Unde Scriptura illam cœlo perpetuo asserit. *Redit pulvis ad terram, ut fuerat; & Spiritus redit ad Deum, qui dedit eum*. Eccl. 12: 7. *Gaudete & exultate: nam merces vestra multa est in cœlis*. Matth. 5: 12. *Multi ab oriente & occidente venturi sunt & accubaturi cum Abrahamo, Isaaco & Jacobo in regno cœlorum*. c. 8: 11. *Vidit Abrahamum e longinquo, & Lazarum in sinu ejus*. Luc. 16: 23. *Amen, dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*. c. 23: 43.

XXXIII. At-






XXXIII. Atque ex hac eadem Patrum nobiscum fide, iustitia & spe clarissime patet, Ecclesiam ante Christum eandem fuisse cum Ecclesia N. Test. *Est enim Abraham pater omnium credentium per praputium, ut reputaretur & ipsis iustitia : & pater circumcisionis, iis, qui non ex circumcissione solum essent, sed & qui incederent vestigiis fidei ipsius.* Rom. 4: 11, 12. *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex ovili hoc. etiam illas oportet me ducere; & vocem meam audient, & fiet unus grex, unus Pastor.* Joh. 10: 16. vide & Matth. 8: 11. & 21: 33. & 22: 2. adeo ut omne utriusque ecclesie discrimen tantum accidentale sit. Ut non satis verecunde Tridentini Patres populum Dei ante Christum *Synagogam*, id est, congregationem appellatam fuisse dicant, quæ pecudum more propter bona terrestria congregata fuerit.

*Ecclesiæ
ante Christi-
sum eadem cum
Ecclesia
Novi T.*

LOCUS DECIMUS QUARTUS,

C A P U T V.

De verbo Ecclesie sub Promissione, & revelationibus Prophetis.

I.  Idimus ita ipsam promissionem, ab Adamo usque ad Mosem continuâ ferie deductam; qua constabat istius Ecclesie fides, iustitia & spes. Sequitur nunc modus, quo illa Ecclesie communicata fuit, scil. per *verbum Dei* & revelationes propheticas.

VERBUM
Ecclesie
Patrum,

II. *Verbum* hujus Ecclesie multi tollunt, volentes illam servatam sola legis naturæ observatione, per religionem quandam naturalem. Ita olim *Pelagiani*; omnesque hodie, qui ista Ecclesie ætate Christum ignoratum docent, ut *Socinus & Sociniantium* caterva. Quæ Ecclesie sub promissione insignis corruptela est. Sicut & illuc spectat *Judeorum Tabu, inane*, sive mundi status sine Dei lege ac verbo, ac sine Messia; quem primis duobus mundi millenariis obtinuisse volunt. Quæ jam profligata sunt.

quod tollunt, cum
Iudæis
Pelagiani
& Sociniantes.

III. Crebra etiam & celebris apud Judæos mentio est septem *preceptorum Noachi*, quorum observatione Ecclesie ante legem religio constitit: videlicet, 1. cavendum esse ab idololatria. 2. numen verum benedicendum. 3. sanguinem non esse effundendum. 4. turpitudinem non

Septem
precepta
Noachidarum

reve-

f. cap. 4. 6. 7.

revelandam. 5. rapina abstinendum. 6. judicia recte administranda esse. 7. membrum vivi animalis non esse edendum. Quorum priora sex ab *Adamo* esse, septimum à *Noacho* additum volunt. Sine quibus in republ. Israëlitis nemini olim vita relicta; illa autem observantes, quanquam præputiatis, omnes futuri sæculi participes fore ajunt.


*Talmudico
commento
Adamo
vel Noa-
cho falso
adscripta.*


IV. Verum præcepta illa vel *Adamo* vel *Noacho* lata esse nullibi ex Scripturâ constat; & de septimo contrarium constat. Unde id omne pro Talmudicorum commento habendum, qui, fuctâ magistris istis mentendi libidine, illustriora quæque ad Patriarchas vel Prophetas auctores referre solent. Sunt enim pleraque juris naturalis dictamina, ex decalogo repetita, eodemque ordine disposita, inque Israëlitarum, ut videtur, republ. olim usurpata; quæ Patribus ante legem, vel etiam gentilibus in Judæa degentibus, non magis salutem dare poterant, quam philosophorum de virtutibus præceptiones plerisque Ethnicis. Ultimum autem plane cæremoniale erat, & nec gentilibus imponi, nec ad salutem facere quicquam poterat. Unde Ecclesiæ ante *Mosen* fides ac religio iis absolvi non potuit. Cum juxta ipsos Judæos qui ea observabant *profelyti portæ* tantum, non autem *Profelyti justitiæ* appellarentur.

*Promissio
& fides
propagata
per ver-
bum di-
vinum
ἀγγελον
idem sub-
stantia
cum scri-
pto.*

V. Verus ergo modus, quo isto tempore promissio & fides salutaris propagabatur, erat verbum divinum, ἀγγελον, ut putatur, ab *Adamo* usque ad *Mosem*; sed continua Patrum traditione & Catechesi ad posteros traductum: cui accedebat sacrificiorum ex fide oblatio.

VI. Erat autem verbum hoc idem substantia cum illo verbo, quod ἀγγελον: deinceps à *Mose*, *Prophetis*, *Euangelistis*, *Apostolis*, scripto traditum est. Nec diversum esse poterat. Vide Act. 3: 18. *Deus quæ prænuñciaverat per os omnium Prophetarum suorum, Christum suum perpeffurum, ita implevit.* v. 24. *Sed & omnes Propheta à Samuele & deinceps iis qui fuerunt, quotquot loquuti sunt, etiam prænuñciarunt dies istos.* c. 26: 6, 7. *Ob spem promissionis factæ patribus nostris à Deo, sto in judicium vocatus &c. ibid. v. 22, 23. Perstiti in hunc usque diem, testificans tum parvis, tum magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Propheta ac *Moses* futura prædixerunt, an passibilis *Christus*, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annuntiaturus sit populo & gentibus.* Rom. 3: 21, 22. *Nunc absque lege justitia Dei manifestata est; cui testimonium perhibent lex & propheta &c. I. Petr. 1: 10, 12. De qua salute exquisiverunt & scrutati sunt Propheta, qui de ventura in vos gratia prophetarunt &c.* Adeo ut reipsa unum verbum, una doctrina, & una fides fuerit Ecclesiæ istius cum Ecclesiâ





Nov. T. ; adeoque & una utrobique Ecclesia, sicut & unus Deus.

VII. Propagando autem huic verbo, ac à corruptione conservando, inferviebat plurimum Patriarcharum longævitas ; cui accedebat *revelationum* divinarumq; apparitionum, frequentia. Quæ quoniam isti Ecclesiæ familiariores fuerunt, quæ in ista veluti infantia sua majore cœli commercio gaudebat, ac deinceps postquam verbum scriptum extitit, atq; iste alter propagandæ promissionis modus fuit, de iis paulo accuratius agemus.

VIII. Duplex autem genus divinæ revelationis fuit : prior privata magis, nec tantæ dignitatis, aut usus in Ecclesia, cum singulares aliquos homines potius spectaret, qui cœlesti affatu de his illisve rebus monebantur : quæ & impiis contigit; Abimelecho, Gen. 20:3,6. Labani, Gen. 31:24. aliisque, Gen. 37. & 40. & 41. Dan. 2. & 4. Quamvis hi plerumque magis somnia habuerint, quam majorem aliquem luminis prophetici gradum. Distinguuntur enim חלום & חלום נביא *somniator*, & *propheta*, Deut. 13:1,3,5. Gen. 20:6,7.

IX. Secunda fuit superioris ordinis, ac in publicum Ecclesiæ usum servis Domini, ad id peculiariter electis, contigit; qui de rebus majoribus, & ad fidem ac consolationem universæ Ecclesiæ spectantibus divina oracula, cum prænuntiatione rerum futurarum, accipiebant. Atque hæc proprie *prophetia* est. Unde Prophetæ. De quibus observanda, 1. Prophetarum nomina. 2. Modus divinarum revelationum. 3. Nota. 4. Adjuncta.

X. Propheta Hebraicè נביא *Vates* dicitur, ut & חוזה & ראה *Propheta. Videns. Antiquius in Israël sic dicebat quisque, quum profecturus esset ad consulendum Deum, agite eamus ad ראה. Videntem: nam qui נביא, Propheta hodie, antiquitus vocabatur Videns, 1. Sam. 9:9. Indica mihi, ubi sit domus Videntis. ibid. v. 18. Feduthun חוזה Videns Regis. 2. Chron. 35:15. Ita 1. Chron. 29:29. Samuel dicitur הראה & Gad חוזה & Nathan הנביא / & Vir Dei, 1. Sam. 2:27. 9:10. Jud. 13:6. 1. Reg. 13:1. A Spiritu sancto acti, locuti sunt prophetiam οἱ ἄγιοι πνεῦσες ἀποφώνησαν: sancti Dei viri, 2. Pet. 1:21. in N. T. ἀποφώνησεν, passim.*

XI. Appellabantur autem hoc nomine varii. 1. in genere omnes qui litteris ac rebus sacris incumbabant, ductore Spiritu. *Vidit quisque congregationem prophetarum prophetantium, & Samuel stabat præstes eorum, & fuit super legatos Saulis Spiritus Dei & vaticinabantur etiam illi. 1. Sam. 19:20. Et filii prophetarum sedebant coram eo, Eliza. 2. Reg. 4:38. præsertim qui eas publicè enarrabant, quique in aliquo Ecclesiæ*

gradu positi divino cultui vacabant; & vel Ecclesiam docebant, singulari interpretationis dono sæpe divinitus præditi. 2. in specie qui Deum hymnis & sacro concentu, aurigante videl. ac ducente eodem Spiritu, celebrabant. *Occurret tibi chorus prophetarum, cum tympano tibia & cithara, & ipsi prophetabunt.* 1. Sam. 10: 5. *Et perrexit Saul psallens. Et exiit vestem suam & cantavit,* c. 19: 24, 25. Conf. 1. Chron. 25: 1, 2, 5. qua notione & scemina dicitur *prophetare*, h. e. psallere, 1. Cor. 11: 5. 3. præcipuè qui inspirante Deo futura vel occulta prænunciabant; ut *Samuel*, 1. Sam. 10: 2. *Eliza*, 2. Reg. 6: 12. *Agabus*, Act. 11: 27, 28. Conf. Act. 21: 10. vel etiam voluntatis divinæ alteri revelatæ erant interpretes; qualis erat *Aaron* Mofi, Exod. 7: 1. & mentem Dei de hac aut illa re agenda Ecclesiæ patefaciebant: quo sensu *Prophetarum Antiochenorum* fit mentio Act. 13: 2. Semel autem *μυρτακῶς* hoc nomine apud Apostolum appellatur poëta Ethnicus, Tit. 1: 12. *Dixit quidam ex ipsis proprius ipsorum propheta &c.*

Donum & munus prophetandi distincta.


XII. Distingui item in propheta potest τὸ χάρισμα, sive donum prophetandi, & publicum ejus in Ecclesiâ munus. Multi enim *χάρισμα* illud habuerunt, & cœlestes affatus passi sunt, qui tamen publicum prophetandi munus in Ecclesia non gesserunt, sed visa sua privatim protulerunt apud se aut suos, domestica locutione, sine officio publicæ vocationis; vel agente eodem Spiritu in usum Ecclesiæ ea scriptis mandarunt.


Prophetia in quo consistat?

XIII. Prophetia autem consistit, cum in *revelatione*, tum in *agitatione* divina: per illam Deus cœlesti lumine prophetas perfundebat, eosque de rebus occultis edocebat: per hanc ad oracula, quæ acceperant, vel ore, vel scripto vulganda eos impulit, istoque in opere, ne aberarent, manduxit.

Modi revelationis propheticae.

XIV. *Modi* revelationis propheticae in universum videntur fuisse tres: 1. per intellectum, quando Deus prophetarum mentibus immediatè illapsus, iis formas quasilibet & ideas rerum impressit. 2. per phantasiam, in qua pingebantur variæ rerum species; vel in *visione*, quæ vigilantibus, amoto tantisper sensu eorum, objiciebatur; vel in *somno*, dormientibus: de quibus agitur Num. 12: 6, 7, 8. *Si est Propheta ex vobis, per visionem me ipsum Jehovah notum facio ei, aut per somnium alloquor eum. Non sic servus meus Moses, qui est in tota domo mea fidelis. Ore ad os alloquor eum, -- aspektu, & non in anigmatibus, & speciem Jehovah videt.* 3. per sensus, seu sensibilia externa, cum visibilia, tum audibilia, mente interim sui compote, nec isto, quo percussa erat, lumine magnopere alienata. Num. 12: 8.





XV. Excelluit autem in prophetiæ gradu Moses. Quod non in eo consistebat, quod cæteris Prophetis omnibus, solo Mose excepto, per angeli ministerium visa sua offerebantur; ut Judæi volunt. Nam & illi nonnunquam immediate Dei vocem audiverunt, licet in visione, ut v. g. Samuel 1. Sam. 3:4. & Esaias, c. 6:8. *Qui audivit vocem Domini dicentis: quem mittam? & quis ibit nobis?* aut inspiratione illius ac interno alloquio, ut rursus in Samuele apparet, qui *quum videret Saulem, Jehova dixit ei, Ecce hic est vir, quem dixeram tibi, hic imperium obtinebit in populo meo.* 1. Sam. 9: 17. Atque etiam angelus ille, qui prophetis revelationibus plerunque præerat, fere Angelus fœderis erat. Sed in eo sita erat Mosis dignitas, quod Deus Mose loqueretur ore ad os, adeo ut intueretur speciem Dei, Num. 12:7,8. *à facie ad faciem*, Exod. 33:11. Quæ prærogativa in duobus consistebat, 1. quod Deum adiret quodcumque vellet, qui ei respondebat voce humana, id est, familiariter è columna nubis, supra propitiatorium: *Et non surrexit Propheta adhuc in Israël e par Mose: quem agnoverit Jehovah facie ad faciem*, Deut. 34: 10. coll. Exod. 33: 9, 11. & Num. 7: 89. *Et, quum accederet Moses ad tentorium conventus ad loquendum cum ipso, audiebat vocem loquentis secum de propitiatorio, quod erat super arca testimonii, è medio duorum Cherubim, & loquebatur cum ipso.* Cum enim reliqui prophetæ per imagines, per somnum aut in visione acceptas, Dei fierent compotes, atque in ista nebula voces ejus fere audirent; Mose Deus locutus est re ipsa, per voces sonosque humanos, quas videns vigilansque & mente præsens hauriebat. 2. Nec auditu solum, sed & quantum homini Deum usurpare fas est, visu ipsius gloriam libavit, per gloriosissimam speciem oculis ejus exhibitam. Nam *intuebatur similitudinem Dei*, id est, Deus, sive Filius Dei, ipsi apparebat, in forma externa gloriosa, cujus *posteriora* videbat Moses, Exod. 33: 23. & abeuntis veluti umbram ac extrema vestigia humano visu carpebat: cum ipsam gloriam Dei in hac vita nemo videre possit: *Fac me videre quasi gloriam tuam. Et dixit, non posses videre faciem meam; nam non videt me homo & vivit.* v. 18, 20.

XVI. Accedebant hæc revelationis modis aliquando *raptus*, cum corporales, ut in Elia, 1. Reg. 18: 12. 2. Reg. 2: 16. Philippo, Act. 8: 39. tum mentales, ut in Ezechiele, cap. 8: 3. & 11: 24. Jeremia, cap. 13: 4. Paulo, 2. Cor. 12: 2. Johanne, Apoc. 17: 3. miræque & insolitæ corporis agitationes & membrorum motus; quin & languores, corporisque fessi, nec Deum amplius pati valentis, ægritudines. *Dictum audientis sermones Dei ris motus*


& languo- fortis, qui visionem omnipotentis videt, decumbens & habens oculos reve-
res. latus. Num. 24: 4. Ego Daniel, multum cogitationes meae perturbarunt
 me, & splendor meus mutabatur apud me, & verbum in corde meo serva-
 vi. Dan. 7: 28. At ego Daniel confractus sum & infirmatus sum per
 dies, -- & obstupesceram ob visum hoc, & non erat qui declararet, vel, qui
 observaret, meum stuporem scilicet. c. 8: 27. Quin & ignaros aliquando,
 ubi locum sacrum intrassent, hic Spiritus invadebat; & veluti corporis
 istius rector ac dux miris illud modis afficiebat, ut in Saule & ejus legatis
 apparet, 1. Sam. 19: 20-24. Quod etiam Diabolus in vatibus suis imi-
 tatus est, de quorum bacchationibus & sacro furore apud poetas legimus.
 Quanquam longe quietius, alioque, ac sanctiori longe modo Deus Pro-
 phetas suos afflaret; quorum ecstases, in isto mentis recessu, sanctoque
 cum Deo commercio, non autem furores, osve ravidum, & inconditos,
 nec ipsis, qui eos edebant, intellectos fonos legimus; quæ in Ethnicorum
 sacris reperiuntur.

*Agitatio
 divina
 fuit, tum
 ad eloqui-
 um, tum
 ad Scri-
 pturam.*


XVII. Agitatio fuit tum ad *eloquium*, tum ad *Scripturam*; prout vel
 sermone, vel scripto, Deus oracula sua hominibus tradi volebat. Prior
 vel simplex fuit, quando composita mente ac sedato sermone quæ à
 Deo acceperant edifferebant; vel aliquando operosior, quando externo
 corporis motu & habitu res ipsas figurabant, ut *Agabus* Act. 21: 10, 11. &
 passim. Sive talia in veritate, sive in visione gererent, ut Zach. 11. &
 alibi. Aliis etiam motus & agitatio ad scribendum adfuit, quam Judæo-
 rum Magistri *רוח הקודש* appellant. Quæ quibusdam prophetis so-
 la adfuit, qui cæteroquin munus publicè docendi non habebant: sicut
 quibusdam rursus, qui ministerium formale Ecclesiasticum obibant, agi-
 tatio ad Scripturam non adfuit. Atque hinc nata sunt Hagiographa sic
 dicta; quæ spiritu prophetico conscripta sunt, non prædicata: *Spiritus
 Domini locutus est ad me & verbum ejus est in lingua mea. Dixit Deus
 Israël, de me locuta est rupes Israël* &c. 2. Sam. 23: 2, 3.


*Prophetia
 in qui-
 busdam
 momenta-
 nea, in aliis
 perman-
 ens.*

XVIII. Prophetia autem hæc in quibusdam momentanea fuit, in aliis
 permanens. Montanea fuit illa, ad instar coruscationis cujusdam, in fe-
 nioribus illis, qui, *quum resideret super eos Spiritus, prophetarunt, sed non
 amplius.* Num. 11: 25. in Saule, 1. Sam. 10: 6. 19: 24. aliisque, quibus
 donum prophetiæ ademptum fuit, ut de Bileamo videtur. Perpetuum
 vero illud donum fuit sanctis illis viris, qui Prophetæ dicuntur; quibus
 illud nunquam prorsus ereptum, sed per intervalla renovatum fuit:
 quanquam nemo illorum perpetim vaticinatus fuerit, semperve lumen
 istud









istud præfens habuerit, ut isto tanquam habitu quoties vellet uti posset; quod perperam Judæi de Mose affirmant; quem tamen in rebus gravioribus hæsisse, & ad responsum ex tabernaculi adyto petendum confugisse legimus. *Posuerunt blasphemum illum in custodia, ut exponeret eis Moses quid faciendum secundum os Jehovæ.* Lev. 24: 12. coll. Num. 15: 34. quod non opus fuisset, si lumine isto perpetuo collustratus fuisset. Non enim prophetia habitus quidam erat, sed externa irradiatio, & haustâ de cælo luce constabat: quæ cum in hominis potestate non sit, eam quoties libet, instar infusi vel acquisiti habitus, ad nutum habere non potest.

XIX. Sequitur ut videamus quænam revelationum illarum fuerit certitudo: quæ tum respectu ipsorum prophetarum, tum respectu aliorum considerari potest.

XX. Prophetas quod attinet, illi de revelationum suarum divinitate certissimi fuere, tum ex persuasione internâ, quæ sola sufficiebat, quæque instar potentissimæ lucis animos eorum collustrabat, nec ullam dubitationem superesse sinebat; tum ex peculiaribus argumentis & indiciis revelationi adjunctis, quæ studiosè observabant. vide Act. 16: 10. *Ut autem hoc visum vidit Paulus, statim studuimus abire in Macedoniam, συμπεριβάζοντες collatis argumentis colligentes quod advocasset nos Dominus ut eis euangelizaremus.*

XXI. Ad dubium, an ipsi Prophetæ res revelatas semper intellexerint? Resp. cum duplex fuerit divinarum revelationum species sive gradus; quarum prior etiam impiis contigit, ut Pharaoni, Nebucadnezari &c. illi quidem nonnunquam revelationes cœlestes, & lucis hujus stricturas aliquas acceperunt; ita tamen ut ad lucem istam caligarent, & plerumque divinæ vocis sensus ipsis lateret. Prophetas autem superioris gradus quod attinet, præsertim eos, qui non solum charismate illo ornati erant, sed & publico in Ecclesiæ munereungebantur; illi quanquam omnes revelationum ipsis factarum partes & minimas circumstantias non caperent, præcipue cum illæ ænigmaticæ forent: *Tu autem, Daniel, absconde verba illa & obsigna librum usque ad tempus finis, quo scrutabuntur multi & major fiet cognitio.* Dan. 12: 4. *Abi, Daniel. nam abscondita & obsignata sunt verba illa usque ad tempus finis.* v. 9. *Respondit unus ex senioribus dicens mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, quinam sunt & unde venerunt? Et dixi ipsi: Domine, tu nosti, Apoc. 7: 13, 14. Dico vobis, multos prophetas & reges cupivisse videre quæ vos videtis, nec vidisse.*


et audire, quæ auditis, nec audisse. Luc. 10: 24. De qua salute exquisiverunt, et scrutati sunt prophetae, qui de ventura in vos gratia prophetarunt. 1. Petr. 1: 10. generalem tamen earum sensum & scopum perviderunt, & cum ipsa revelatione ejus expositionem sapissime hausserunt. vide Dan. 2: & 10. Si quæ autem ænigmata erant, quæ imagine aliqua res futuras velarent, ea perscrutari, & quæ fidei erat ἀρχή, ex operum & verborum Dei comparatione, ac analogia & nexu, latentem sensum deprehendere poterant: *Quibus revelatum est, eos non sibi, sed nobis ea administrare, quæ nunc annunciata sunt vobis, -- in quæ cupiunt angeli introspicere.* 1. Petr. 1: 12. Nam testimonium Jesu erat Spiritus prophetiæ, omniumque prophetiarum scopus & compendium ac clavis, Apoc. 19: 10.


eum respe-
ctu audi-
torum.

XXII. Auditores quod attinet, anxium est, unde illis prophetiarum ac prophetarum certitudo fuerit? ubi adhibenda est distinctio. Si enim propheta, qui in nomine Dei loquebatur, publicè isto in munere erat confirmatus, ac in Ecclesia receptus; tum absque ulla cunctatione, audiendus erat, nec facile verba ejus negligenda, quoties in nomine Dei sese loqui præ se ferebat. Si vero novus exsurgeret propheta, qui nondum isto in ordine publicè agnitus erat, ille non nisi examine habito in locum illum ac gradum admittendus erat.

Nota veri
propheta.

XXIII. Erat autem præcipua ejus nota isto tempore, prophetiis ac miraculis illustriori, 1. signum, aut ab ipso, aut circa ipsum editum. Vide Gen. 20: 7. *Nunc itaque restitue uxorem illius viri, propheta enim est, quumque oraverit pro te, vivito.* & v. 17, 18. *Quum ergo orasset Abraham Deum, curavit Deus Abimelechum, & uxorem et ancillas ejus, ut parerent &c.* 1. Reg. 13: 4, 5. & seqq. *Ei edidit illo die prodigium dicendo -- Ecce, altare hoc findetur, et effundetur cinis qui est super ipsum.* quo verbo viri Dei audito, quum extensa manu prehendere eum vellet rex Ferobeam, exaruit ejus manus, ita ut non posset eam ad se retrahere. &c. Joh. 4: 50. *Dicit ei Jesus: vade; filius tuus vivit. Et credidit homo sermoni, quem dixerat Jesus, et proficiscebatur.* Act. 5: 9, 10. *Petrus dixit ei, quid est cur conveneritis inter vos ut tentaretis Spiritum Domini? Ecce, pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium adsunt, et efferent te. illico vero cecidit ad pedes ejus, et exanimata est &c. & c. 13: 11. Ecce manus Domini adversum te: eris cæcus. illico vero incidit in eum caligo et tenebra: et circumiens querebat qui sese manu prehensum ducerent.* 2. rei ipsius ab ipso prædictæ fides ac implementum. *Quod si dicas cum animo tuo, quomodo cognoscemus verbum illud quod non elocutus fuerit Jehova? Quod fuerit*





fuert locutus ille propheta in nomine Jehova, si non erit illud verbum, neque evenerit, hoc illud est verbum, quod non elocutus est Jehova. Deut. 18:21,22. Propheta, qui vaticinaretur de pace, cum venisset verbum propheta illius, cognoscebatur propheta quem misisset Jehova re vera. Jer. 28:9. Quum autem crevisset Samuel, Iehova erat cum eo, adeo ut non sine-
ret decidere ullum ex omnibus sermonibus ejus in terram. 1. Sam. 3: 19. quibuscum 3. semper & præcipuè erat conjungenda doctrina vera, Deut. 13:1,2. 4. sæpe etiam accedebat veteris notique prophetæ auctoritas, qui ipsum Ecclesiæ tradebat, ac testimonio suo commendabat; ut Moses Jo-
suam, Elias Elisæum, Johannes Christum. Ubi autem propheta iste si-
gno carebat, præter doctrinæ veritatem, alteriusve prophetæ testimo-
nium, commendabat ipsum 5. vitæ & morum sanctitas, ultra commu-
nem modum, & 6. fervor singularis: quibus notis Jonas sese Ninivitis
probatse videtur. Vide è contra Ezech. 13:18,20. *Væ consuetibus pul-
villos sub omnibus axillis manuum, & facientibus culcitrae ad caput omnis
staturæ ad venandum animas. Numquid animas venabimini populo meo
& animas vobis vivificabitis?* &c. Jer. 29:22,23. *Reddat te Iehovah in-
star Zedekia & Achabi -- quia fecerunt flagitium in Israël -- & locuti
sunt verbum in nomine meo falso, quod non preceperam ipsis, idque me
conscio & teste, ait Iehovah.* Matth. 7:15,16. *Cavete vobis à pseudo-pro-
phetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt
lupi rapaces à fructibus eorum agnosceatis eos.* 2. Petr. 2: 3. *Et per avariti-
am fictis sermonibus vos negotiabuntur, quibus damnatio jam olim nor-
otiat, & quorum exitium non dormitat.* 1. Tim. 6: 5. *Ex quibus exi-
stunt confliktiones hominum, quibus corrupta mens est, carentium veri-
tate, putantium, questum esse pietatem. Absiste à talibus.* Hæ autem no-
tæ Ecclesiæ sufficiebant; interim nihil temere agere debebant, sed intra
limites officii se continere, ita expectantes eventum: quod illis faciendum
erat, quotiescunque novi prophetæ exurgerent.

XXIV. Ad dubium, an non verus propheta à veritate potuerit defle-
tere, sive inadvertentia ac errore, sive destinata malitia, ut fictis ora-
culis & mendaciis Ecclesiam deluderet ac seduceret? & quæ tum prophe-
tiarum certitudo? Resp. 1. non potuisse, quoad divinis mandatis in-
hærebat. 2. Si vero, ex humana infirmitate, aut ad divinum mandatum
non recte attenderet, aut pro affectu suo illud aliter acciperet, aut alie-
na fraude captus fuisset; tum quidem Dei nomen oraculis suis non præ-
scribebat, aut saltem melius à Deo edoctus altero oraculo admissum er-
rorem.

An verus
propheta
potuerit
deflectere
à veritate.


rorem corrigeat; sicut hac ratione dixit *Nathan Regi*, quicquid est in animo tuo, abi, fac: nam *Iehova tecum est*. Sed fuit nocte illa, ut ederetur verbum *Iehovæ ad Nathanem*, dicendo &c. 2. Sam. 7: 3, 4. 3. Ex destinata autem malitia verum unquam prophetam Ecclesiam fallere, Deique nomen mendacis suis obtendere aut voluisse, aut potuisse, non videtur. Obstabat enim Dei erga Ecclesiam suam cura, atque erga sanctissimum nomen suum amor ac zelus, quod tali flagitio, in media Ecclesia sua, à propheta, cui ipse signis & miraculis auctoritatem tradiderat, cuique adeo fidem haberi iusserat, profanari ac pollui passus non fuisset. Unde tale scelus, modo unquam accidere potuerit, mox detexisset ac ultus fuisset. Adeoque nec quicquam inde periculi Ecclesiae oboriri potuisset. 4. Si autem aliis in rebus humanam infirmitate prophetæ laborentur, id vaticiniorum ipsorum fidem nullo modo elevabat.


Falsi propheta.

XXV. Ex hisce verorum prophetarum indiciis simul patet ratio falforum prophetarum: qui erant in duplici discrimine: aut enim erant cultores falforum Deorum, eoque etiam alios seducere conabantur; aut professione erant cultores veri Dei, illius nomine tamen falsa annunciantes.

Quomodo hi sibi, vel aliis posuerunt persuadere se vera prædicere?

XXVI. Ad quæstionem, quomodo hi vel sibi ipsis, vel aliis, universo videl. populo, sacerdotibus ac regibus persuadere potuerint sese vera prædicere. Resp. 1. ipsos quod attinet, quanquam suæ fraudis sæpe sibi erant conscii, eamque ex destinato struerent, 1. Reg. 13. & 22. tamen sæpe contingebat eos ipsos putare, se divinos esse, & divinas revelationes habere; idque duplici ex causa: 1. cum divinationes & auguria sua sequebantur, quæ orta à Deo vel Diis suis esse putabant, qui ea ratione mortalibus consilia sua revelare solerent. vid. Dan. 2. quæ labe etiam in populo Dei obtinuisse videtur. Sic dixit *Iehova de Prophetis*: *Ecce, ego facio eos, ut comedant absinthium, & potabo eos aqua fellis. Nam à Prophetis Hierosolyma exiit hypocrisis in totam terram. -- Ne auscultetis ad verba prophetarum, qui vaticinantur vobis; illi vos faciunt evanescere: visionem cordis sui loquuntur non ex ore Iehovæ.* Jer. 23: 15, 16. *Non misisti prophetas, & illi cucurrerunt: non locutus sum ad ipsos, & illi vaticinati sunt, v. 21.* 2. cui accedebat Diaboli seductio, qui per idolorum responsa vates suos populumque seducebat, permittente illud iusto iudicio ipso Deo. *Unusquisque de domo Israël, qui fecerit ascendere stercora sua in cor suum, & offendiculum pravitatis suæ posuerit coram facie sua, & venerit ad prophetam; ego Iehova respondeo ipsi in ea re, in multitudine ster-*





stercorum suorum &c. Ezech. 14:3, 4, 7. *Ut pravitas consulentis, ita pravitas prophetae erit.* v. 9.

XXVII. 2. Quod vero populum, & sacerdotes ipsos, ac reges spectat, qui talibus oraculis se duci patebantur: accidebat hoc 1. quia dicebant quæ grata erant. 2. idque magnâ multitudine & consensu. 1. Reg. 22. 3. quia illa videbantur convenire cum divinis promissis. 4. denique quia *rigor & sedes falsa signa* sæpe adhibebant, 2. Thess. 2:9.

XXVIII. Sequuntur prophetiæ adjuncta, tum quoad illius *objectum*, tum *subjectum*, tum denique *tempus*.

XXIX. *Objectum* prophetiarum erat præcipuè Messias, ejusque re- *Propheta*
gnum & beneficia, Act. 3: 18, 24. & 7: 52. 10: 43. 13: 27. 26: 6, 7, 22, 23. *objectum*,
1. Petr. 1: 10, 12. ut supra vidimus Apoc. 19: 10. *Testimonium Iesu est*
Spiritus prophetiæ. Sicut idem prophetarum est terminus ac finis, Matth.
11: 13. *Nam omnes Prophetae, & ipsa Lex, usque ad Iohannem prophe-*
tarunt.

XXX. *Subjectum* hujus doni non tantum viri erant, sed etiam scemi- *Subjectum*,
næ; *Mirjam*, Exod. 15: 20. *Debra*, Jud. 4: 4. *Hanna*, mater Samuelis,
1. Sam. 2: 1. *Hulda*, 2. Chron. 34: 22. & in Nov. T. *Anna*, filia Phannuelis,
Luc. 2: 36. *Quatuor filiae virginis Philippi Evangelistæ*, Act. 21: 9.

XXXI. *Tempus* prophetiæ quod attinet, donum hoc mundo tantum *Tempus*.
non coævum est. Fuit enim illud in *Adamo*, Gen. 2: 23, 24. coll. Eph. 5:
31, 32. *Enocho*, Jud. v. 14. *Noacho*, 1. Petr. 3: 19, 20. Gen. 6: 3, 9: 25,
26, 27. *Abrahamo*, Gen. 20: 7. coll. Psal. 105: 15. *Ne attingatis unctos*
meos, & prophetis meis ne male faciatis. *Isaaco*, Gen. 27: 29-41. *Iacobo*,
Gen. 48: 15. & 49. toto. Sub lege præcipuus fuit *Moses*, Num. 12: 6, 7, 8.
Deut. 18: 18. *Bileam*, licet improbus, Num. 22: 8. & 23: 1. &c. sub *Iu-*
dicibus rarum fuit illud donum, usque ad *Samuelem*: *Sermo enim Ie-*
hove fuerat rarus temporibus illis, nec fuerat visio aperta. 1. Sam. 3: 1. Qui à
Mose primus fuit: *Moses enim ad Patres dixit &c.* Sed & omnes *Pro-*
phetae à Samuele & deinceps iis qui fuerunt, quotquot loquuti sunt, etiam
prænunderunt dies istos. Act. 3: 22, 24. Post quem illud donum iterum
refloruit, sub regibus Judæ & Israël, usque ad captivitatem Babylo-
nicam, & ultra. Desiit autem circa *Malachie* tempora, ipsis Judæis faten-
tibus. *Signa nostra non videmus. non est amplius propheta; neque est no-*
biscum, qui sciat, quo usque. Psal. 74: 9.

XXXII. Iisdem temporibus floruerunt & collegia prophetarum, à *Prophe-*
Samuele primitus erecta, variis in locis, quibus ille ut *πρόσως* præerat, *tarum col-*
legia:
1. Sam.

1. Sam. 10:5. & 19:20. In quo munere successerunt ipsi Elias, Elifæus &c.
2. Reg. 2:3, 5. & 4:38.

eorum discipuli dicti filii prophetarum.

XXXIII. Horum collegiorum discipuli *filii prophetarum* appellabantur, 2. Reg. 2. super quibus quiescebat etiam interdum spiritus propheticus, cap. 2:3, 5. Discipuli autem isti adulti ferè, imo & conjugati sæpe erant, manibus etiam victum quærentes, cap. 6:2, 4, 5. Adeo ut ab homodiernis monachis & anachoretis planè diversi fuerint. Ortæ autem ex iis postea, prophetiæ dono intermittente, Rabbinorum scholæ, magisteria & præfecturæ videntur.

Prophetia donum sub N. T.

XXXIV. Revixit deinde rursus prophetiæ donum, sub tempora Nov. T. in Zachariâ, patre Johannis Baptistæ, (*Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Iehovæ magnus ille & terribilis.* Mal. 4:5. *Tu vero, puerule, propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, ut paves vias ejus,* Luc. 1:76.) Elizabetha, Simeone, Anna Prophetissa, Luc. 2:34, 35, 36. Apostolis, aliisque Nov. Test. Prophetis *Inadificati in fundamento Apostolorum & Prophetarum, ita ut sit angularis summus lapis idem Iesus Christus.* Eph. 2:20. De quibus suo loco.

LOCUS DECIMUS QUINTUS


De Sacramentis & cultu sub Promissione.


CAPUT VI.

De Sacramentis sub Promissione.

SACRAMENTA, quibus Promissio confirmata est:

I. **P**ostquam vidimus *Promissionem*, modumque quo illa *promulgata* & fidelibus communicata fuit; sequuntur *tertio Sacramenta* & signa externa, quibus illa confirmata fuit. Ita enim Deo ab omni ævo agere placuit, ut, quum homines simus, qui corpore quoq; constamus & sensibus utimur, sensibilibus etiam signis fœderis sui bona nobis repræsentet. Hæc enim sacramenta sunt, sacra nimirum & visibilia signa divinitus instituta, ad repræsentandas & obfignandas promissiones salutis divino fœderi annexas, & vicissim nostram obedientiam Deo contestandam. Hæc autem sacramenta sub Promissione fuerunt quinque: 1. *Arbor vita.* 2. *Sacrificia Patrum.* 3. *Diluvium* & *Arca Noæ.* 4. *Iris.* 5. *Circumcisio.* *Pascha* enim, licet ex Ægypto processerit, tamen quia Mosis datum fuit, ad œconomiam legalem referemus.





II. Sacramentum primum fuit *arbor vite*; quæ quamvis primo spectaverit ad fœdus operum, & exclusio ab illa pœna fuerit hominis lapsi; nihilominus ea ipsa exclusio simul bonitatis ac gratiæ divinæ signum fuit. **ARBOR VITÆ.** Adempto enim homini hoc operum sacramento, simul ei ostensum fuit, justitiam ex alio fœdere quærendam esse; atque ita à fœdere operum manuductus fuit ad fœdus gratiæ: in quo *arbor vite* nunc etiam memoratur, & umbram ac imaginem Christi ac beneficiorum ejus gerit. *Vincenti, dabo ei edere ex arbore vite, quæ est in medio Paradisi Dei.* Apoc. 2:7. conf. c. 22: 1, 2.


III. Secundo in eo censu erant *Sacrificia Patriarcharum*, v.g. *Caini, qui adduxit de fructu terræ munus Domino*; præcipuè autem *Abelis, qui obtulit de primogenitis & adipe ovium suarum*, Gen. 4:3,4. & *Noachi, qui struxit altare Jehovæ, & in eo holocausta obtulit.* c.8:20. & sequentium Patriarcharum. In quibus pecus pura, cœlesti igne flammata, adumbrabat sanctissimam Christi carnem, per Sp. æternum oblatam, & immenso charitatis ardore consumptam, ut est Psal. 69:10. *Zelus domus tuæ comedit me.* Quibus cum accederet publica Dei acceptio, & testimonium, quod demisso cœlitus igne dabat: *Nam respexit Jehovah ad Habel, & ad munus ipsius*, Gen. 4:4. tum etiam sacra convivium, in quibus de mactatis hostiis fideles coram Deo epulabantur: ut cum ad *Jethronem socerum Moïsi, qui holocaustum & victimas Deo obtulerat, venerunt Aharon & omnes seniores Israël ad comedendum cibum cum eo coram Deo*, Exod. 18: 12. conf. Deut. 12:7,12. istud illis gratiam fœderis non leviter tantum figurabat, sed plenissime obsignabat. De hisce autem plura deinceps sub lege.

IV. Tertium sacramentum istius temporis fuit Diluvium, & Arca, mediis in aquis una cum Noâ conservata. Quæ sicut prisca mundi reliquias vehebat, quem non omnem Deus extinguere volebat, verum quosdam in melioris status ac sæculi auspiciis servare decreverat, ita bonitatem Dei ac consilium gratiæ de humano genere testabatur, ejusque pignus ac sigillum erat. **DILUVIUM & ARCA Noa.** Sicut Noachus in eo *ἐπερωμήσα* bonæ conscientiæ ad Deum habuit, *fide quippe divinitus monitus de iis, quæ necdum videbantur, metuens paravit arcam ad salutem domus suæ, per quam damnavit mundum, & justitiæ, quæ est secundum fidem, factus est heres.* Hebr. 11:7. atque ipsum præterea Christum, & mortem, & resurrectionem ejus tanto ante clarissima imagine significabat, qui *traditus fuit morti propter offensas nostras, pariterque suscitatus ad nostri justificationem*, Rom.


4: 25. Quod simili modo etiam baptismi aquæ in N.T. figurant, 1. Pet. 3: 18, 20, 21. in quibus similis est immersio & emerfio, & cum morte ac resurrectione Christi communio. *Aut ignoratis, nos, quotquot baptizati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptizatos esse? Consepulti sumus igitur ipsi per baptismum in mortem; ut, sicuti surrexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vita ambulemus.* Rom. 6: 3, 4. quæ nobis proinde simile fidei firmamentum, ac adeundi Deum fiduciam præbent. vid. 1. Pet. 3: 20, 21. ubi S. Petrus clare docet, *baptismum nos salvare τὸ ἰσχυρὸν μὲ ἰδαὴ ἀντίτυπον habentem typum correspondentem aquæ diluvii, non qui est carnis sordium depositio, sed fundamentum interrogationis bonæ conscientia ad Deum per resurrectionem Jesu Christi, qui carne quidem morte affectus, at spiritu vivificatus dicitur.* ibid. v. 18.


IRIS.

V. Quartum symbolum fuit *Iris*, quæ, cum in gratiæ ac bonitatis divinæ testimonium data sit, *signum fœderis* appellatur, idque sæpius, Gen. 9: 12, 13, 17. Nec cum terra solum animantibusque omnibus hoc fœdus percutitur, sed præcipue cum homine peccatore, cujus *figmentum malum* esse dicitur *ab ipsa origine*, Gen. 8: 21. Unde Deus labores ac miseriam hominis miseratus cum ipso de novo fœdus erigit, quod sine redemptione, ac peccatorum remissione per Messiam, in cujus fide Noachus offerebat, & *justitia hæres fiebat*, Hebr. 11: 7. concipi non potest. Quod autem fœdus hoc cum universo mundo cunctisque animantibus fieri dicitur, id vero ipsum gratiæ signum est. Sicut enim mundi creatio, ita & ejus conservatio consilium æternæ gratiæ ostendit: nisi Deum frustra mundum creasse & creatum in tantâ hominum impietate sine causa conservare dicamus. Adeoque quod Deus, post tanta hominum scelera & flagitia, quæ ultricibus aquis vindicari debuerant, ex superstitite Noachi sobole mundum instaurat; quodque illum utcunque pariter impium futurum (noverat enim Deus *hominis figmentum malum* esse à pueritiis ejus, attamen addit, *iterum non percutiam amplius viventia, quemadmodum feci*, Gen. 8: 21.) non amplius cœlestibus aquis perditurus sit, id vero vel maximum gratiæ signum est. Neque id ad hunc terrarum orbem, qui Deo ipsi usque adeo placere non potest, sed hominem & electos potius spectat, eorumque redemptionem per Christum promittit. Unde fœdus hoc ad Ecclesiam pertinere docet Esaias, cap. 54: 10. *Nam aquæ Noachi hoc mihi est. ut juravi non transiturus amplius aquas Noachi per terram; ita juravi, quod non effervescam in te aut increpabo te:* & in Apocalypsi iris ut divinæ gratiæ signum









signum ostenditur; quod & colores ejus promittere videntur, qui iram Dei gratiâ contemperatam significant. Ac proinde, sicut aquæ terram non amplius obteçturæ, sed leves duntaxat vapores ad arcum istum in aëre pingendum elevaturæ erant; ita aptissima imagine bonitas Dei notabatur, qui non amplius in ira sua humanum genus perditurus erat; sed Ecclesiæ suæ leves tantum immisurus afflictiones, per quas ejus gratia mediis veluti in flammis gratissimo virore pelluceret.

VI. Quintum sacramentum fuit *Circumcisio*, data *Abrahamo*; CIRCUM-
CISTIO; in qua, una cum Paschate, duo ordinaria veteris Ecclesiæ sacramenta con-
stitui plerumque solent. In ea autem consideranda: 1. ejus *institutio*. in qua
2. *administratio*. 3. *usus & significatio*. 4. *abrogatio*. Quæ, etsi tem-
pore diversa, tamen ob argumenti affinitatem conjungemus. conside-
randa

VII. Sacramenti hujus duæ fuerunt periodi; una ab *Abrahamo* ad ejus insti-
tutio,
Mosen; secunda à *Mose* usque ad *Christum*. Quæ innuuntur Joh. 7:22.
*Propter hoc Moses dedit vobis circumcisionem (non quod ex Mose sit, sed ex
Patribus) & in Sabbato circumciditis hominem.* In prima fuerunt Eccle-
siæ circumcisæ incunabula; in secundâ ejus *duxit*.

VIII. Primus ergo qui circumcisionem accepit, fuit *Abrahamus*: *Pa-
trem multitudinis gentium do te. --- Et constituam fœdus meum inter me
& inter te, & inter semen tuum post te, in generationes eorum, in fœdus sæ-
culi, de eo, quod futurus sim tibi in Deum & semini tuo post te. --- Et
circumcidetis carnem præputii vestri: & erit in signum fœderis inter me &
inter vos. Et filius octo dierum circumcidetur vobis, omnis masculus, in ge-
nerationes vestras.* Gen. 17: 5, 7, 11, 12. anno mundi 2107. ante exi-
tum Israëlitarum ex Ægypto annis 406, ætatis Abrahami anno 99. Gen.
17: 1, 9, 24, 25. In qua primâ sua institutione circumcisio non fuit sa-
cramentum publicum totius Ecclesiæ visibilis istius temporis, sed tantum
domesticum familiæ Abrahami; adeo ut universa Abrahami posteritas
circumcidi debuerit, Gen. 17: 25-27. Reliquis autem fidelibus illius
temporis ea non fuit imposta: nec tamen ideo excludebantur ab Ecclesia
Catholica; quia Ecclesia tum necdum alligata erat familiæ Abrahami,
concesso gentibus adhuc spatio antequam rejicerentur. *Tu venies ad Pa-
tres vestros in pace, sepelieris in senectute bona. & quarta atas reverten-
tur huc: quia nondum consummata est pravitas Amorrhæorum.* Gen.
15: 15, 16.

IX. Post quatuor autem illa sæcula, rejectis gentibus, & emortuis
piorum inter eas reliquiis, Ecclesia conclusa fuit intra Abramidas; atque

9 f 13. 11. 32.

tum circumcisio facta est publicum totius Ecclesiæ Catholicæ illius temporis sacramentum, à Mose Judæis datum. *Moses dedit vobis circumcisionem.* Joh. 7: 22. *Illo tempore gentes abalienati erant à Republica Israël, & hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Eph. 2: 12. *mater libera tunc non pariebat, sterilis & desolata.* Esai. 54: 1. coll. Gal. 4: 27. Adeo ut nemo tum Ecclesiæ membrum esse posset, nisi circumcisus, Exod. 12: 48. Atque hic erat circumcisionis status à Mose ad Christum: quæ fuit Ecclesiæ circumcisæ ἀρχή.

X. Ab Abramidis circumcisio dimanavit ad vicinos populos, *Aegyptios, Colchos, Æthiopes, Arabes.* Carebat autem apud illos instituto & promissione divina, adeo ut nihil sacri esset, & per meram *κακοζήλιαν* ab illis usurparetur: sicut hodieque à Muhammedanis.

*Admini-
stratio,
respectu
ministri,*


XI. *Administrationem* ejus quod spectat, 1. *Minister* illius à quibusdam statuitur fuisse sacerdos, ex 1. Macch. 2: 46. *Et circumciderunt,* Matthithia sacerdos nempe cum amicis suis, *pueros incircumcisos quoscumque invenerunt in termino Israël, fortiter.* Ab aliis autem probabilius unusquisque paterfamilias: *Et accepit Abraham Ismaëlem filium suum & omnes natos domi suæ --- & circumcidit carnem præputii ipsorum.* Gen. 17: 23. similiter *Isaacum filium natum octo dies,* c. 21: 4. aut alius quispiam rei peritus, ipsius loco, ut nunc apud Judæos in usu est. Exemplum enim Zipporæ, filium suum circumcidentis, Exod. 4: 24, 25. præter, imo contra ordinem divinum fuit.

*instru-
menti,*

XII. *Instrumentum,* quo peragebatur, erat culter lapideus, aut, ut alii vertunt, acutus. *Et accepit Zippora צר mucronem & secavit præputium filii sui.* Exod. 4: 25. Fac tibi צרים חרות (*cultros acierum*) & circumcide secundo filios Israël, Jos. 5: 2. coll. Psal. 89: 44. *Retundis צר mucronem gladii ejus.*

subjecti,

XIII. *Subiectum* ejus erant omnes Israëlita, mares: *Hoc est fœdus meum, quod servabitis inter me & inter vos & inter semen tuum post te; circumcidi vobis omnem marem.* Gen. 17: 10. coll. Jos. 5: 4, 7. etiam qui illis ex servis & ancillis nascebantur; omnesque qui ad ipsorum familiam pertinebant, servi tum emptitii, tum vernæ, exceptis solum mercenariis, *Hoc ipso die circumcisus est Abraham --- & omnes viri domus ejus, natus domi & emtus argento a peregrino, circumcisi sunt cum ipso.* Gen. 17: 26, 27. Unde & *Ismael* circumcisus legitur: quanquam enim exclusus erat divino fœdere, cujus sigillum erat circumcisio; tamen cum hoc familiæ istius sacramentum foret, idèo etiam ille cum aliis Abrahami domesticis cir-





circumcifixus fuit, Gen. 17:25, 26. Sub maribus autem sceminae consebantur & comprehendebantur. *Non possumus facere rem istam, dare sororem nostram viro cui est praputium.* Gen. 34: 14. ut I. Cor. 7:10. *Sanctificata est mulier infidelis in viro. alioqui liberi vestri impuri essent. sed sancti sunt.*

XIV. *Tempus* circumcissionis erat octavus à nativitate dies. *Et natus* *Temporis,*
octo dies circumcidetur vobis, omnis mas secundum aetates vestras. Gen. 17: 12. Abraham circumcidit Isaacum filium suum natum octo dies. cap. 21: 4. Cujus rei ratio revera ignoratur. Nisi eam ex lege longè post latà repetere libeat. Juxta illam enim mater, à partu recens, octo diebus impura erat, & per consequens ex illius contactu etiam infans. *Mulier septem dies immunda esto, si pepererit masculum, die autem octavo, circumciditor caro praputii ejus.* Lev. 12: 2, 3. Sicut & nullum animal ante octavum diem Deo offerre fas erat, cum ante id tempus imperfectum, ut vix dum lucis patiens, & ex materno utero impurum censeretur. *Sic facito bove tuo & pecore tuo: septem dies esto cum matre sua, die autem octavo dato illud mihi.* Exod. 22: 30. coll. Lev. 22: 27. Accedebat, quod sacramentum hoc non sine dolore perageretur, ad quos infans mox post partus dolores exponi non sine periculo poterat; unde dierum aliquot intervallo & quiete opus erat. Addi denique non inepte potest ratio mystica, jam tum nempe resurrectionis Christi diem, qui sequentis hebdomadae primus, atque in ordine dierum octavus erat, quique multiplicibus umbris in Vet. T. signatus erat, utpote religionis nostrae summus ac sacratissimus, & quo vera circumcisio ac salus nostra prorsus expleta & consummata fuit, etiam hoc mysterio figuratum fuisse.

XV. Non licebat autem illum diem anticipare, quacunq; de causa vel necessitate. Impurum enim Deo consecrare nefas. Nec ideo de infantium illorum, si forte praemorerentur, salute dubitandum, cum ex scedere ac gratia Dei salvati fuerint, cujus solummodo sigillum erat circumcisio; non minus quam fidelium infantes ante institutam circumcissionem defuncti. Adeo ut Judaei hodie male liberos suos ante octavum diem defunctos in coemiterio circumcidant; ut isto videl. signo Deus Israelis semen agnoscat, nec in futura resurrectione ut profanos praetereat. Differre tamen in casu necessitatis illam licuit, ex analogia loci Marc. 2: 27. *Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter Sabbatum.*


XVI. Ne autem sacramentum istud negligetur, apposita illi fuit *apposita*
comminatio excisionis. *Et praputiatus mas, qui non circumciderit carnem* *comminationis.*
prae-


præputi suam, excindetur anima illa ex populis suis. fœdus meum irri-
tum fecit. Gen. 17: 14. de qua pœna, qualis fuerit, anxie disquiritur.
Nos, pro ratione locorum, ubi de ea agitur, diversam illam esse statuimus.
Et quidem de pœna capitali, à magistratu infligenda, eam nonnunquam
usurpari, ex Exod. 31: 14, 15. *Quicumque fecerit in eo, Sabbato, opus,
utique excindetur anima illa è medio populorum suorum, quisquis fecerit
opus die ullo Sabbati, omnino morti traditor*, fati patet. Cum tamen
plerunque Deo ea adscribatur, vid. Lev. 17: 10. *Eum qui comederit ul-
lum sanguinem, excindam è medio populi sui.* & cap. 20: 4, 5, 6. *Si quis re-
spiciat ad engastrimythos & sciolos, vultu in eum defixo ipsum excindam
ex populo suo*; de morte potius repentina & θανάτω, vel etiam de æterna
damnatione in impœnitentibus ea intelligenda est. Atque ita in hoc ne-
gotio, cum pœnam capitalem à magistratibus in incircumcisos exerci-
tam non legamus, exciso illa significat, vel mortem violentam, divinitus
immisam, ex analogia loci, Exod. 4: 24, 25. vel etiam mortem civi-
lem, aut potius Ecclesiasticam, qua incircumcisos tanquam profanus
& non-Judæus habebatur, & sacris prærogativisque omnibus populi
Dei excidebat; & denique, nisi resipisceret, æternam, ita ut nulla ipsi fors
esset in femine Abrahami, atque benedictionibus ejus, cum fœderis si-
gnum, adeoque ipsum Dei fœdus repudiasset.

Profelyti
circumcisi. XVII. Præter infantes autem circumcidebantur etiam adulti, qui ple-
runque erant *Profelyti*, Matth. 23: 15. Act. 2: 10. qui appellabantur *Prose-
lyti justitiæ*.

Nominis
impositio,
circumci-
sfionis co-
mes. XVIII. Circumcisionem autem comitabatur nominis impositio: ut
in circumcisione *Isaaci*, Gen. 21: 3, 4. *Johannis Baptistæ*, Luc. 1: 59. &
Christi, Luc. 2: 21. videre est. Cui accedebant etiam testes. *Et testes con-*
scivi mihi fideles, Uriam Sacerdotem & Zachariam filium Febarachiah.
Esaï. 8: 2. Ita *accolæ & cognati Elizabethæ gratulabantur & octavo die ve-*
nerunt ad circumcidendum puerulum. vocabantque eum ex nomine patris
ipsius Zachariam. Luc. 1: 58, 59.

Circumci-
sfionis diffi-
cultas. XIX. Atque ex hac circumcisionis administratione patet, 1. Sacramen-
ti hujus difficultas, utpote quod non sine sanguine perageretur, & sum-
mo cum dolore ac pudore mixtum erat. vide Exod. 4: 25, 26. ubi Zippo-
ra filium circumcisum appellat *Sponsum sanguinum, propter circumcisio-*
nem. & Gen. 34: 25. *Tertio die quum essent in dolore Sichemitæ circumci-*
si, Simeon & Levi invadunt civitatem &c. Unde eximia Abrahami obe-
dientia elucet, qui, ætate licet provectus, mox ab accepto hoc præcepto
scipsum,





se ipsum, filium, totamque familiam eodem die circumcidit, Gen. 17:23. Sicut ab altera parte hinc commendatur Baptismus noster, qui difficultatibus hisce carens, omnibusque hominibus æque administrari aptus, vere catholicum Nov. Test. sacramentum est. *Quum credidissent Samaritani, baptisabantur, tum viri, tum mulieres.* Act. 8:12. *Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis. non est Judæus, nec Græcus, non est servus, nec liber, non est mas & fœmina.* Gal. 3:27, 28. 2. Apparet occulta Dei sapientia, qui ritum adeo erubescendum ac propemodum pudendum gratiæ suæ sigillum esse voluit in Test. Vet. sicut in N.T. ejusdem gratiæ fundamentum posuit in re magis adhuc pudenda; nimirum cruce Christi: ita omnem carnis sapientiam pudefaciens. *Nos prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem offendiculum, Græcis verò stultitiam, ipsis autem vocatis, tum Judæis, tum Græcis, Christum Dei potentiam ac sapientiam.* 1. Cor. 1: 23, 24.


*Occulta
Dei in ejus
institutio-
ne sapien-
tia.*

XX. Sequitur circumcisionis usus & significatio. Non male docent Judæi, illam signum fuisse unitatis inter Abrahami posteros, id est, notam fœderis, qua populus Dei discretus fuit ab aliis gentibus. Quæ tamen discretio non solum externa erat & cærimonialis, qua aliquis extrinsecus inferebatur in Dei populum, sed potissimum interna, qua quis in fœdus partemque Dei transibat, ut portio veri Israëlitis Dei. *Non enim, qui in propatulo est, Judæus est: neque ea, quæ in propatulo, in carne, est, circumcisio est. Sed, qui in occulto est, Judæus, & circumcisio cordis, in spiritu, non litera; cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* Rom. 2: 28, 29.

*Circumci-
sionis usus
& signifi-
catio.*

XXI. 1. Ob signabat ergo circumcisio fœdus Dei, cunctaque ejus beneficia; eratque sigillum ejus, à Deo traditum: *Apparuit Jehova Abrahamo, filio nonaginta & novem annorum, & dixit ad ipsum: Ego sum Deus sufficiens. --- Et dabo fœdus meum inter me & inter te. --- Hoc est fœdus meum, quod servabitis inter me & inter vos, & inter semen tuum post te; circumcidi vobis omnem marem. Et circumcidetis carnem præputii vestri, & erit signum fœderis inter me & inter vos.* Gen. 17: 1, 2, 10, 11. *Et signum accepit circumcisionis, sigillum justitiæ fidei, quæ erat in præputio.* Rom. 4: 11. *Ego sum Deus Abrahami & Isaaci & Jacobi. Deus non est Deus mortuorum, sed viventium.* Matth. 22: 32. & ab hominibus acceptum. Qui enim circumcidebatur, eo testabatur, ad minimum testari tenebatur, sese fidem habere promissioni Abrahamo olim factæ, & sacramento isto firmatæ, de semine ex eo prodituro, in quo omnes gentes forent benedicendæ.

XXII. 2. Unde & fœderis totius, bonorumque eo comprehensorum, in externo isto ritu, quandam imaginem gerebat. 1. enim naturæ *impuritatē* & reatum testabatur, quod recens natus infans in fœdus Dei transire non poterat, nisi libato prius sanguine suo, illoque veluti lustratus ac purgatus. Unde in genitali membro, ad originis labem signandam, hoc sacramentum peragebatur; & resecta carnis particula totum hominem morte dignum esse pronuntiabatur. *Nisi quis nascatur denuo ex aqua & Spiritu, non potest videre regnum Dei, aut in id intrare.* Joh. 3: 3, 6. 2. Cumque ista corporis parte fieret rursus, non solum multiplicationem feminis, Abrahamo sollemni promissione affirmatam; sed præcipuè *seminis benedicti* ex eo ortum Abrahamo posterisque ejus significabat. Et *sanguis* ille, in circumcissione fusus, sanguinem Messîæ, longe certe aptius & dignius quam cruor pecudum, præfigurabat, effundendum ad *redemptionem* electorum. *Hoc est sanguis meus, Novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Matth. 26: 28. Atque hinc circumcisio *sigillum* fuit *justitiæ*, Rom. 4: 11. Cum enim præcipuè promissionem de Messîa Abrahamo factam obsignaret, iis, qui illam promissionem signumque ejus acciperent, justitiæ per illum acquirendæ sigillum erat. 3. Præterea peccaminosæ carnis resectio & abjectio *sanctificationem* ac regenerationem hominis obsignabat; statumque istum carnalem & σαρκικόν à femine electo auferendum esse docebat, tum per ablationem carnalium concupiscentiarum, per *circumcisionem ἀχειροτόμητον*: *In quo circumcisi estis circumcissione quæ non fit manibus, ἐν τῇ ἀπειδώσει corporis peccatorum carnis, in circumcissione Christi. Et vos mortuos in lapsibus & præputio carnis vestræ, corvivificavit cum ipso, condonans vobis omnes lapsus.* Col. 2: 11, 13. tum per ablationem status carnalis Ecclesiæ, carnalibus præceptis & servituti elementorum mundi subjctæ: quæ est illa *cordis circumcisio*, maxime promissa sub Nov. T. utpote præstanda per adventum feminis promissi, effuso Spiritu adoptionis filiorum sine externæ circumcissionis jugo: *Ambulabo cum ipsis temerè, nisi flectatur cor ipsorum præputiatum.* Lev. 26: 41. *Circumcidite præputium cordis vestri, & cervicem vestram ne obduretis amplius.* Deut. 10: 16. *Et circumcidet Dominus cor tuum & cor seminis tui, ad amandum &c.* c. 30: 6. *Circumcidite vos febræ, & auferte præputia cordis vestri.* Jer. 4: 4. conf. Col. 2: 11-14. 4. denique notabat perfectam depositionem peccatorum in morte & resurrectione, per *exutionem corporis peccati*, Col. 2: 11. adeo ut ipsam etiam *glorificationem* comprehenderet.





XXIII. Ex quibus omnibus patet circumcisionis dignitas; & quomodo illa eadem obfignaverit beneficia quæ nunc baptismus. Sicut Apostolus Col. 2: 11, 12. baptismus illa attribuit, quæ priori commate de circumcissione vera & ἀχειροποιήτω dixerat. *In quo etiam circumcisi estis circumcissione qua non fit manibus, in exutione corporis peccatorum carnis in circumcissione Christi, consepulti ipsi in baptismo, in quo & conresuscitati estis, per fidem efficacitatis Dei, qui suscitavit eum à mortuis.*

XXIV. Errant ergo 1. Pontificii, qui circumcisionem sacramentum legis naturæ fuisse statuunt, ut Bellarminus; contra Apostolum, qui docet fuisse *sigillum justitiæ fidei*, Rom. 4: 11. 2. Sociniani, qui, ut fœdus Dei spirituale cum Abrahamo, ita & signum talis fœderis negant; nec eo circumcisionem illam ἀχειροποιήτων, Col. 2: 11-15. ipsi obfignatam volunt: verum eam ad Christianos solos spectare; cujus, non suæ, sed nostræ, circumcisionis ille tantum umbram habuerit. Cum tamen & tum circumcisio cordis aliquo gradu obtinuerit, Jer. 4: 4. Rom. 4: 11, 12. 3. Anabaptistæ, qui similiter, dum fœdus Dei ignorant, nihilque spirituale, quodque conscientiam purgare queat, ante Christum obtinuisse putant, sacramenta Veteris T. beneficiorum Christi ac rerum spiritualium inanes umbras fuisse volunt. Quod profano commento intelligunt de umbris, res ipsas, non repræsentantibus vel obfignantibus, sed injecto quasi velo obumbrantibus ac contegentibus, ac nulli luci perviis, quæ nunc videl. in N. T. demum nudentur, & fidelibus ostendantur. Verum hæc ex præjudicio illo de fœdere Dei cum veteribus non nisi carnali, deque bonis carnalibus, inito. Quæ jam latè excussa sunt.

XXV. Sequitur quartò, circumcisionis *abrogatio*, quæ spectanda, 1. in causa ejus, Christo. 2. in nobis.

XXVI. Christus, cum peccato careret, ejusque remedio non indigeret, propter se quidem circumcissione opus non habuit. Unde eam nostris causa potissimum suscepit. Non solum 1. ut isto signo ostenderet, sese verum semen Abrahami esse, *factum ex semine Davidis, ex patribus, secundum carnem*, Rom. 1: 3, & 9: 5. & 2. ut circumcisionem ipsam, hæctenus in Ecclesia usurpatam, suo exemplo probaret ac confirmaret. Sed 3. potissimum, ut testaretur sese nostro nomine legem subire (*Emisit enim Deus filium suum nascentem ex muliere, se subjicientem legi, ut eos, qui sub lege erant, emtos liberaret, ut adoptionem filiorum acciperemus*. Gal. 4: 4, 5. *Testor omni homini, qui circumciditur, eum esse debitorem totius legis servandæ, c. 8: 3.*) ac ut peccatorem velle reputari. Quin 4. ut obedientiam


suam à Deo acceptam, & peccatum revera expiatum esse doceret; adeoque fidem nostram isto justitiæ præstitæ ac consummatæ symbolo confirmaret. Unde nos *in ipso circumcisi* dicimur, *circumcisione non carnali*, Col. 2: 11. quia nostra videl. causâ Christus circumciscus est; atque isto gratiæ symbolo justitia ac obedientia ejus à Deo, ex fœdere cum ipso inito, probata ac accepta, (*Oportuit enim eum implere omnem justitiam*, Matth. 3: 15.) adeoque etiam nobis in ipsius circumcisione beneficia ista ob signata sunt.

2. *in nobis.* XXVII. Atque hac Christi circumcisione & infecuto ejus sacrificio, impleta & abrogata fuit circumcisio; nec in N. T. amplius usurpari potest. 1. Quia ea ad solos Abramidas, istamque politiam & terram spectabat; data quippe Abrahamo, & semini ejus, *per aetates ipsorum*, h. e. quando Cananæam possiderent, ac distinctus populus manerent, seu, per totum tempus expectationis, donec priores dies abirent, & veniret sæculum aliud, in quo fierent hæredes mundi. Gen. 17: 4-9. 2. Quia beneficia illa, quæ potissimum adumbrabat, advenerunt; adeoque nullum usum habere amplius potest; sed veniente die umbra hæc cedere debuit. Notabat enim multiplicationem seminis Abrahami, ac præcipue ortum seminis benedicti; inque eo semen ex gentibus adventurum, dandamque olim plenissimam illam circumcisionem cordis, ad Deo servendum in plenâ libertate Spiritus. Quæ omnia cum irapleta sint, per signum ac umbram ob signari ac figurari opus non habent. 3. Quia ejus generis hoc sacramentum erat, ut cum beato N. T. sub Messia statu non congrueret. Non solum enim dolore plenum, ac pudori imprimis grave erat; sed & pro Ecclesiæ istius statu, multiplici imperfectione laborabat. Cum non tolleretur reatum, imo potius eum nondum ablatum esse fateretur; & locum adhuc relinqueret jugo ac siti Vet. Testamenti, imo & legi introducendæ; cui postea peculiariter inservivit, atque ad eam respectum & obligationem peculiarem habuit: *Ecce, ego Paulus dico vobis & testor omni homini, si circumcidamini, Christum vobis nihil profuturum, & eum qui circumciditur, esse debitorem totius legis servandæ*. Gal. 5: 2, 3. 4. Tandem Ecclesiam ac fœdus Dei non solum genti Judæorum asserebat, sed & reliquum mundum veluti prophanum ab ejus fœdere & communionem distinebat: quæ sub Novo T. ubi Ecclesia non amplius unius populi est, sed publica reddita est, ac toto orbe filios suos habet, locum habere non possunt.


Abrog.

XXVIII. Atque hæ causæ sunt, propter quas abrogari debuerit circum-

cum-









circumcisio. Abrogatio autem ipsa hos habuit gradus: 1. Antè adventum Christi circumcisio fuit necessaria. Unde & circumcisus fuit Christus. *tionis gra- dus.*
 2. Post adventum Christi ea cœpit languere. 3. Per mortem ejus mortua & antiquata est. 4. Post mortem Christi, quanquam aliquandiu in Ecclesia usurpata, propter infirmos, tanquam *sigillum justitiæ fidei*, baptismo veluti geminum (non alium enim respectum tum habebat) paulatim tamen cœpit abrogari; primusque Cornelius in præputio aquâ & Sp. S. baptisatus est, Act. 10: 44, 47. Quo tempore intermedio, quo illa aliquandiu retenta est, ut videl. pretiosius expirantis funus esset, magna fuit opus prudentia, ob Judæos Christianos, qui patrii ritus tenaces ex ejus abrogatione scandalum patiebantur. Cumque hi vel infirmi forent, vel pertinaces ac præfracti; prioribus paulum indulserunt Apostoli, ideoque circumcisus fuit Timotheus, matre Judæâ natus, Act. 16: 1, 3, reliquis autem ne ad momentum quidem concesserunt, ne Ecclesia Christiana de libertate sua quicquam amitteret; unde Titum, Græcis parentibus ortum, circumcidi minimè permiserunt: *Sed neque Titus, qui mecum erat, quum Græcus esset, coactus fuit circumcidi. nempe propter subreptitios falsos fratres, qui subintraverant ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus per subjectionem, ut veritas Evangelii permaneret apud vos.* Gal. 2: 4, 5. conf. c. 5: 3--12. 5. Post templi destructionem, quo veluti velo ablato Ecclesia plenè in libertatam asserta est, una cum reliquo templi apparatu, abolita & tandem mortifera facta est circumcisio. Nam etiam si aliæ quædam cerimonie & ritus Judæis indulgeri potuerint, circumcisio tamen, ob peculiarem sui rationem, retineri non potuit, nisi abnegato una Christianismo: cum, post legem latam, peculiarem ad eam respectum haberet, ejusque omnis servandæ obligationem inferret, atque universæ religionis Judaicæ foret tessera & compendium, Gal. 5: 2, 3. Ab alia autem parte, sicut Gentiles præputia ponere necesse non habebant; ita etiam Judæis ad Christum conversis non officiebat, quod recutiti essent. Quod Apostolus monet, (1. Cor. 7: 18, 19. *Circumcisus aliquis vocatus est? μή ὑπανάδω ne attrahat præputium: in præputio aliquis vocatus est? ne circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio præceptorum Dei.*) contra eos, qui ad Christum conversi arte medicâ iterum præputia sibi superinducebant.

XXIX. Rejicienda ergo i. hodierna circumcisio *Judaorum*, ut chara- *Rejiciuntur*

itaque ho-
dierna cir-
cumcifo
Iudaorum.
Muham-
medano-
rum,
Æthio-
pum.

cter infidelitatis ipsorum: *Videte canes, videte malos operarios, videte τὴν κατατομὴν concisionem. Nos enim sumus circumcisi, qui Spiritu Deo servimus, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne habemus fiduciam.* Phil. 3: 2, 3. 2. *Muhammedanorum*, quæ olim, ex civili potius, quam religioso instituto, inter orientales populos celebrata, deinceps apostasiæ impostoris illius facta est symbolum. 3. *Æthiopum*, qui circumcisionem cum baptismo conjungunt; ut vid. ita discernantur, tanquam filii credentis Abrahamæ, à cæteris nationibus. Verum cum jam Iudaorum prærogativa deserit, & Iudæi defraçti sint, & gentiles facti verum semen Abrahamæ, non licet nunc Christianis gloriari in consanguinitate Abrahami, secundum carnem, atque hoc prætextu circumcisionem retinere. *Cognoscitis igitur, quod, qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahami.* Gal. 3: 7. *Nos neminem amplius cognoscimus secundum carnem, quod si etiam cognovimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius cognoscimus,* 2. Cor. 5: 16. *Fratres mei, ne cum acceptione personarum habete fidem Domini nostri Jesu Christi gloriosi,* Jac. 2: 1.

C A P U T V I I.


De Cultu externo Ecclesiæ sub Promissione.


CULTUS I.
Ecclesiæ
hujus tem-
poris; præ-
cipuè con-
sistens in
SACRIFI-
CIIS.



Um vero magnam externi cultus partem sacramenta ferè faciant, commodè eorum enumerationi cultum seu *sacra* hujus periodi adjungemus. Illa vero sub hac æconomia pro ratione temporis, valde imperfecta, seu potius simplicia, fuere. Nec, extra naturalem Dei cultum & sacrificia, ex Scripturâ afferre quicquam possumus.

II. Consistebat enim præcipuus cultus in *sacrificiis*; mox, post auditam promissionem, oblati: quod, ut quibusdam videtur, victimarum pellibus (*Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pellicæas quibus vestivit eos.* Gen. 3: 21. coll. Lev. 6: 31. vel 7: 8. *Sacerdos autem quum offert holocausta alicujus; pellis holocausti quod obtulerit, illius sacerdotis esto.*) non obscurè colligitur; quæque ei, pro more fœderum, (*Colligite mihi pios meos, facientes fœdus mecum per sacrificium,* Psal. 50: 5.) isto exemplo porrò in omnem ætatem valuerunt.





runt. Unde mox *Habelis* ac *Caini* sacrificia leguntur, Gen. 4:2, 3, 4. & *mundorum* ac *immundorum* animantium discrimen annotatur, Gen. 7:2. quod isto tempore, cum leges cibariae nondum latae erant, sacrificia videtur spectasse. Sicut expresse additur, c. 8:20, 21. *Noachum*, post anni moram arcæ egressum, de pecoribus ac volucribus mundis holocausta immolasse, Deumque placasse. Similiter *Melchisedechus* ut *Sacerdos Dei altissimi* introducitur; qui ab Abrahamo *decimas* acceperit, Gen. 14:20. Decimæ autem boum ac pecudum altari debebantur: *Et omnium decimarum bouum aut gregum, eorum quæ transeunt sub virgam; decimum quodque esto sanctum Jehovæ*, Lev. 27:32. Et sacrificiorum *Abrahami* non semel occurrit mentio, Gen. 12:7. 13:18. 15:9, 10. 21:28. 22:13. Eoque adhuc superstite *Isaacus* altare dedicavit, cap. 26:25. Pariterque *Jacobus*, Gen. 28:18. loci, in quo de nocte acquieverat, omen accipiens, tumultuariam aram erexit, in qua rediens voti religione sese exsolvit, ac sacra fecit, cap. 35:14. Ita de *Jobi* holocaustis legitur Job. 1:5. 42:8. Tandemque inter *Israëlitas*, ante institutum cultum Leviticum, Sacerdotum mentionem legimus: *Etiam ipsi Sacerdotes, qui ad Jehovam appropinquant, se ipsos sanctificent: ut non irrumpat in eos Jehova*. Exod. 19:22. & 24:5. *Et misit juvenes filiorum Israël, qui obtulerunt holocausta & sacrificarunt sacrificia pacifica Domino, juvencos*. Sive illi familiarum primogeniti, seu ab universo populo ad sacrum istud peragendum lecti fuerint.

III. *Sacerdotes* tum temporis erant, cum singuli Patriarchæ, tum im- *Sacerdotes:*
primis primogeniti. Summum autem sacerdotium erat penes Patriar- *hoc sem-*
cham principem, penes quem etiam præcipua rerum sacrarum cura erat. *pore qui*
Post hunc sacerdotes erant etiam reliqui patres familiarum, manente emi- *fuerint?*
nentiore jure ac honore ejus, qui primogenitus fuerat. Ille enim tum patre superstite defungi vicibus illius poterat, tum illo defuncto in locum illius succedebat, & familiæ fiebat caput, quamdiu cum ipso in eadem familia reliqui agebant fratres.

IV. Fides autem Patriarcharum sacrificantium non alia fuit, quam *Fides Pa-*
quod Christi sacrificium in istis umbris de longinquo prospectabant, & *triarcha-*
primævam promissionem de promisso semine quotidie recolebant. Per- *rum sacri-*
spicua enim erat figuratio, tum Patriarchæ sacerdotis, qui præter alia *sificantium.*
Deum repræsentabat, peccata nostra in Christum conjicientem; tum victimæ cedendæ, quæ Christo olim venturo vicaria erat, ejusque sanguinem jam tum Ecclesiæ ostendebat. Et cum Deus cœlesti igne sacrificia eorum concremaret, (*Et factum est, sol occiderat & prima tenebræ.*
exsti-

exstiterant; & ecce fornax fumī & flamma ignis quæ transibat inter segmenta hæc. Gen. 15:17. Exiens ignis à conspectu Jehovæ, consumpsit in illo altari holocaustum ipsum & adipēs. Lev. 9:24. coll. Jud. 6:21. 2. Chron. 7:1. & Psal. 20:4. Recordetur omnia munera tua; & holocaustum tuum הַזֶּבֶחַ incineret) visibili divinæ acceptationis symbolo, in eo divini Spiritus adumbratio erat, qui per ardorem charitatis Christi carnem consumpturus, nosque in spirituales hostias Deo sacraturus erat. Quatenus autem crebro sacrificia iterabantur, in eo simul confessio reatus adhuc extantis, & ἀνάμνησις τῶν ἀμαρτιῶν, peccatorum commemoratio peragebatur, Hebr. 10:3.

Ad cultum Patriarcharum externum non referenda observatio


SABBATI,

in deserto demum Israëlitis injuncti;

V. Ad cultum Patriarcharum externum multi referunt etiam observationem Sabbati. Et jure, siquidem constaret illis Sabbati cultum vel injunctum, vel usurpatum fuisse. Sed neutrum constat. Non enim vel levissima observationis Sabbati in historia Patriarcharum occurrit mentio. Cumque tam multæ ipsorum legantur peregrinationes & exilia, nunquam tamen ob septimi diei quietem iter ab ipsis intermissum legimus. Neque verisimile est, cum Deus tam severè diei istius religionem Judæis injunxerit, utpote quæ signum sanctificationis inter Deum & Ecclesiam foret, ejus neglectum in Patriarchis tam diu toleratum fuisse. Pariterque nec præceptum de istius diei quiete ipsis datum reperitur. Ex cujus, cum præcepti, tum observationis defectu ac silentio (quæ duo conjungenda sunt) firmissimum argumentum contra tale Sabbatum ducitur. Sed & contrarium constat; præceptum illud in deserto demum datum, ut ex Ezechiele liquido constat, c:20:10, 11, 12. Et eduxi eos ex Egypto, & deduxi eos in desertum - atque etiam Sabbata mea DEDI ipsis, ut essent in signa inter me & ipsos, ad cognoscendum, quod ego Jehova sanctificem ipsos. Unde de Sabbati quiete, tanquam novâ, cui indicium dabant miracula in cœlesti manna exhibita, Moses loquitur: Illud est quod edixit Jehova, quies, Sabbatum sanctum est Jehova cras &c. Exod. 16:23, 25, 26. Atque hæc quoque communis veterum Hebræorum, ac celebriorum inter recentiores sententia est, qui ad statuta, Exod. 15:25. (Ibi posuit ipsi, Israël, pñ definitionem, statutum & judicium, & ibi tentarunt ipsum: sicut & præceptorum & statutorum v. seq. fit mentio) referunt etiam Sabbatum; præsertim cum id præceptorum, & legis nomine Exod. 16:28, 29. comprehendatur.

Quod aliis Deum à

VI. Aliis autem aliter videtur, Deum nempe, cum exemplo suo, quia ipse quievit die septimo, tum mandato, quia diem septimum sanctificavit, Sab-





Sabbatum jam à mundi origine instituisse, juxta id quod legitur Gen. 2: 2, 3. quod Deus die septimo *quievit ab omni opere suo quod fecerat, & benedixit diei septimo, & sanctificavit eum.* Sed de Sabbato morali & perpetuo hæc quidam accipiunt; & diei illius benedictionem ac sanctificationem non ad illum solum diem, sed ad reliquum porro universum tempus referunt. Atque ita *benedixit* Deus diei septimo, quia, absoluto creationis opere, beatissimus ille mundo illuxit, atque operum Dei finem, omniaque ea perfecta vidit; ac præsertim hominem, Dei operum colophonem & gloriam, in cujus creatione Deus quievit, ad Deum perpetuo, ac in omne deinceps tempus benedicendum ac glorificandum conditum esse docuit. Atque eadem ratione istum diem, & quicquid exinde temporis fluxurum erat, *sanctificavit*, h. e. sibi vindicavit; ut videl. in opere jam condito lætaretur, ac ab homine, qui solus Deo gloriam tribuere poterat, ac in cujus, tanquam perfectissimi operis sui, creatione opus suum absolverat, æternum glorificaretur. Quæ communis Dei operum, post consummata ea omnia, benedictio ac sanctificatio, septimo die peracta, creationis finem ostendebat; ut omnia videl. quæ facta erant, ad Deum ut finem suum referrentur; istoque in statu mundus Sabbatum suum, non periodicum, sed perpetuum, & quale beato isti statui conveniebat, æternum ageret. De quo etiam supra L. II. C. v. §. 10. egimus.


VII. Nec alterius Sabbati, saltem non hebdomadici, Apostolus meminit, in epistola ad Hebræos cap. 4. v. 3. *Ingredimur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit, ut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam, quamquam opera à fundatione mundi facta essent. Dixit enim alicubi de septima die sic: Et quievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.* Cum enim probare vellet, reservari Ecclesiæ sabbatissimum suum, id ex eo conficit, quod talis sabbatissimus promissus, nec hæcenus inter tot Sabbata populo Dei præstitus sit: non in primo Sabbato, *ἔργων ὧν κατὰβολῆς ἡσύμω γενηθέντων*, *operibus à mundi fundatione factis*; nec in quiete terræ Canaan; unde tertium tempus & beatiorum statum Ecclesiæ restare concludit. Nullum autem horum Sabbatum periodicum dicit. Sed primum universi mundi Sabbatum, & post absoluta Dei opera, quietis in posterum peragenda, semperque in summa delectatione continuandæ, initiatio erat: quo beato statu, in ipso ejus limine, homo per peccatum excidit; ac sanctæ illi quieti, vel peragenda, vel addiscendæ, inidoneus factus fuit. Altera autem quies terram


cujus meminit Paulus Hebr. 4: 3, 4.

Canaan spectabat, quæ nec ipsa perfecta, nec ab homine, isti cœli pignori incubante, benè usurpata fuit. Unde alium ac tertium sabbatissimum, ac perfectiorem Ecclesiæ statum, restare colligit Apostolus. Qui argumentationis ejus nexus & scopus ostendit de periodicâ unius diei quiete ibi minimè agi; cum de Ecclesiæ universæ statu agatur: cujus diversas periodos, tum in mundi exordio, & beatissimi istius status auspicio, quem homo protinus peccato corruptus; tum sub Vet. T. in Cananæ ingressu; tum denique in Nov. Test. ubi verus demum sabbatissimus præstandus erat, commemorat.

vel simplicius per prolepsin interpretanda sunt.

VIII. Malunt tamen alii simplicius verba Mosis per $\sigma\epsilon\lambda\eta\psi\upsilon\nu$ accipere: qui, cum *quietem Dei die septimo* memorasset, Gen. 2: 2. ista percommodâ occasione usus sit, istumque diem, ad imitationem quietis Dei, Israëlitis sanctum esse ait: nam cum hæc scriberet, ille jam benedictus & sanctificatus erat. Ut videl. eos, ad Sabbati cultum & fidem in Deum, totius mundi creatorem, tardiores, loco opportuno ad officium amplius incitaret. Atque diei isti septimo, post exitum ex Ægypto, instituto *benedictionem & sanctificationem* Dei potissimum convenire putant: cum diem illum, tum sermone, sanctum appellando; tum opere, miraculis in manna editis, *benedixerit*; & tum exemplo, in mannae pluvia cohibendâ; tum præcepto, dum eum à reliquo dierum orbe segregavit, & sacra quiete transigi severissimè jussit, *sanctificaverit*. Cujus sanctificationis & benedictionis Moses, in initio historix, cum in illius diei mentionem incidisset, commodissimè meminit. *Quum autem perfecisset Deus die septimo opus suum quod fecerat, quievit ipso die septimo ab omni opere suo quod fecerat, v. 2.* atque his narratis subjungit, *Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit eum, quia in eo quievit ab omni opere.* Non quod hæc eodem tempore, post absolutam mundi creationem, Deique quietem die septimo, gesta sint: sed diei istius, ac præsertim quietis Dei in eo, mentio, percommoda occasio erat, ad Israëlitis divino exemplo ad diei istius, ipsis jam dati, religionem & cultum excitandos; ut videl. ad imitationem Dei & ipsi Sabbatum agerent, & mundi conditi memoriam Deique quietem, singulis Sabbatis renovarent. Quarum $\sigma\epsilon\lambda\eta\psi\epsilon\omega\nu$ exempla loco modo citato attulimus.





Sabbatum jam à mundi origine instituisse, juxta id quod legitur Gen. 2: 2, 3. quod Deus die septimo *quievit ab omni opere suo quod fecerat, & benedixit diei septimo, & sanctificavit eum.* Sed de Sabbato morali & perpetuo hæc quidam accipiunt; & diei illius benedictionem ac sanctificationem non ad illum solum diem, sed ad reliquum porro universum tempus referunt. Atque ita *benedixit* Deus diei septimo, quia, absoluto creationis opere, beatissimus ille mundo illuxit, atque operum Dei finem, omniaque ea perfecta vidit; ac præsertim hominem, Dei operum colophonem & gloriam, in cujus creatione Deus quievit, ad Deum perpetuo, ac in omne deinceps tempus benedicendum ac glorificandum conditum esse docuit. Atque eadem ratione istum diem, & quicquid exinde temporis fluxurum erat, *sanctificavit*, h. e. sibi vindicavit; ut videl. in opere jam condito lætaretur, ac ab homine, qui solus Deo gloriam tribuere poterat, ac in cujus, tanquam perfectissimi operis sui, creatione opus suum absolverat, æternum glorificaretur. Quæ communis Dei operum, post consummata ea omnia, benedictio ac sanctificatio, septimo die peracta, creationis finem ostendebat; ut omnia videl. quæ facta erant, ad Deum ut finem suum referrentur; istoque in statu mundus Sabbatum suum, non periodicum, sed perpetuum, & quale beato isti statui conveniebat, æternum ageret. De quo etiam supra L. II. C. v. §. 10. egimus.

mundi origine instituisse statuerunt, & verbi: Mo- sis Gen. 2: 2, 3. quæ tamen vel de Sabbato morali & perpetuo accipienda:


VII. Nec alterius Sabbati, saltem non hebdomadici, Apostolus meminit, in epistola ad Hebræos cap. 4. v. 3. *Ingredimur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit, ut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam, quanquam opera à fundatione mundi facta essent. Dixit enim alicubi de septima die sic: Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.* Cum enim probare vellet, reservari Ecclesiæ sabbatissimum suum, id ex eo conficit, quod talis sabbatissimus promissus, nec hæcenus inter tot Sabbata populo Dei præstitus sit: non in primo Sabbato, *ἔργων ἁπλῶν κατὰ βολῆς ἡσυχυ γενεθέντων*, operibus à mundi fundatione factis; nec in quiete terræ Canaan; unde tertium tempus & beatiorem statum Ecclesiæ restare concludit. Nullum autem horum Sabbatum periodicum dicit. Sed primum universi mundi Sabbatum, & post absolutâ Dei opera, quietis in posterum peragenda, semperque in summa delectatione continuandæ, initiatio erat: quo beato statu, in ipso ejus limine, homo per peccatum excidit; ac sanctæ illi quieti, vel peragenda, vel addiscendæ, inidoneus factus fuit. Altera autem quies terram


cujus meminit Paulus Hebr. 4: 3, 4.

Canaan spectabat, quæ nec ipsa perfecta, nec ab homine, isti cœli pignori incubante, benè usurpata fuit. Unde alium ac tertium sabbatismum, ac perfectiorem Ecclesiæ statum, restare colligit Apostolus. Qui argumentationis ejus nexus & scopus ostendit de periodicâ unius diei quiete ibi minimè agi; cum de Ecclesiæ universâ statu agatur: cujus diversas periodos, tum in mundi exordio, & beatissimi istius status auspicio, quem homo protinus peccato corruptit; tum sub Vet. T. in Cananæ ingressu; tum denique in Nov. Test. ubi verus demum sabbatismus præstandus erat, commemorat.

vel simplicius per
prolepsin
interpretanda
sunt.

VIII. Malunt tamen alii simplicius verba Mosis per $\omega\epsilon\lambda\eta\psi\omega\nu$ accipere: qui, cum *quietem Dei die septimo* memorasset; Gen. 2: 2. ista percommodâ occasione usus sit, istumque diem, ad imitationem quietis Dei, Israëlitis sanctum esse ait: nam cum hæc scriberet, ille jam benedictus & sanctificatus erat. Ut videl. eos, ad Sabbati cultum & fidem in Deum, totius mundi creatorem, tardiores, loco opportuno ad officium amplius incitaret. Atque diei isti septimo, post exitum ex Ægypto, instituto *benedictionem & sanctificationem* Dei potissimum convenire putant: cum diem illum, tum sermone, sanctum appellando; tum opere, miraculis in manna editis, *benedixerit*; &, tum exemplo, in mannae pluviâ cohibendâ; tum præcepto, dum eum à reliquo dierum orbe segregavit, & sacra quiete transigi severissimè jussit, *sanctificaverit*. Cujus sanctificationis & benedictionis Moses, in initio historiæ, cum in illius diei mentionem incidisset, commodissimè meminit. *Quum autem perfecisset Deus die septimo opus suum quod fecerat, quievit ipso die septimo ab omni opere suo quod fecerat*, v. 2. atque his narratis subjungit, *Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit eum, quia in eo quievit ab omni opere*. Non quod hæc eodem tempore, post absolutam mundi creationem, Deique quietem die septimo, gesta sint: sed diei istius, ac præsertim quietis Dei in eo, mentio, percommoda occasio erat, ad Israëlitas divino exemplo ad diei istius, ipsis jam dati, religionem & cultum excitandos; ut videl. ad imitationem Dei & ipsi Sabbatum agerent, & mundi conditi memoriam Deique quietem, singulis Sabbatis renovarent. Quarum $\omega\epsilon\lambda\eta\psi\omega\nu$ exempla loco modo citato attulimus.





LOCUS DECIMUS SEXTUS,
CAPUT VIII.

De Ecclesiæ sub Promissione statu ac latitudine.

I. **P**ost consideratam *promissionem* ipsam, ejusque *propagationem*; tum etiam *verbum*, quo revelata, & *sacramenta*, quibus confirmata fuit; sequitur nunc quarto & ultimo loco considerandus *status* & *latitudo* Ecclesiæ sub ista promissione.

II. *Status* Ecclesiæ in universum triplex fuit, pro triplici *foederis gratiæ* œconomia. Sub *promissione* enim Ecclesia fere fuit *œconomica*, hærens in familiis: sub *Lege*, *nationalis* erat, collecta in populo Israël, atque uni terræ ac genti affixa: sub *Euangelio* denique *œcumenica* sive Catholica facta est, dispersa per omnes gentes mundi.

III. Sub prima ergo periodo Ecclesia erat *œconomica*, coarctata intra Patriarcharum fideliumque familias; nec latè admodum, præcipuè sub finem hujus periodi, patens; cum reliqui mortales, atque ipsa nonnunquam sanctorum patrum soboles, sæculi veneno afflata, in omne nefas paulatim proruperint. Quarum Ecclesiarum (tot enim ferè Ecclesiæ tum erant, quot piorum familiæ) statum propius lustrabimus.

IV. *Ministerium* seu *præfectura* illarum Ecclesiarum tum temporis tota penes Patriarchas seu patresfamilias erat; qui fere omnes Prophetæ erant, V. G. *Enoch*, qui *septimus ab Adam* prophetavit, dicens: *Ecce, venit Dominus cum myriadibus sanctis suis*. Jud. v. 14. Noach, qui dixit: *Maledictus Canaan servus servorum erit fratribus suis*. *Benedictus Jehova Deus Sem, & erit Canaan servus ipsis*. *Persuadebit Deus Japheto, & habitabit in tentoriis Semi*. Gen. 9: 25, 26, 27. Abraham, de quo dictum: *Restitue uxorem illius viri, Propheta enim est*. Gen. 20: 7. conf. Hebr. 1: 1. *Deus multis partibus & multis modis olim locutus patribus in prophetis, sub ultima dierum horum locutus est in filio*. ita ut verbo scripto non adeo tunc opus esset. Illis autem adjuncti erant filii primogeniti, qui una cum patribus sacerdotio fungebantur.

V. *Institutionem* sacram obibant iidem familiarum patres, in suâ uniusquisque domo. *Cognovi ipsum, Abrahamum, ut precipiat filiis suis, & domui suæ post se, & observent viam Jehova, ut faciant justitiam & judicium*.

9 fey. 1/3

um. Gen. 18: 19. Unde deinceps patrum & filiorum nomen etiam in prophetarum scholis mansit: *Quod Elisa videns ipse clamavit, Pater mi, Pater mi, currus Israël & equites ejus.* 2. Rég. 2: 12.

Et regi-
men, fuit
penes pa-
tres fami-
lias;

VI. Penes eosdem patres etiam Ecclesiæ, quæ in familiis ipsorum conclusa erat, fuit regimen: ita tamen, ut pluribus Ecclesiis ac familiis, ut quibusdam videtur, anteiret & præsideret unus Patriarcha, isque vetustissimus, & familiæ universæ princeps. Ita enim *Adamus*, dum superstes fuit, reliquis familiis paterno jure præfuisse videtur; postque illum *Sethus*; ac post hunc alii, forte prout in sancta lineâ recensentur. Similemque post diluvium *Νεγυσιόαν* habuit Noachus, & qui eum secuti sunt, suo quisque ordine, usque ad multiplicationem populi in *Ægypto*. Ubi post *Josephi* mortem immutata paululum, vel turbata potius videtur Ecclesiastici regiminis ratio. Cujus tamen apparent reliquæ, cum ad omnes seniores filiorum *Israel Moses & Aaron* à Deo mittuntur, Exod. 4: 29.

ut quoque
rerum ci-
viliū ar-
bitrium:

VII. Nec rerum sacrarum solum, sed & civilium arbitrium penes illos stetit; seu propriam quisque familiam paterna auctoritate regeret, seu diversæ familiæ nonnunquam in commune consulerent; quod fieri sæpe necesse erat, & per patres eorum sine dubio fiebat, maxima haud dubiè auctoritate ejus, qui gentis ea ætate caput aut princeps foret. Dispar autem prorsus erat Ecclesiasticæ ac civilis potestatis ratio: cum in his paterno jure ac plenâ potestate agerent; in illis autem nulla jurisdictio aut imperium locum habeat. Et hac ratione utramque potestatem in eisdem personas confluisse, Melchisedeci Mosisque exemplo, ut alios mittamus, manifestum est.


dispari ta-
men pote-
statis ra-
tione.

VIII. Unde licet familiis suis præessent, non tamen iis, nedum familiis ac Ecclesiis omnibus, præerant jure Pontificis & Monarchæ, in fide infallibilis; ut Papæ Gnathones, vel hinc ejus dominationi supparasitaturi, volunt. Et si enim patribus in sua domo, & Patriarcharum præcipuo ex gr. *Adamo, Setho, Noacho*, in reliquos omnes τὸ πρῶτεια convenisse largiri possimus; longe tamen illud aberat ab αυτοκρατορικῇ potestate, & dominatu in Ecclesiam. In qua quantopere ἀρχὴ five principatus Deo displiceat, in turri Babylonicâ ostendit. Et necdum ea tempora erant, quod Deus Ecclesiam suam neglectim habere, ipsique pædagogos ac tutores dare constituerat.


Ecclesia
hujus tem-
poris perio-
di dua


IX. Ut autem aliquem Ecclesiæ hujus temporis conspectum habeamus, commodè illam in duas periodos dissecemus; quarum una fuit ante-diluviana, altera post-diluviana, Utriusque consideranda sunt, cum status, tum latitudo.

X. Ante-









X. *Ante-diluviana* divisit se in duos cœtus; *Sethitas*, sive imitato- 1. *Ante-*
 res justi *Habelis*, cui *Sethus* successerat (*Posuit mihi Deus semen aliud diluviana,*
pro Habele, Gen. 4:25.) & *Cainitas*, Ecclesiæ defectores, 'utpote succes- *divisa in*
 fores *Caini* fratricidæ. Hinc divisio *filiorum Dei*, & *filiorum hominum*: *Sethitas*
Tunc ceptum est יהוה בנים לקראתו. *nominari nomen Domini*, h.e.tunc cœ- *& Caini-*
 perunt homines à Domino se denominare, Gen.4:26. & se *filios Dei* di- *tas.*
 cere; ut est c. 6: 2. *Viderunt filii Dei filius hominum*, quod *bonæ ef-*
sent &c.

XI. In priori serie inter vetusti sæculi heroas maxime eminuit *Habel* *In priori*
 justus, & *Henochus*, qui *cum Deo ambulavit*, Gen. 5:24. *Fide potius sa-* *serie emi-*
crificium Abel præ Caino obtulit Deo; per quod *testimonium consecutus est,* *nuere,*
quod justus esset, testante super donis ejus Deo, & per illud de mortuo etiam *HABEL*
sermo habetur. Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inve-
niebatnr; quia transposuerat eum Deus. Nam ante translationem suam
testimonium accepit grata fecisse Deo. Hebr. 11: 4, 5. Quorum uterque
 eximius fuit typus Christi.

XII. *Habelis* enim cædes, qui primus hominum mortem oppetiisse
 legitur, at non suo fato, Christi mortis, olim infanti infligendæ, manifesta
 imago erat. Utque ille, post peractum sacrificium, fraternis furiis occu-
 buit, ac terram adhuc virginem sanguine suo primus cœdavit: ita Christi
 sacrificium, & mors sanguinolenta, & fratrum secundum carnem
 odia, & Cainiticum nefas, sanguinisque ipsius clamor adumbrabantur.
 Sed dispari eventu; cum alia *Habelis*, alia Christi sanguis postulet; utque
 illo terra primum cœdata, ita hoc ea expiata ac purgata est; juxta Hebr.
 12: 24. *Accessistis ad Testamenti Novi mediatorem Jesum, & sanguinem*
asperfusionis meliora loquentem præ Abel.

XIII. Utque ille Christi mortem & sacrificium, sic *Enochus* diversa & ENO-
 imagine Christi exaltationem & gloriam figuravit. *Adamo* enim fato fun- CHUS.
 cto, ne videl. cœlum naturâ nobis deberi videretur, *Enochus*, tertius il-
 lorum, quorum exitus in Scripturâ refertur, ab *Adamo* autem *septimus*,
vivus è mortalium cœtu ablatus, & in beatas sedes translatus est.


XIV. Ab alia parte prima Ecclesiæ hujus corruptio & labes nata fuit *Ecclesia*
 ex *Caini* apostasia; qui adversus omnes tres hujus sæculi Theologiæ par- *illius pri-*
 tes peccavit, fidem nimirum, cultum & obedientiam: unde ipse male- *ma corru-*
 dictione sua onustus & è finibus Ecclesiæ exterminatus à Deo, Gen.4:12. *ptio, ut*
 ab illa fugatus, pariter illam fugit, v. 16. Quæ illius apostasia ad A. M. *& refor-*
 129. à quibusdam refertur. Hæc *Caini*, Ecclesiæ corruptoris, ejectione, *matio:*


prima quasi Ecclesiæ reformatio fuit. Serpente vero interea latius inter
altera, Cainitas corruptione, altera successit Ecclesiæ reformatio, 300 circiter
 à reformatione prima annis; quando sub *Enos*bo Ecclesia visibiliter à mun-
 do separata & à nomine Domini denominata fuit, Gen. 4: 26. cujus refor-
 mationis vi per annos circiter 1000 ipsa floruit.

tertia: XV. Rerum vero processu rursus conjuncti Cainitæ & degenerantes
 nunc Sethitæ, alteram apostasiam invexerunt: qua corrupta fuit paulatim
 Sethi posteritas, ac afflata fuit Ecclesia sæculi contage, ex imparibus nempe
 cum apostatis conjugiiis: *Et viderunt filii Dei filias hominum, quod bone
 essent, & acceperunt sibi uxores de omnibus, quas elegerunt.* Gen. 6:2. Un-
 de, rupto pudore, fas omne, & sanctitas, ac fides, ex rebus humanis perie-
 re: *Et vidit Deus terram, & ecce corrupta erat, quia corruerat omnis
 caro viam suam super terra,* Gen. 6:12. superstite uno *Noacho*, viro
 justo, & scelerum puro, ac in exemplum istius ætatis edito. Erat au-
 tem tanta sæculi corruptio, ut *mundum impiorum* vocet Apostolus Pe-
 trus, 2. Epist. c. 2: 5. qui, nisi humana gente deleta, missisque aquis cœ-
 lestibus, lustrari ac expiari non poterat, Gen. 6.

*vigente
 tum, non
 idololatria,
 sed impie-
 tate &
 profanitate
 ad atheis-
 mum acce-
 dente.* XVI. Peccatum tum regnans non videtur fuisse idololatria; quan-
 tum & illam circa Enochii tempora viguisse velit Maimonides. Cum
 enim tam recens foret mundi creati memoria, ac Patriarchæ veræ doctri-
 næ custodes diutissimè de rebus humanis interessent, & crebris Dei alloquiis
 fruenterentur, idolorum quidem cultum ista mundi infantia ignorasse vide-
 tur. Unde Scriptura ejus demum post diluvium meminit: *Furata est
 Rachel imagines, quas habebat Pater ejus,* Gen. 31:19. Potius autem tum
 viguit impietas, ac Dei oblivio, & profanitas, ad atheismum accedens; quæ
 & ultimorum sæculorum labes est.

*Ecclesiæ
 ante-dilu-
 vianæ ra-
 ritas.* XVII. Unde apparet, quanta Ecclesiæ ante-diluvianæ fuerit latitudo,
 seu potius raritas. In principio enim mundi, cum in quatuor capitibus,
 quæ sola referuntur, staret hominum genus, unam animam infernus
 prædo abstulit; eaque altera ipsius de humana gente victoria fuit: quam
 post lapsum à Deo erectam ipse mox rursus lacessere, & miseræ fœminæ,
 quam incautam olim superaverat, primogenitam prolem rapere ausus
 fuit. Deinde toto ad diluvium tempore, per 1657 annos, rari Dei cul-
 tores recensentur; iique fere in Sethi nepotumque ejus linæa. Ut Ec-
 clesia tunc paucorum hominum fuerit. Sub diluvii autem tempora octo
 tantum animæ numerantur, quæ in arca servatæ sunt; ubi tunc universa
 Ecclesia congregata erat (quod nunquam sub Lege, multo minus sub





Euangelio contigit :) quem parvum gregem magnus ille pastor in vasta mundi solitudine tum agebat. Ac septem tantum ex iis puræ erant. Quemadmodum etiam in ultimo ejus adventu in gloria non adeo magnus videtur futurus fidelium numerus : *Filius hominis quum venerit, num reperiturus est fidem in terra?* Luc. 18: 8. Ut fatis pateat, contra quosdam, Ecclesiam ante-diluvianam non fuisse universalem, nec universalem generis humani per primam promissionem instaurationem fuisse factam.

XVIII. Sequitur Ecclesia *post-diluviana*. *Instauravit* enim Deus post diluvium una cum mundo Ecclesiam suam, per *Noachum*, alterum mundi parentem; à quo & *χαεσηελα* accipere dignatus fuit, & fœdus suum cum eo pangere : *Et struxit Noach altare Jehovæ -- & obtulit holocausta in eo. Et odoratus est Jehovah odorem fragrantie : & dixit ad cor suum: non addam maledicere amplius terra propter hominem*, Gen. 8: 20, 21. *Ecce ego constituo fœdus meum vobiscum, & cum semine vestro post vos -- Hoc signum fœderis, quod ego do inter me & vos, & inter omnem animam vivam, quæ vobiscum est in ætates sæculi*, c. 9: 9-12.

XIX. Hujus ergo Ecclesiæ instauratione Theologia magno luminis accessu aucta est. Cum enim ante tres ejus jam vigerent partes, promissio gratiæ, lex naturæ & cultus instituti præscriptio; nova Noacho revelatione facta, prima multum acuta, secunda plenius exposita, tertia ulterius stabilita est. Promissioni enim accessit fœderis nomen, legi præcepta varia, de abstinentiâ nempe à sanguine, Gen. 9: 4. & sanguinis effusione, v. 5, 6. (quibus male superaddunt alii *πλοθρῦλλατα* illa septem Noachica præcepta, de quibus supra visum :) cultui denique instituto novum fœderis signum.

XX. *Noachus* autem, ut reliqui istorum temporum heroës, non obsecuram imaginem Christi gessit. Ut enim ille veteri mundo *justitia præco* & exemplum, *novique caput* ac parens fuit; qui, cum universus orbis ob impietatem aquis mergendus esset, generis *humani reliquias* in arca servavit; ac, defæviente Dei ira, hominum labori tandem finem & quietem adeptus est, oblato *sacrificio*, quod accepit Deus, dum cum humano genere *fœdus* suum renovavit, Gen. 8: ita hæc omnia Christus digniori longe modo Ecclesiæ suæ, ex mundi vulgo electæ, ac se auctore servatæ præstitit.

XXI. Hanc novam Ecclesiam non parum turbavit illius defectio in *Chamo* & *Canaane*; quorum erupit diu celata impietas, occasione tristis casus ebrietatis & prostitutionis Noachi : circa quam diversa filiorum *stauratio-nem excē-dia*

27. c. 9. p. 573

pit defectio dia sese probabant; tum *Chami*, irrisoris ac profani; cui *Canaan* adiungitur, ut serius hæc evenisse pateat; tum *Semi* & *Japheti*, Gen. 9: 21-25. Unde rursus Ecclesia, vix ex diluvii aquis renata, quanquam in una familia staret, quæ spem generis humani ac Ecclesiæ continebat, ad minorem numerum contracta est; & fatidica Noachi super filiis voce, ejecto *Chamo*, quod illustre reformationis documentum fuit, in unius *Semi* stirpe conclusa est; cum spe alliciendi olim ad sancta tabernacula *Japheti*. *Et dixit: maledictus Canaan, servus servorum erit fratribus suis. Et dixit: benedictus Jehova, Deus Semi; eritque Canaan servus illius. Persuadebit Deus Japheto, & habitabit in tentoriis Semi; eritque Canaan servus illis*, Gen. 9: 25, 26, 27. Servitus enim hæc *Chami*, quanquam in *Cananæ* ad literam impleta sit, magnaque in parte in aliis ejus posteris adhuc hæreat; præcipuè tamen spiritualis fuit, & exclusionem à fœderis Dei hæreditate significavit: quod Patriarchas, primævæ promissionis custodes ac traduces, in tradenda filiis hæreditate, fatidicisque illis benedictionibus vel maledictionibus, potissimum spectasse, supra vidimus.


Ex Chami stirpe prodiit Nimrodus.

XXII. Ex stirpe *Chami* prodiit *Nimrodus*, potens venator coram *Jehova*, Gen. 10: 8, 9. Sicut venatus veterum heroum peculiare studium erat. Quanquam quidam, quia *potens venator* dicitur fuisse coram *Jehova*, verba illa de regnorum venatu, & insana hominis ambitione accipiunt, quam religionis studio ac *Jehovæ* nomine velabat: tanquam qui paternæ traditionis de vero Dei cultu stabiliendæ causa regna & imperia agitare; ut isto munimento sanctam Patrum fidem à corruptione præservaret. Primus enim hic fuit, qui exuta æqualitate Monarchiam erexit: *Et exstitit principium regni ejus Babel &c. v. 10.*

Quem præcesserat extructio turris Babylonica.

XXIII. Præcesserat autem *Nimrodum* altero post diluvium sæculo illustris illa *πυργωπία*, extructio turris *Babylonica*, Gen. 11. quæ ad annum post diluvium 101. fere refertur. In quo sacrilego hominum primorum aufu tanto ante typum videre licet *Babylonis* spiritualis, quæ extructa postea fuit, tanquam religionis metropolis, à quâ omnes toto orbe nationes & Ecclesiæ dependerent, ad tuendam fidei unitatem; quæque est fedes auctoritatis Ecclesiasticæ & *Nominis* illius, quod Scriptura appellat *nomen blasphemie*. *Veni, demonstrabo tibi judicium meretricis magna, quæ sedet super aquis multis. -- Et vidi mulierem sedentem super bestia coccinea, plena nominibus blasphemie. -- Et mulier, quam vidi-sti, est urbs illa magna, quæ habet regnum in reges terræ.* Apoc. 17: 1, 3, 18.

XXIV. At-





XXIV. Atque in hac Ecclesiae aetate per omnes istas corruptelas sensim invecata est univerfalis apostasia: speciatim autem emerfit idololatria; cujus primam mentionem invenimus in cognatione *Abrahami*: *Furata est Rachel imagines quas habebat Pater ejus. Gen. 31: 19. Ultra flumen Euphratem habitabant majores vestri olim, utpote Therah pater Abrahami & pater Nachoris: colebantque Deos alienos, Jos. 24: 2.* QUANTUM

In hac Ecclesiae aetate occurrit prima mentio IDOLO-LATRIAE;

XXV. Duplex autem illa erat, 1. qua Deus verus colebatur in imagine qualicunque; cujus exemplum est Gen. 31: 19. 2. Qua vagus Deus colebatur, quando nim. genus humanum, Dei sui incertum, rebus creatis divinam primo virtutem (nondum enim illas Deum ipsum esse credebant, sed Deum earum interventu beneficia sua hominibus largiri, ac colli velle putabant) tandem vero, Deo prorsus relicto, divinitatem ipsam, vel majorem, vel minorem affixit. Ubi primus Sabæorum fuit cultus; qui Solem, Lunam, & stellas coluerunt, qui inde *Sabaismus* dicitur: cui hominum defunctorum & dæmonum venerationem addidit *Hellenismus*. Quæ cultus idololatrici, qui totum orbem postea, immani generis humani crimine, & in creatorem contumeliâ, defœdavit, duo fuerunt genera, non longo intervallo se invicem excipientia. Simulachrorum autem & imaginum dedicatio ac veneratio utriusque communis fuit. Atque hæc gradibus quibusdam & spatio processerunt.

qua duplex fuit.

Hi circa duo idololatrici cultus generata, Sabaismus & Hellenismus.

XXVI. *Prima* & antiquissima idololatria cœpit à cœli solisque præcipuè, totiusque illius cœlestis chori, cultu; qui, prout videtur, mox à dispersione Babylonica mundum occupavit, antequam idola, quæ coluit *Hellenismus*, vel nota fuerunt, vel nata. *Cum nondum sub Jove mundus.* Cujus rei memorabile extat testimonium Job. 31: 26, 27. *Si vidi lucem, quod splenderet, & lunam pulchre incedentem; & seductum est in secreto cor meum; & osculum tulit manus mea ori meo. Et hæc pravitas judicialis est. Nam abnegassem Deum, qui supra est.* Ubi primæ illius idololatriæ univerfam rationem pandit vir sanctus.

Gradus, quibus processerunt.


XXVII. *Sabaismo* successit hominum demortuorum cultus; circa quem cum maxime supersticiosi fuerint Græci, qui tantam numinum turbam invexerunt, *ut major ferè cœlitum inveniatur populus, quam hominum.* Plin. inde *Hellenismi* nomine venit. Cum enim homo esset creaturarum excellentissima, & anima immortalis præditus, inde pronum fuit hominibus eximiis & magna meritis divinitatem ac divinos honores, præcipuè post mortem, adscribere. QUANTUM


num *Σοφιστικῶν*, ex vero tradit auctor libri Sapientiæ, c. 14: 15, 16, 17. *Acerbo luctu vexatus Pater quum filii cito sublatis imaginem fecisset, hominem tunc quidem mortuum, nunc verò ut Deum affectit honoribus, & subiectis mysteria sacrificiaque tradidit. Deinde procedente tempore invalescens hæc impia consuetudo, tanquam lex custodita est, & tyrannorum præceptis cultus sculptilibus attributus est: quos quum in os honoribus non possent prosequi homines, eo quod longè habitarent; longinquam eorum faciem effigurantes, conspicuam imaginem Regis quem honorabant fecerunt, ut absenti studiosè tanquam presenti assentarentur. Atque ita omnes artium inventores, aliterve de genere humano præclare meriti, cælesti nomenclatura digni habiti, ac dii facti sunt: & plerorumque nomina Deorum ex hominum nata sunt meritis. Hic enim est vetustissimus referentibus bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribantur. Hac proceres iere Romani; hac nunc cælesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis avi rector Vespasianus Augustus, rebus fessis subveniens. Plin. lib. 2. c. 6.*

XXVIII. A creaturis intelligentibus ad irracionales progressa est hominum temeritas. Vide Rom. 1: 21, 22, 23. *Deum cognoscentes, non ut Deum glorificaverunt, sed vani facti sunt in cogitationibus suis, & obtenebratum est inconsideratum cor ipsorum. Dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & reptilium.* Bestias enim & hortorum germina in Ægypto culta ex historiis & poetis constat. Unde Satyricus, *illic oppida tota canem venerantur, nemo Diamam: porrum & cepe nefas violare & frangere morsu. O sanctas gentes &c.* Imo tandem & virtutes & vitia, hominumque affectus, & morbos, ac pestes in genera descripserunt, & templis ac aris coluerunt; dum videlicet illas sibi esse placatas trepido metu cupierunt. Ita ut universa tandem natura deificata fuerit; nec vero Deo in isto regno suo quicquam relictum.

*Ecclesia
collapsa in
ABRA-
HAMO
instauratio
&
reformatio.*

XXIX. Ita Ecclesiâ Noachicâ per Babyloniam, seu Nimrodicam apostasiam plane corruptâ, cum idololatria indies crederet, & impietas ac nequitia hominum magis magisque invalesceret, omni alia spe reformationis decollante, novam Ecclesiam, nova revelatione instructam, erigere Deus constituit. Hoc vero non nisi per aliquorum à reliquis separationem fieri potuit. Factum autem id est in vocatione *Abramæ*, Gen. 11. & 12. annis circiter à diluvio 426. quo intermedio tempore Theologia Noa-





Noachica obtinuit. Abrahamo vero Deus veram religionem novis revelationibus explanatam & ampliata tradidit: promissionem enim antiquam clariorem & plenior, variisque vicibus repetitam, illi dedit, camque fœderis gratiæ uberiori explanatione roboravit; eaque omnia ipsi & femini ipsius addixit, Gen. 17: 1. 7. instituta insuper in fœderis signum circumcissione, omni ejus femini, etiam infantili, imprimenda, v. 9--13. Ex quo factum, quod Ecclesia, hæctenus vaga & instabilis, firmata & in unam quasi familiam sensim redacta sit, per illam separationem novique ritus institutionem visibilior reddita: unde ab eo tempore magis conspicua & gloriosa quam unquam antea emicuit, & posthac nunquam adeo absolute defecit. Ab hac autem Ecclesiæ instauratione illustris hæc Theologiæ expositio & renovatio, & ampliatio in familia Abrahami usque ad legislationem stetit duravitque annos 430. Exod. 12: 40, 41. Gal. 3: 17. Quo intermedio tempore Deus novis subinde revelationibus fideles excitavit & confirmavit: dum ipsi variis interim afflictionibus & persecutionibus exercitati magis, quam fracti aut oppressi fuerunt.

XXX. Atque ex hac Theologiæ religionisque post diluvium corruptione & posterorum à patrum fide apostasia, meliorisque Ecclesiæ in Abrahamo ejusque familia instauratione, jam Ecclesiæ illius *latitudo* apparet: quomodo nimirum nec illa ullo modo universalis fuerit, ut quidam crepant; cum hoc nulla Ecclesiæ ætate ad plenum obtinuerit. Quod ut propius videamus, 1. quasdam gentes jam tum per gradus rejectas fuisse docebimus 2. ostendemus, quando illa rejectio facta sit. 3. & qua diversitate, sive quam late sese extenderit sub promissionis periodo Ecclesia.

XXXI. Ac primum quod attinet, 1. in ipsa *Noachi* familia separatio mox facta fuit, rejecto Chamo, ut supra vidimus. Atque jam tum strui cœpit paries ille intergerinus, quo gentes secernendæ erant, qui tandem plene absolutus & in mundo erectus fuit. 2. Secuta est linguarum confusio in *Babele*; per quam Dei verbum & rraditio prophetica ablata fuerunt iis gentibus, quæ cum linguâ sanctâ non potuerunt consuescere. Unde Ecclesiâ deinceps præcipuè in familiâ *Heberum* hæsit. 3. Cum autem & illius posteri ad idololatriam prolaberentur, *Israëliitarum* enim *maiores ultra flumen olim colebant Deos alienos*, Jos. 24: 2. elegit ex iis Deus speciatim *Abrahamum*, Gen. 12. 4. Sed nec omnem ejus sobolem in fœderis hæreditatem admisit; sed rejectit *Ismaëlem*, prinogenitum, aliosque ejus liberos, atque *Isaacum* solum elegit. *Ejice ancillam istam & filium ejus*:


non enim futurus est heres filius ancillæ istius cum filio meo, Isaaco.
 -- *In Isaaco vocabitur tibi semen.* Gen. 21: 10, 12. 5. Et ne matrum conditio in Abrahami familia discrimen hoc parere videretur, in ipsa *Isuaci* familia, inter fratres gemellos & planè æquales, *Esavum* & *Jacobum* idem discrimen statuit: *Necdum enim natis pueris, -- ut quod secundum electionem est, Dei propositum maneret, non ex operibus, sed ex vocante, dictum est ei: Major serviet minori* &c. Rom. 9: 10-14. 6. In familia *Jacobi* autem hujusmodi quidem separatio facta non legitur, receptis ex æquo duodecim Patriarchis. Verum, horum sobole multiplicata, reliquæ tandem gentes, quarum rejectio hæctenus institui solum cœperat, nec nisi gradu aliquo processerat, plenissimè abdicatæ sunt. Inque ipso postea *Israële*, corruptâ diu apud decem tribus religione, fœderis prærogativa ac principatus penes *Judam* remansit. Atque ita gratiam sub hac periodo nunquam videmus universalem, sed semper cum discrimine exercitam; & in *Scithi*, *Noachi*, *Semi*, *Abrahami* denique stirpe, reliqua patrum sobole ut spuria rejectâ, stetit.


XXXII. Ad secundam questionem: quando hæc gentium rejectio potissimum facta sit? Resp. Eam, utcunque diu ante cœptam, & per partes promotam, tamen post quatuor demum sæcula, post Abrahami tempora, absolutam esse, juxta Dei prædictionem: *Et tu venies ad patres tuos in pace, sepelieris in canitie bona. Et atas quarta revertentur huc: quia non consummata est pravitas Emorrhæi hæctenus.* Gen. 15: 15, 16. Quod factum sub *Josua*, quando *Israël*, & cum eo *Ecclesia*, *Palestina* finibus inclusa, & *Cananæi*, in severitatis Dei gentibus jam monstrandæ exemplum, excisi fuerunt; ac, erecta *Judæorum* republ. ac tandem templo, paries ille intermedius, qui reliquas gentes omni ad *Ecclesiam* aditu prohiberet, consummatus fuit. *Ipse est pax nostra, qui fecit utrumque unum, & intergerinum parietem solvit, inimicitiam, quæ in carne ejus erat; dum legem præceptorum in placitis consistentem ad nihilum redegit; ut duos illos crearet in se in unum novum hominem, faciens pacem.* Eph. 2: 14, 15.


XXXIII. Unde tertio patet, quæ tum *Ecclesiæ* fuerit diversitas, & qui illius termini sub *Promissione*. Distinguendum enim hic inter *Ecclesiam* circumcisam & præputiatam. *Ecclesiam circumcisam* quod attinet, illa apud solos *Abramidas* fuit. Cum vero circumcisio tum nondum publicum *Ecclesiæ* foret sacramentum (quod constituta republ. *Judaicâ* demum factum est sub *Mose*) sed *Abrahami* familiam solum spectaret; vera *Ecclesia* tum temporis etiam inter præputiatos viguit; nec ulli genti aut

f. l. 3. c. 6. 8. Quando hæc gentium rejectio potissimum facta sit?

Ecclesia sub promissionis periodo diversitas & termini.









aut familiæ alligata, sed passim per varias gentes dispersa fuit, prout reliquæ fidelium inter illas adhuc superstites erant. Qualis erat *Melchisedechus* in *Canaanide*, multique istiusmodi alii. Quæ Noachidarum Ecclesiæ, quanquam præputiæ, etsi Abramidis conjunctæ non essent, unam tamen cum illis Ecclesiam Catholicam illius temporis constituebant.

XXXIV. Cum vero Ecclesiæ illæ sensim corrumperentur, & piorum reliquæ intra quatuor illa sæcula paulatim extinguerentur; post illud tempus, & præcipue deinceps, cum nihil sancti ac integri inter ipsas superesset, gentes à fœdere Dei rejectæ, & tanquam profanæ habitæ fuerunt. *Recordamini, quod fueritis in tempore illo sine Christo, abalienati à republ. Israëlitis & hospites testamentorum promissionis, spem non habentes & sine Deo in mundo.* Eph. 2: 12. A quo tempore usque ad Messiaæ adventum maximam hominum partem *propriis ipsorum viis incedere Deus permisit*, Act. 14: 16. Adeo ut exinde Ecclesia *Israëlitica* circumcisa sola tunc in mundo fuerit; & gentiles in præputio servati non sint, nisi se Ecclesiæ Israëliticæ adjungerent: *Canta sterilis quæ non peperit; fragorem fac cantu, & hinni quæ non doluit. Nam multi sunt filii desolatæ, præ filiis maritate, dixit Jehovab.* Esai. 54: 1. coll. Gal. 4: 27. Qui Ecclesiæ post Mo- sen & legislationem, status fuit; quem jam deinceps considerabimus.



L I B E R I V.

De Oeconomiâ Fœderis gratiæ sub
L E G E M O S I S.


LOCUS DECIMUS SEPTIMUS

De Veteri Testamento & Lege.

C A P U T I.

De Veteri Testamento.

*Secunda
fœderis
gratiæ œ-
conomia,*





Equitur nunc post Promissionem altera Ecclesiæ ætas; quâ, euntibus ordine fatis, consiliisque Dei sese magis magisque explicantibus, illa jam angustiori sine conclusa, & deserto, quem hactenus incoluerat, orbe, intra Cananæ spatia contracta fuit. Nec mundo soium severitas ista Dei incubuit; sed in Israële quoque non una facie se exeruit; dum promissio, quæ hactenus nuda & investis fuerat, velo obtecta, ac umbris obscurata fuit; & populus ille, ut ferociam ponere assueceret, sub pædagogo collocatus, ac jugum ferre iustus, & multiplici ministerio oneratus fuit; ut Christum ardentius suspirare, & beatissima gratiæ tempora (in quibus omnium Dei operum complementum est) expectare doceretur: quando laxanda iterum erant Ecclesiæ pomceria, gentesque pariter & Judæi, omissa prisca severitate, post longum divortium ad Deum adducendæ, atque Ecclesiæ status, tum in terra, tum in cœlo, plenissime consummandus.

*sub Vet.
Test. &
Lege, quo
modo con-
sideranda.*

II. Quæ secunda Ecclesiæ œconomia sub Vet. T. & Lege fuit. In qua consideranda hæc quatuor capita: 1. *Vetus Testamentum, & Lex*, illud concomitans. 2. *Revelatio, & verbum*, quo hoc Vet. Test. & Legis ministerium administratum est. 3. *Sacramenta*, quibus illa œconomia confirmata fuit. 4. Denique *status Ecclesiæ* sub illa.

III. Ad





III. Ad primam partem pertinet tractatio 1. de *Veteri Test.* quod sub hac œconomia exordium sumsit. 2. de *Lege Mosaicâ*, super qua *Vetus Test.* fundatum fuit. 3. de *gratia & Promissionis mixtura* cum Legis ministerio.

IV. Speciatim vero circa *Vetus Testamentum*, quod Promissioni accessit, & unde Ecclesiæ sub lege exordium ducendum est, considerabimus, 1. *appellationem*. 2. *naturam* & constitutionem. 3. *originem*, sive initiationem. 4. adjunctam ejus *œconomiam*.

V. Appellatur *Testamentum Vetus*: quo nomine propriè significatur *VETUS* Dei propositum, de dandâ populo suo hæreditate typica; metonymicè *TESTA-* autem, propositi illius executio, statusque ac administratio Ecclesiæ isto *MEN-* tempore; ac longiori denique translatione, libri sacri sub ista œconomia *TUM*. conscripti ita appellantur. *Occalluerunt mentes illorum. Nam usque ad diem hodiernum, in lectione Vet. T. manet non reiectum velamen illud, quod in Christo inutile factum tollitur. 2. Cor. 3: 14.*

VI. *Testamentum* dicitur hoc propositum, Hebr. בְּרִית / quod non *illius* 1. solum pactum quodlibet, sed & testamentariam dispositionem dicit: *nomen*: quam & exprimit Græca vox Διαθήκη, ut supra vidimus; quia testa- *cur dica-* menti habet similitudinem ac firmitatem; & victimarum sanguine ac Dei *tur testa-* juramento confirmatum est. *Κελευσόμενον Διαθήκην hominis ratum fa-* *mentum* 2. *ctum testamentum nemo rejicit, aut supra disponit, Gal. 3: 15. Eo die sustuli manum, h. e. juravi ipsis, de educendis ipsis ex terra Egypti, in terram quam exploraveram ipsis &c. Ezech. 20: 6. conf. Hebr. 6: 17. Deus volens demonstrare hæredibus salutis promissionis immutabilitatem, intercessit ju- rejurando.*

VII. *Vetus* dicitur, non tam ob prioritatem temporis, quam antiqua- *& quidem* tionis & abrogationis respectu, qua evanescere debuit; quo respectu *Novus?* *vetus?* *vetus* ipsi opponitur. *In eo quod dixit novum, antiquavit primum. Quod autem antiquatur & senescit, propè abolitionem est. Hebr. 8: 13. Et propter hoc Test. Novi mediator est &c. Hebr. 9: 15. Unde nec primum sine sanguine initiatum est, v. 18. Si prius illud absque querimonia fuisset, non utique secundi locus quereretur, Hebr. 8: 7. Hæc enim sunt duo illa testa- menta: unum quidem a monte Sina in servitutem generans, Gal. 4: 24.*

VIII. Aliud autem est *Testamentum Vetus*, aliud *foedus vetus*, seu *Non con-* *primum*. Hoc enim cum Adamo in tantis solis operibus nitebatur; illud *fundi de-* *bet cum* *foedere ve-* *teri, seu* *vetus* autem, cum hæreditatem ex testamento adeundam promittat, ad *foedus* *vetus* *foedus* *gratiæ* pertinet. Unde, cum *Vetus & Novum foedus essentialiter differant,*

primo. rant, cum diversas acquirendæ salutis vias commonstrent; Vetus & Nov. Testam. non nisi accidentaliter, & tempore ac gradu, distant; cum ejusdem fœderis gratiæ diversæ sint administrationes, eandemque hereditatem vel typice, ut in Vet. Testam. vel reipsa, ut in novo, tradant & obfignent.


*2. natura
hujus te-
stamenti,
qua fuit
typica.*

IX. *Naturam* hujus testamenti quod attinet, nihil aliud fuit nisi testam. typicum, testamentum gratiæ, quod patribus promissum, & in plenitudine temporis exhibendum, ac morte testatoris confirmandum erat, adumbrans, eique longo tempore prælucens, ac promulgando olim in mundo commeatum parans.

X. Duplex enim erat Dei propositum de hereditate ac gratia Ecclesiæ dandâ; aut potius duæ ejusdem propositi partes. 1. de danda semini Abrahami hereditate typica, atque ista potiorum bonorum picturâ ac arrhabone Ecclesiæ fide interim solandâ ac sustentandâ, quod Vetus Testam. est. 2. de largiendâ ipsâ hereditate cœlesti, sine velo ac nube, aut terræ alicujus pignore ac servitute, cum plena justitiâ & libertate, unâque gentium hereditate in hac vitâ: quæ Novum Test. constituunt.

*Hæreditas
ejus, terra
Canaan,
ut cœli
pignus.*

XI. Cum ergo omne testamentum de hereditate aliqua disponat, hæreditas Veteri Testam. assignata, est terra Canaan, ut cœli pignus; cujus possessio heredibus pecudum cruore ac victimarum morte confirmata est. Hæc sola enim hæreditas in hoc Testam. commonstrari potest; quæ, promissioni Patrum superaddita, isti testamento peculiaris est, nec ultra quam ad Nov. Test. tempora perduratura erat. Vitæ enim æternæ promissio, cum universo fœderi Dei, diversisque ejus œconomiis communis sit, ac jam ante Testamentum Vetus obtinuerit, nec eo postea antiquato pariter antiquetur, sed sub Nov. T. etiam obtineat, ibique impleatur, ac denique sub Vet. T. non proprie vi istius testamenti, sed vi promissionis Patribus factæ, ac per omnia Ecclesiæ tempora manentis, locum habuerit, Veteris Testam. hereditatem constituere vel absolvere non potest. Ut non alia hic supersit hereditas quam terræ Canaan, in cœli pignus ac typum (non enim hæc merè terrestria erant; sed easdem cœlestes promissiones in typo ac arrhabone Ecclesiæ possidebat, quas alioqui vi primævæ promissionis nudas, ac sine umbrâ & typo habuerat.) Quam qui negant, illi aut nullum constituunt Vetus Testamentum, negando illius hereditatem; aut illud cum novo confundunt. Unde in tabulis fœderis expressa illius hereditatis mentio est: *Ut prolonget dies tuos super terram illam, quam Jehova Deus tuus dat tibi, Exod. 20:12.* Ac clarissimè istâ



de re Ezechiel, c. 20: 6, 7. *Eo die sustuli manum meam ipsis, de educendis ipsis ex terrâ Egypti, in terram quam exploraveram illis, manantem lacte & melle, quæ est decus omnium terrarum. Et dixi ad ipsos, quisque abominaciones oculorum suorum, projicite &c. Unde terra illa Hæreditas Israël & Terra Jehovæ appellatur, Hof. 9: 3.*

XII. Cum ergo terra hæc esset pignus cœli; atque ille, qui amoris divini pignus accepit, illud magno in pretio habere, & instar sacræ rei custodire, ac tenerrimo affectu amplecti debeat; inde in veteribus enixus ille terræ istius amor, ac longævæ & tranquillæ in ea vitæ desiderium; & ex adverso afflictionum, quibus in beato pignoris istius usu turbabantur, horror & fuga; ac si quando exulare ista regione cogentur, luctus & mortis, præsertim præmaturæ, metus. *Ut liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Hebr. 2: 15. Quæ utilitas in sanguine meo, si descendero in foveam? nunquid consitebitur te pulvis; nunquid indicabit veritatem tuam? Psal. 30: 10. conf. Psal. 6: 6. Nam non est in morte recordatio tui. in inferno quis consitebitur tibi? & Psal. 88: 11-14. Nunquid mortuis facies miraculum? an computres facti surgent, consuebuntur te? an narrabitur in sepulchro gratia tua? veritas tua in interitu? &c. Psal. 115: 17, 18. Non mortui benedicent Dominum, & non omnes descendentes silentium. At nos benedicamus Jah à nunc & usque ad sæculum. Ita Hiskias facie sua ad parietem conversa oravit Jehovam. Ego dixeram: cum occisione dierum meorum eo in portis inferni; privor reliquo annorum meorum. Dicebam, non videbo Jah, Jah, in terrâ viventium. Esai. 38: 2, 10, 11.*

Ex cujus terra; ut pignoris, amore oritur; metus afflictionum & mortis.

XIII. Quæ testamenti istius servitutum non parum adaugebant. Qui enim pignus à Deo accipit, id non amare solum, sed ei quoque servire, ac erepto eo lugere cogitur. Accedebat, propter peccatum populi, elementorum mundi, multiplicisque istius ministerii impositio; sine quo terra ista impura erat, nec possideri poterat; cujus observatio maximo cum rigore exigebatur, ut *Bethsemitarum* ac *Uzæ* exemplo liquet, 1. Sam. 6: 19. 2. Sam. 6: 7. Nec denique fidem c consolationem ipsorum parum concutiebat, quod non pii soli hoc cœli pignus tractarent, sed & impii ipsis intermixti erant; quod lætitiâ ipsorum valde minuebat: præsertim cum ipsorum causa ipsis piis sæpe exulandum, ac cœlesti hoc pignore carendum foret. Quæ testamenti ac hæreditatis istius imperfectionem ostendebant.

Unde adaugetur testamenti istius servitutus.

XIV. Unde postquam advenit Christus, nec illam terram solum, sed

universum orbem sanguine suo expiavit; non amplius terra illa peculiariter sacra habenda; neque ultra per Dei in templo inhabitationem (quasi sola Dei hospita, ac coeli quaedam imago foret) omnemque porro veterem istum cultum, quibus terra illa lustrabatur, sanctificanda est. Sed totus jam terrarum orbis Ecclesiae patet; nec jam terram aliquam peculiariter colere, vel adamare, vel fervire illi cogitur: pariterque demtus est ille horror mortis: cumque in terra hæreditatem non habeamus, ut olim, ad beatam ἀνάλωσι in Nov. Test. fideles perpetuo anhelant. Quæ cum non perciperent Judæi, & mundi hæreditatem repudiarent, ac in terra sua hære, illamque prisco cultu celebrare mallent, ex terra ejecti sunt, & templum, quod non amplius sacrum nec Dei domus erat, eversum, & terra ipsa anathemate percussa fuit. Mal. 4:6.

3. Origo
& prima
huius test.
institutio.

XV. Sequitur tertio origo & prima testamenti huius institutio; quæ non ab initio mundi, nec mox à lapsu cum quibusdam arcessenda, sed longe ferius inchoanda est.


XVI. Et duas illa maxime periodos habuit. *Notificatum* enim est primò *Abrahamo*, quando femini ejus ista terra promissa est, Gen. 12:7. & 15:7, 18-21. 17:8. *Et dabo tibi & semini tuo terram peregrinationum tuarum, omnem terram Canaan, in possessionem seculi, & sciam ipsis in Deum.* Ac dein erectum fuit cum *Israële*, ad montem *Sinai*, cum ex Ægypto liberati in procinctu starent ad terræ istius hæreditatem adeundam, inque ejus limine jam versarentur. Quod clare docent verba *Jeremiæ* 31:32. *Non ut fœdus, quod pepigeram cum Patribus ipsorum, die, quo apprehendi manum eorum, ut educerem eos ex Ægypto.* conf. Hebr. 8:8,9, 10. & Apostoli, Gal. 4:24. Ubi *Vetus Testamentum à monte Sinai* esse dicit.


institutio
ejus

XVII. *Initiatio* ejus legitur Exod. 24:1. & seqq. peractaque est oblato sacrificio, cujus sanguine tum altare Dei, tum populus utrimque adspersus fuit. Qui appellatur *sanguis testamenti*, v. 8. quo testamentum prius ἰγνεαίνισαι *initiatum est*, Hebr. 9:18. ut ἀξέθλη illa tum καὶνῆ & recens fuerit.

typica,

XVIII. Utque universum illud testam. typicum, ita typica quoque ejus fuit *initiatio*; tum quoad mediatorem, tum quoad sanguinem, tum quoad stipulationem ejus. Quod unicum ejus à Nov. T. fuit discrimen; cum cœlestem hæreditatem terrestri pignore adumbraret, atque in imagine illa omnia exhiberet ac obsignaret, quæ nuda ac aperta in Nov. T. conspiciuntur.





XIX. *Mediator* enim ibi erat Moses, Christi typum gerens, qui ma- quo ad
 nibus suis legem accepit: *Lex injuncta est per Angelos, in manum media- mediato-*
toris, Gal. 3: 19 hinc ipse Christus, *Novi Testam. Mediator*, Hebr. 9: 15. *rem,*
Unus enim Deus, unus Mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus.
 1. Tim. 2: 5. Ibi pecudum cruor; hic Christi ipsius sanguis libatur: *sanguinem*
Sanguis ille Novi Test. qui pro multis effunditur, in remissionem peccato-
rum, Matth. 26: 28. Ibi ara de cespite structa; & populus ab altera parte
 aditans sanguineo rore lustrabatur: hic autem non terrestria, sed superna
 per illa adumbrata, nec carnale Abrahami semen, sed conscientiae nostrae
 Christi sanguine adsparguntur & purgantur. *Neesse enim erat figuras*
quidem eorum, quae in caelis sunt, hisce mundari, ipsa autem caelestia melio-
ribus hostis praestis, Hebr. 9: 23. *Quanto magis sanguis Christi -- purifi-*
cabit conscientiam vestram a mortuis operibus. v. 14. *Accessistis ad Te-*
stam. Nov. mediatorem & sanguinem adspersionis praestantiora loquentem & stipula-
praestis Abel, Hebr. 12: 24. Denique non de terrena haereditate, sed de *tionem.*
 bonis caelestibus, in plena laetitia ac libertate, una cum gentium haereditate,
 possidendis, stipulatio peracta est. Cumque ibi populus legis obser-
 vantiam sponderet, quam tamen testamenti ac sacrificii istius vi praestare
 non poterat; unde mox eos a foedere defecisse legimus, Exod. 32. hic
 contra Novi Testamenti sacrificium vires ad obediendum largitur,
 Jer. 31: 34.

XX. Consequitur *quarto* externa Veteris T. *oeconomia*, qua testa- 4 *Oecon-*
 mentum illud administratum, & salus humana sub eo dispensata fuit. *mia Vete-*
 Quae ejus oeconomia probe distinguenda est ab ipso testamento; cum *ris Test.*
 hoc ipsam dispositionem haereditatis, illa autem adjunctum externum de-
 notet, quo testamentum illud administratum, & salus hominum sub
 eo procurata est; ut non nisi improprie seu metonymice testamentum
 dici possit. Sicut & Apostolus Rom. 9: 4. distinctionem adhibet, atque
 haec tria distinguit. 1. *Testamentum*, seu consilium de danda haereditate.
 2. *Legislationem*, quae testam. hoc comitatur. 3. *Promissiones*, quae il-
 lud consequuntur. De primo egimus, duo reliqua suis locis videbimus.

XXI. Per *legislationem* ergo testam. quasi *in formam legis deducitur*, quod co-
 Hebr. 8: 6. certaeque leges haereditibus praescribuntur, juxta quas terrestri *mitatur*
 ista haereditate quiete uti, ac Dei communionem frui possent. Quae *legislatio*
Jeſu praecipue in decalogo facta est, qui praecpta fidei ac respici-
 sentiae continet. Cui accessit lex civilis, quae societatis ac reipubl. Israe-
 liticae jura describit: tandemque lex praecpti carnalis, quae sacrorum

ritus tradit, & de templo, altari, sacrificiis, variisque purgationibus ac lustrationibus agit, sine quibus terra illa possideri non poterat; cum, ut cæli typus ac Dei sedes, pura ac sancta haberi deberet.

XXI. Atque hac ratione testam. hoc aliquo modo in pacti speciem transibat, propter *νομοθεσίαν*, quæ illud excipiebat, & mutuam stipulationem ac restipulationem inde exorientem.


Et conse-
quenter
promissæ
præsentis
Et futura.

XXII. *Promissa*, quæ stipulationem hanc consequerentur, erant bona, cum *præsentia*, ut tranquilla mysticæ terræ possessio; tum *futura*, quod nim. Dei filius olim ista in terra, atque ex ista gente, carnem assumpturus, & humano in corpore sese visendum præbiturus, veramque iustitiam, cum gentium hæreditate, adducturus foret. *Scriptura prævidens, Deum ex fide justificare gentes, ante euangelizavit Abrahamo: Benedicentur in te omnes gentes. Fratres secundum hominem dico; tamen hominis ratum factum testamentum nemo rejicit aut supra disponit. Sed Abrahamo dictæ sunt promissiones Et semini ejus. -- Hoc autem dico, testamentum ante ratum factum a Deo in Christum, lex, quæ post 430 annos existit, non facit irritum ad abolendam promissionem.* Gal. 3:8, 15, 16, 17.

C A P U T I I.


De Lege Dei in genere, Et triplici ejus divisione.

Considera-
tio LEGIS.
Illius etym-
ologia:


I.  Um ergo *νομοθεσία* Veteris Test. super lege fundata fuerit, sequitur ut illam quoque ordine consideremus. *Lex*, à *diligendo*, vel *legendo*, vel *ligando* potius dicta, quod subiectos ad obedientiam obliget; Græcis νόμος, à νέμειν, distribuere & regere; Hebrais תורה / à ירה & in Hiph. הורה docuit, dicitur; quod propriè institutionem de recta via, ac fine, sive demonstrationem viæ salutaris dicit. *Bonus Et rectus est Jehova. Ideoque monstrat peccatoribus viam.* Psalm 25: 8. conf. v. 12. Ab Apostolo autem strictius plerunque, de lege operum, & de lege præcepti carnalis, prout promissioni & legi fidei apponitur, usurpatur.

diviso in
positivam

II. Dividitur lex communiter in *positivam* & *naturalem*; quarum illa, aut non, aut aliter, institui poterat: hæc vero, cum imaginem Dei exprimat,









primat, & sanctitatis Dei typus sit, necessaria ac immutabilis est.

et natura-
lem.

III. Atque hinc etiam pendet legum Mosaicarum divisio: alia enim sunt juris naturalis, ut lex moralis seu decalogus; alia positivæ, ut ceremonialis & forensis.

IV. Veteris enim fœderis sive Testamenti lex triplex fuit. I. *Decem* verba, quæ continent præcepta, quæ qui facit, in iis vivit, Ezech. 20: 10, 11. five præcepta fœderis operum. Unde decalogus vulgò lex moralis appellari solet. II. *Lex præceptorum in placitis*, Eph. 2: 15. Col. 2: 14. continens δικαιώματα λατρείας, h. e. *postulata iusta cultus*, Hebr. 9: 1. & δικαιώματα τῆς σαρκὸς *justificationes carnis*. Hebr. 9: 10. Quæ lex ceremonialis vocari consuevit. III. *Judicia*, quibus delicta castigantur & populus à gentium communione arcebatur. Ea *lex forensis* appellatur.

Item in
legem mo-
ralem sta-
tuta et
judicia.

V. Quam triplicem legum Mosaicarum speciem, agnoscunt etiam Judæi, & triplici hac voce signant, מצוות, & דברי תורה, *Lex, statuta, & judicia*. De quibus vocabulis tamen observandum, ea sæpe esse synonyma, & promiscuè sumi. vide Ezech. 5: 6. & 20. 11, 13, 16, 19, 21. Mal. 4: 4. Quanquam, ubi specialiter conjunguntur & coaggerantur, diversas Dei leges, variasque ejus species, comprehendere & distinguere interdum possint; ut Deut. 5: 37. *Edicam tibi omnia præcepta, statuta & judicia illa quæ docebis eos.* conf. c. 6: 1. Ac tum, si distinguenda sint, תורה fere notat legem moralem, מצוות ceremonias, ac מצוות judicia.

VI. Discrimen autem inter triplicem hanc legem propriè hoc est; quod lex moralis natura nota sit, ideoque immutabilis; homines enim *jus Dei cognoscunt*, Rom. 1: 32. *quin & gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis hujus sunt, faciunt, & ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Rom. 2: 14, 15. Ceremonialis vero, licet ejus ratio Deo sapientissime constet, in naturalem tamen hominis intellectum non cadit; unde nec gentibus cognita fuit. Judicialis denique; etsi in generalibus principiis suis naturali ratione nitatur, quoad particulares tamen conclusiones, quanquam nec eæ invita ratione deducantur, & potius ejus suffragium habeant, tamen cum aliter quoque esse potuerint, à Dei voluntate unicè dependet. Moralis ergo nota fuit etiam gentibus; plenior tamen ac purior ab ipso divino fonte promanat. Ceremonialis vero Judæis plane singularis fuit, & cultum ritusque sacros isti genti proprios continebat. Utrique autem subserviit forensis, quæ, ordinatâ Judæorum republ. &

Earum
legum di-
scrimen.

religione, singulorum officia descripsit pœnasque addidit; ac gentem universam, quo purior in Dei cultu permaneret, à reliquis populis omnibus distinxit, ac immani divortio separavit.

LOCUS DECIMUS OCTAVUS

De LEGE MORALI.

CAPUT III.

De Lege Morali in genere.

LEX MORALIS,

I. **P**rimam legum Mosis speciem quod attinet, ea communi scholarum vocabulo *lex moralis* dicitur: in Scriptura *præcepta* illius signantur hoc elogio, quod *qui fecit ea, in iis vivit*, Lev. 18:5. Illius autem videnda 1. natura in genere.


2. promulgatio in monte Sinai. 3. ministerium & usus.


eadem que naturalis,

II. Lex moralis eadem in sese est cum lege naturali, quam Deus homini in prima creatione, cum imagine sua indiderat; qua per peccatum corrupta, manserunt tamen legis illius in peccatore reliquiæ & rudera, & iusti ac iniusti principia, ac idæ, ex quibus homo quid officii sui sit etiamnum à se ipso admonetur. Quod cum conscientia uniuscujusque, tum Scriptura testatur dicens, *gentes que legem non habent, naturaliter ea que legis sunt, facere, atque sibi ipsis legem esse*. Rom. 2:14. Ut principia illa cum atheis negari, aut cum Judæis ex fabulosis Noachidarum præceptis, quasi sola traditione constarent, deduci non debeant. Atque hinc omnia quoque gentium ac populorum jura derivata sunt, levi communium istorum principiorum ad particularem cujusque populi statum flexu & applicatione. Quæ quo communior, & primis principiis propior est, eo integrior fluit: cum remotiores conclusiones longo ductu, velut in ponendis majoribus rationibus mathematicis evenire solet, humanæ naturæ vitio, ad omnia non satis attendentis, sæpe errorestrahant, nec adeo sinceræ fluant, ut eæ quæ fontibus propiores sunt.

est immutabilis, &

III. Lex ergo hæc naturalis planè *immutabilis* est; unde lex æterna appellatur: eademque de causâ *augeri ac perfectior* reddi non potest,





test; non magis quam imago, aut sanctitas Dei, aut ipsa denique ejus natura, augmentum pati potest. Unde Pontificiorum, in consiliis suis Euangelicis, & Socinianorum, in additamentis ad legem per Christum factis, hypocrisis apparet. Denique propter eandem rationem & *indispensabilis* est.

IV. Ubi tamen nonnulla distinguenda sunt, cum *respectu dispensationis*, tum ipsius *legis* atque præceptorum Dei ratione. Differunt enim in genere, legis *irritatio*, *mutatio*, *derogatio*, *abrogatio*; quæ legem ipsam spectant, eamque, vel in totum, vel ex parte abolent, ut obligare amplius non possit; *declaratio*; quando ea non solvitur, nec obligatio ejus demitur, sed explicatur, & non obligare, nec obligasse ostenditur; ac denique *dispensatio*, quæ, lege cæteroque manente, obligatio ejus in certo casu cessat. Similiterque non omnia Dei *præcepta* ejusdem generis sunt. 1. Quædam enim simpliciter ex natura Dei fluunt; atque illa absolutè sunt *indispensabilia*, quia *Deus se ipsum abnegare non potest*. 2. Tim. 2: 13. 2. Quædam fluunt ex constitutione rerum jam facta: quæ cum omnis à Dei voluntate dependeat, non tantæ ea necessitatis, nec simpliciter immutabilia sunt: quanquam ex hypothesi, quatenus Deus tales rerum naturas esse jussit, illumque mundi ordinem instituit, ea pariter apud homines sint immutabilia. Quæ quæstionibus de bonorum, sive communionis, sive divisionis, deque matrimonii legibus, incestu, divortio, polygamia &c. aptari possunt. 3. Denique quædam præcepta sunt merè positiva; atque ea extra controversiam mutabilia sunt.

V. Atque hinc cadunt 1. *Canonistarum* blasphemiarum de Papæ auctoritate in legum, cum naturalium, tum moralium vinculo quibusdam in casibus laxando. Quæ non legis explicationes ac declarationes, ut parasiti ejus excipiunt, sed corruptelæ ac profanationes sunt. 2. *Socinianorum* impia dogmata, de adoratione religiosa sub N. T. meræ creaturæ communicata; deque Christo novo Deo, quem patres non noverunt. 3. alia *quorundam* commenta; Deum contraria mandare posse, ut omnibus suis præceptis, ita præsertim primæ legis tabulæ, nimirum ut ipsum blasphememus, odio habeamus, per adorandum ejus nomen pejeremus: quæ hoc pacto non vitia, sed insignes virtutes erunt, præmio etiam ac æternâ mercede digna. Quæ sua absurditate se ipsa evertunt.

VI. Quod autem excipiunt, dispensatum nonnunquam à Deo esse de præceptis moralibus; ut, cum Abrahamo cædem filii sui juberet; ac Israëlitis Ægyptiorum spolia largiretur; denique in illa divortiorum ac poly-

*Errores
Canonista-
rum Soci-
nianorum
&c.*

polygamiae licentia, Judæis lege permiffa: illa alterius generis funt. Cum enim Deus vitæ bonorumque noftrorum fummus arbiter ac iudex fit, quicquid ejus juffu peragitur, nec homicidium, nec furtum eft. Præterquam quod præceptum Abrahamo datum probatorium duntaxat fuerit: ac Ifraëlitæ Ægyptiorum vafa divino juffu palam petierint, non præcife commutato, fed generalioribus verbis, Deo hæc illis ut mercedem duriffimæ fervituti fuę debitam affignante, Exod. 3:22. 11, 2. 12:36. Divortiorum autem ac polygamie leges ad instituta Judæorum forenfia fpectant; nec culpæ apud Deum, fed pœnæ apud homines, hi populi iftius nævi ac *ἡτὶμάτα*, eximiebantur.

Lex moralis pleniffima officiorum omnium norma eft.


VII. Lex ergo moralis, cum perfectæ & immutabilis fit, ut expreffiffima fanctitatis divinæ imago, pleniffima eft officiorum omnium norma, cum erga Deum, tum erga homines, denique hominis erga fe ipfum. Ubi autem ea nihil mandat, vetatve, ibi ratio omnis virtutis ac vitii ceflat, atque obtinet rerum *ἀδιαφορία* feu indifferentia; ex quibus qui virtutes cudunt, in *ἡλεθροσείας* crimen incidunt, quâ *frustra Deum colunt*. Matth. 15:9. Col. 2:22, 23.


VIII. Quo pertinent pleraque Pontificiorum opera, quæ vocant, fupererogatoria, quibus in cælo aureolam, & majorem felicitatis gradum adfcribunt. Cum tamen nemo plus Deum amare ac colere, plusve virtutis præftare poffit, quam tenetur. Utcunque enim in materia facti quis modum excedere poffit, in eo tamen virtutis ratio fita non eft; fed interna animi difpofitio, modus agendi, omnes denique operis circumftantiæ fpectandæ funt: ubi omnes deficiamus, & *fervi inutiles fumus*. Luc. 17:10.

IX. Cadit etiam ineptiffima illorum diftinctio, quâ, ut quædam fupra legem, ac majoris cujufdam perfectionis & fanctitatis opera confingunt, ac fi quis lege juftior, luce fplendidior, canone rector, præcepto officiofior, ut olim Nazianz. imagine Dei denique purior cenferi vellet, ita rurfus alia citra ac præter legem, quæ tamen contra legem non funt, comminifcuntur; quafi amor ac fanctitas Dei ullam labem pati poffit: quod multis peccatis velum obtendunt. Hinc enim nata illorum diftinctio inter peccata mortalia & venalia, quam fupra excuffimus.

Ad quã obligat, fub ratione præmii & pœnæ.

X. Obligat autem Lex ad officium, fub ratione præmii vel pœnæ; in quibus legis propriè vis ac potestas confiftit. Unde peccator rectè dici potest ad utrumque obligatus; cum ad officium præftandum, tum ad pœnam ferendam: qui damnatorum ftatus eft. Electos vero quod attinet,





1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100


net, Christus pro ipsis tum peccatorum poenas pertulit, tum obedientiæ legem implevit. Unde nec ad poenas, nec ad perfectam legis obedientiam, tanquam unicam vitæ æternæ conditionem, obligati manent: quanquam ideo obedientiæ lege soluti non sint, sed tum ut creaturæ, tum ut redempti Deum creatorem ac redemptorem suum æternum colere ac amare teneantur.

XI. Imo tanta hæc legis obligatio est, ut legum omnium humanarum sanctimoniam in sese comprehendat. Quæ non obligant, nisi ex hoc fonte derivatæ; & si quid contra jufferint, protinus obligare desinunt.

XII. Modale legis hujus discrimen est, quod ea consideretur vel ut *cordi inscripta*, tum in prima creatione, tum in residua post peccatum luce, tum denique in regeneratione, Jer. 31:33. vel ut externa voce promulgata est in monte Sina. De qua celebri legislatione nunc agendum.

CAPUT IV.

De LEGISLATIONE.

I.  Legum Mosaicarum supra omnes alias humanas maxima LEGIS-
est antiquitas. Græci enim, etsi varios jactent legiflatores, LATIO:
Homeri tamen tempore vel ipsum legis nomen ignorabant,
nec illius in scriptis ejus ulla occurrit mentio. Regebatur
autem populus tum sententiis effatisque sapientum, quæ omnium in ore
erant, tum edictis principum. Moses vero legiflator multis ante Home-
rum sæculis vixit. Cujus legislationem, in omnem porro ætatem, omni-
que Ecclesiæ statu, adeo celebratam consideraturi, videbimus 1. *Legifla-
torem.* 2. *Ministros.* 3. *Circumstantias.*

II. *Legiflator*, seu jussor potius, fuit ipse *Jehova*, qui *locutus est omnia* 1. *Legifla-
verba ista*, Exod. 20:1. quem non alium fuisse quam Dei filium, ange-
tor.
lumque illum testamenti, in Ecclesia jam olim conversari & cum Patriar-
chis colloqui, omniaque, quæ præsentem Deum postulabant, jam tum
obire suetum, clarissime liquet. Nam Exod. 3:1, 2. & 12. Angelus ille in rubo
ad eundem montem apparet, & sese Deum illum profitetur, cui ad illum
montem populus serviturus esset. Quem eundem fuisse Angelum, à quo
Moses *in monte verba viva* accepit, etiam Stephanus testatur, Act. 7:38.
Sicut & Psal. 68:9, 19. *is qui in altum ascendit &c. in deserto coram popu-*

lo suo egressus, ac Sina coram ipso tremuisse, dicitur. Pariterque Apostolus Hebr. 12: 16. vocem ejus, qui nunc loquitur, terram olim concussisse, in solemnitate videl. ista legislatione, affirmat.

2. Legistio-
nis mi-
nistri,
Angeli


III. Sequuntur legislationis ministri, cum *Angeli*, tum *Moses*.


IV. *Angelos* in legislatione peculiare munus gessisse apparet. Sic enim Stephanus: *quia accepistis legem eis* *Ἀποστόλας ἀγγέλων*, in dispositiones angelorum, Act. 7: 53. *Lex propter transgressiones addita est, injuncta dicitur ἀγγέλων per angelos, in manu mediatoris*, Gal. 3: 19. *Qui dicitur ἀγγέλων per angelos dictus est sermo*, Hebr. 2: 2. Promulgavit enim legem Angelus ille fœderis, agens tum in Ecclesia in officio angeli; ac stipatus angelorum custodiis. Unde lex è cœtu isto ac comitio angelorum, cujus princeps erat Angelus testamenti, prodiit. *Jehovah qui de Sinai venisti - & venisti ex myriadibus sanctis; à cujus dextera erat ignis, lex ad ipsos*. Deut. 33: 3. Sic enim verba Hebr. 2. ὁ δὲ ἀγγέλων λαλήθεις λόγος commodè accipi possunt, de præsentia ac stipatu angelorum. Ut 1. Tim. 2: 2. *quæ audivisti ex me de plurimorum martirum per multos testes*. Atque hinc jam patet sensus comparationis Apostolicæ, Hebr. 2: 2, 3. ubi Evangelium legi multum præfert, quod hæc angelorum, illud autem domini ipsius sermone ac ministerio traditum sit.

V. Atque ita lex data est eis *Ἀποστόλας ἀγγέλων*, Act. 7: 53. ut non solum præsentibus iis, cœlestibusque choris montem incingentibus, ad augendam legislatoris majestatem, lata sit; verum etiam ad augendum terrorem; utque sermo, ex angelorum cœtu prodiens, magis foret βέβαιος, Hebr. 2: 2. & præsentis cœlesti militia dictus, eos testes, & executores, ac vindices haberet. Unde vetus populus Angelis subiectus fuit, illique Deorum nomen ac similitudinem in Ecclesiâ gesserunt: *Fecisti enim inferiorem paulum infra Deum*. Psal. 8: 6. conf. Hebr. 2: 5, 7, 9. *Adorarunt ipsum omnes Divi*. Psal. 97: 7. A quâ subiectione Ecclesia Novi T. liberata est: *Non enim Angelis subiecit habitabilem futurum*, Hebr. 2: 5. sed Filio Dei, *hominem visitanti*, Psal. 8: 5. Ita ut illi nunc, posito illo honore & munere, tantum fidelium sint conservi. *Vide ne feceris, conservus tuus sum, & fratrum tuorum*. Apoc. 19: 10. 22: 9.

Et Moses.

VI. Alter legislationis minister fuit *Moses, servus Dei, cui præcepit Deus legem*. Mal. 4: 4. conf. Joh. 1: 17. *Lex per Moysen data est*. Quem Paulus exinde *mediatoris* nomine dignatur, Gal. 3: 19. qui in legislatione ista *stetit inter Jehovaham ac populum*, ac interpretis partibus functus est, Deut. 5: 5. coll. c. 33: 3, 4. *Cujus omnes sancti sunt in manu tua: & illi mediis perambulati sunt pedi tuo*, ut acciperet à loquelis tuis, legem, quam





quam *præcepit nobis Moses*. De Christo enim ibi agi non liquet: cum ille non Veteris, *sed Novi T. mediator* expresse appelletur. Hebr. 9: 15. Quanquam longè excellentiori modo quam Moses eo munere functus sit: ut id in causæ suæ præsidium rapere Sociniani non possint. De quo vidimus lib. II. cap. XIV. par. III.

VII. *Circumstantiæ* fuerunt, tum *temporis*, tum *loci*, tum *signorum* ext- 3. *Cir-*
ternorum. *Tempus* fuit, ab exitu populi & celebrato paschate, dies quin- *cumstan-*
quagesimus: unde pentecostes nomen: post triduanam populi præpara- *tia; tempo-*
tionem, Exod. 19. qui, juxta Judæos, sponsæ instar, multum in thalamo *ris,*
cunctantis, tridui istius mora Deo sacrari debebat, ad coronam legis in publicâ gentis panegyri accipiendam.

VIII. *Locus* fuit mons *Sinai*, seu Horeb, in Arabiæ arenis situs, in *loci,*
sacris literis valde celebris; cui ex adverso Mons Sion, in Cananæa, oppo-
nitur, ex quo proditurus olim erat Evangelii sermo, Esai. 2: 2, 3. Quod
impletum fuit sub Nov. Test. ubi Ecclesia à *tractabili monte Sinai, ad*
montem Sion pervenisse dicitur, Hebr. 12: 18, 22.

IX. *Signa externa* fuerunt varia, tonitruum auditi sonitus, fulgura *signorum*
internitentia; atræ caliginis nebula montis cacumen obsidens, fumi ac va- *externo-*
poris late exundantis volumina, tubarum veluti clangor; ignis denique *ris.*
in monte species, Dei loquentis folium; & montis ipsius, adventantem
Deum testantis, tremor, Exod. 19: 16, 18. Hebr. 12: 18, 19. quo terrore,
qui non populum solum, Exod. 20: 18, 19. sed & Mosen, divinas voces
audire fuerunt, occupavit, ac *exterritum & tremebundum* reddidit, Hebr.
12: 21. Deo in promulgatione legis uti placuit, 1. tum augendæ majesta-
tis, ac sanctitatis legis hujus commendandæ causâ; 2. tum ut finem uni-
versumque legis istius mysterium proderet: erat enim peccatori futura
mortis sententia, & verbum iræ ac terroris (*mortis ministerium* dicit A-
postolus, 2. Cor. 3: 7.) sicut eadem de causâ Novi Test. initiatio suavio-
ribus signis peracta fuit, ad verbum gratiæ significandum, Act. 2. 3. tum
denique ad fidem & obedientiam populi sui explorandam, & quid in cor-
de ipsorum esset manifestandum. Exod. 20: 20.

X. Fuit autem solum decalogus isto cum terrore publicè pronuncia-
tus, formata in aëre voce (sicut suo tempore in humano corpore locutu-
rus erat Deus) quam universus populus ad montem, tanquam ad concio-
nem, coactus è longinquo audivit; Mose & Aarone propius astantibus,
certiusque ac distinctius Dei verba haurientibus. Reliquæ vero tum ad-
ministrandæ reipubl. tum sacrorum leges Mofi, in sancto isto cum Deo

fecessu, soli traditæ; atque per eum, tanquam Dei interpretem fœderisque internuncium, ad populū perlata sunt. Exod. 20:19. Deut. 5:22, 23.

CAPUT V.

De DECALOGO.

Lex, quæ
DECIM
VERBIS
constat,

I. **L** Ex hæc à Deo lata decem constat præceptis; unde *decem verba* appellantur, Exod. 34: 28. Deut. 4: 13. cui respondet Græcum nomen *δεκαλόγος*. Eaque legis moralis, omnique sanctitatis ac virtutis sunt compendium. Quod ut constet, hæ regulæ tenendæ sunt.

spiritualis
est,

II. 1. Legem esse *spiritualem*; nec externas solum actiones moderari, sed intus hominem affari, cunctosque animæ motus & cogitationes cœlesti imperio in ordine continere. Quæ ejus supra quasvis leges humanas prærogativa est. *Scimus enim legem esse spiritualem*. Rom. 7: 14.

Et ejus
præcepta
latissima
explicatio-
nis sunt:

III. 2. Præcepta ejus latissima esse explicationis; cumque tantum summa rerum capita exprimat, eo immensam rerum summam includere; & virtutes vitiaque omnia cognata, & quomodocunque illâ attinentia, eo referri posse. Sicut Christus sub adulterio etiam oculorum adulterium, aspectusque lubricos & incestos comprehendit: *Ego dico vobis, quicumque aspicit mulierem ut eam concupiscat, jam adulteravit eam in corde suo*. Matth. 5: 28.


qua vel
affirman-
tia sunt,
vel negan-
tia: hæc-
que sem-
per, illa ve-
ro, nisi
semper, non
tamen ad
semper o-
bligant.


IV. 3. Cum præceptorum alia sint affirmantia, alia negantia; hæc obligant semper, atque omni tempore ac loco, cum nunquam faciendum sit quod Deus vetuit; illa autem etsi semper obligent, nunquamque illis contrarium facere liceat, cum tamen pleraque illorum diversas tum personarum, tum temporum, tum aliarum occasionum circumstantias flagitent (veluti ubi orare, eleëmofynas largiri &c. Deus jubet) non obligant ad semper; nec externi illi actus quocumque tempore vel loco præstandi sunt.


que verbis
negativa,
sensu affir-
mativa
sunt; Et
cepta.


V. 4. Quæ autem verbis sunt negativa, sensu sunt affirmativa; pariterque quæ affirmantia sunt, sententias quoque negantes includunt. Cum virtutes præstari non possint, nisi vitia fugiantur; pariterque vitiorum fuga sine virtutis studio non consistat. Ut virtutes vitiaque hic sub eandem summam veniant.

VI. Ex-









runt tendunt; tum Apostoli exemplum, qui de decimo præcepto ut uno agit, quod dicit, *non concupisces*. Rom. 7: 7. Sicut in repetitione decalogi Deut. 5: 21. verborum ordo isto in præcepto paulum immutatur, atque uxor præponitur, pariterque omnia ad idem præceptum spectare ostenditur.

*Præcepta
prima ta-
bula præ-
ceptis se-
cunda di-
gniora
sunt.*

XI. Est vero ea illarum tabularum ratio, quod præcepta primæ tabulæ majoris dignationis sint quam secundæ. Unde *præceptum* de amore Dei *maximum* appellatur, Matth. 22: 37, 38. cui tamen alterum de amore proximi *simile* esse dicitur, v. 39. Maxima autem sunt illa præcepta, quæ Deum potissimum spectant, hominemque Deo maximè faciunt similem. Unde cultus spiritualis major est omnibus officiis externis: ac secunda tabula cedere debet primæ, ubi utriusque actus simul adimpleri nequeunt.

*Legis com-
pendium
in amore
Dei*


XII. Universæ legis compendium exhibet Salvator in *charitate*, Matth. 22: 37, 38, 39. (*Πλήρωμα impletio itaque legis dilectio*. Rom. 13: 10. *Supra omnia autem hæc induite charitatem: quæ est vinculum perfectionis*. Col. 3: 14.) quæ tum erga Deum, tum erga homines fertur.

XIII. Diligendus autem Deus est *ex toto corde*, quod, in ista à reliquis partibus distinctione, conf. 1. Thess. 5: 23. intellectum ac iudicium exprimere videtur; *ex totâ animâ*, quod affectus & cupiditates notat, quæ nunquam aberrare vel terreno amore corrumpi, sed in Deum solum ferri debent; *ex totâ cogitatione*, quod *omnem* animi vim ac contentionem dicit, & quicquid in homine facultatis est Deo impendi iubet, Marc. 12: 30. Luc. 10: 27. Deut. 6: 5. Matth. 22: 37. Ut Deus supra omnia, ac propter se ipsum solum, non propter commodum aliquod, vel rem terrenam, imo nullam, diligendus sit.

XIV. Atque ita Christus legem hanc amoris implevit; isteque hominis ante lapsum sincerus ac illibatus in Deum amor fuisset. Cum nunc autem peccatori resipiscenti isti typus tribuitur, non absoluta perfectio, sed amantis animi studium ac sinceritas laudatur. *Par ei non fuit ante ipsum Josiam, Rex, qui reverteretur ad Jehovam ex toto corde suo & ex toto animo suo totisque viribus suis*. 2. Reg. 23: 25. *Obedivistis ex corde formæ doctrinæ, quæ vobis tradita est*. Rom. 6: 17. Cui cordis integritati *cor duplex*, Psal. 12: 3. & insincerum opponitur, 1. Reg. 11: 4. & 15: 3. *Non fuit animus ejus integer erga Jehovam Deum suum, ut animus Davidis patris sui*.

*& proxi-
mi.*

XV. Præcepto de amore Dei simile est alterum de diligendo proximo:





mo : *Diliges proximum tuum sicut te : ego sum Jehova.* Lev. 19:18. Quo nomine Judæi, pro gentis ingenio, ac infito erga externos odio, solum populares suos intelligunt : contra legis sensum, quæ, cum jus naturale ac morale tradat, omnibus hominibus commune, proximi nomine universum genus humanum complectitur. Quod manifestius ex nono ac decimo præcepto constat : illa enim, quæ ibi prohibentur, erga externos licere nemo dicet, ut quod apud suos nefas, erga externos fas sit. Unde Christus, proposita egregia parabolâ, Luc. 10. quis homo homini proximus sit docuit. Est enim quædam naturæ nostræ cognatio, quæ ad omnes homines se extendit ; quæ tamen propiores quosdam gradus consanguinitatis, religionis, ac amicitia non excludit.

XVI. Cum autem magnum inter homines discrimen sit, amor *qui est, vel* que, qui iis exhibendus est, distinctionem patitur. Alius enim est amor *amicitiæ*, alius amor *benevolentia*.

XVII. Amor *benevolentia*, qui studium affectumque erga proximum *benevolentia* dicit, eique bona omnia, tum spiritualia, tum corporalia vovet & *tia*, exoptat, quibusunque, etiam impiis, tribuendus est : *Diligite inimicos vestros, benedicite eis qui devoverunt vos, benefacite iis qui oderunt vos,* &c. Matth. 5:44. Præsertim sub N. T. ubi, sublato gentium discrimine, parem erga omnes affectum induere decet. In Vet. autem Testamento, quanquam ab hæreditate Dei seclusa plerâque mundi parte, non odium, sed luctum istud in piorum animis excitare debebat. Imo septem illos populos, quos speciali lege Deus devoverat (quo primum exemplo Judæi reliquas gentes odisse didicerunt) non tamen ante oblatam pacem, eamque repudiatam, excindere fas erat.

XVIII. Amor autem *amicitiæ*, cum prætereî mutuum conjunctionem ac unionem, proximique tanquam nobis placentis approbationem *vel amicitia* dicat, non promiscuè impendendus, sed iis solum qui fide & vita sancti, Christi que participes sunt, nec amicitia obicem opponunt, deferendus est : *An non ofores tuos, ô Domine, odio habeo, & cum iis qui insurgunt contra te, rixor ? Perfecto odio odi ipsos. Et extiterunt mihi hostes.* Psal. 139:21, 22.

XIX. Exemplar amoris proximi à nobis ipsi's desumendum est, ut diligamus eum, *sicut nos ipsos.* Cum autem vix possibile sit, aliquem ita *Amoris proximi exemplar desumendum à nobis ipsis.* diligere ut nosmet ipsos; istud non de paritate, sed de similitudine intelligendum est. Quæ similitudo in eo consistit 1. ut quæcunque mala nobis fieri nolumus, ea proximo nec velle nec facere in animum indicamus :

2. pariterque quæ bona nobis præstari optamus, ea & proximo præstemus. *Omnia ergo quæ vultis & præstent vobis homines, sic & vos facite ipsis: hæc enim est lex & Propheta*, Matth. 7: 12. Quod tamen de amore nostri non inordinato, sed justo, & ad æquam proportionem redacto, intelligi debet. Nempe, ut quæcunque, cum his vel illis incommodis laboramus, proximum nobis debere ex æquo judicamus, eadem & nosmet eodem in casu ipsi præstemus: non ultra.

XX. Præcipuum autem in amore proximi est, non ut eum infano affectu deperamus, & quasi idolum colamus, cui omnem animi vim & affectum consecratum imus; vel ut corpore vel animo ejus ad peccata abuti tentemus; ille enim non amor, sed cupiditas, & veri amoris adulterium ac stuprum est: verum ut eum potius tanquam Dei imaginem veneremur; cumque Deus in illo honorari & gloriosus esse possit, cum in Deo solum diligamus, atque ad Deum adducere omni ope studeamus. Quo pacto, juxta Apost. in amore proximi Dei amor continebitur & absolvetur. Cum verus amor Dei sine proximi amore existere non possit. *Nam illud, non mœchaberis &c. & si quod est aliud mandatum; in hoc sermone ἀνακεφαλαιώται, summatum comprehenditur, illo videlicet, diliges proximum tuum, sicut te ipsum. impletio itaque legis dilectio.* Rom. 13: 9, 10.

Charitatis
perfectio
ostendit
non dari
peccatum
veniale.

XXI. Atque ex hac charitatis perfectione liquet, nullum esse peccatum veniale, cum quæcunque illud sit, de amoris integritate aliquid delibet, adeoque defectus sit contra legem. Mali commatis enim ac insincera sunt illa Pontificiorum: *Nos ita Deum diligere tantum teneri, quando id postulat necessitas divinæ gloriæ, non vero omni alio tempore*, ut Bellarm. *Preceptum hoc obligare tantum quinto quoque anno*, ut Filjucius. *Quemlibet actum charitatis, quantumlibet remissum, sufficere ad implenda omnia precepta legis*, ut Bannes.

Tabularum legis
mystica
significatio.

XXII. Atque hæc de duabus legis tabulis; quæ cum mysticæ etiam fuerint, hæc paucis verbis annotare satis: *Tabulas lapideas cordis nostri lapidem ac duritiem, quæ nulla externa disciplina edomari possit, significasse. Amovens cor lapideum è carne vestra, dabo vobis cor carneum.* Ezech. 36: 26. Utque illæ *Dei digito* fuerunt peraratae; ita Spiritu solo corda nostra flecti, & ad legis amorem perducì posse: *Legem meam dabo in medio eorum, & cordi eorum inscribam eam.* Jer. 31: 33. *Vos estis epistola Christi, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in carnis tabulis cordis.* 2. Cor. 3: 3. Vid. Matth. 12: 28.. coll.



a. tandem ut lapis e elementis. Invenit me facile
retrostatu correctionis. Ita et Eccl. Math. 5: 18, 19.

logu
ur: S
culis
ecm i
ppis
uritu
flatore
nc. 3.
nfidere
III. 1
lius; q
m ea, p
tus est.
fud fecit
m fit. Ni
IV. 2.
ecatore,
negyri, 8
m per ope
e operam.
Sicentiam

coll. Luc. 11:20. Tabulæ autem *duplices*, uas hominis partes, corpus & animam: (*Glorificate Deum in corpore vestro & spiritu vestro, quæ sunt Dei.* 1. Cor. 6:20.) vel duplex legis postulatum, tum erga Deum, tum erga proximum nostrum, significabant. Utque eæ *intus & à tergo* conscriptæ erant, ita legis plenitudo, cui nec addi nec demi quicquam potest, adumbrabatur. ~

C A P U T V I.

De ministerio Legis ejusque usu.

I. **S** Equitur nunc ipsius Legis *ministerium*, quod circa *populum* *Legis*
Israëliticum habebat: tum reliqui porro ejus *usus*, quoad *MINI-*
 alios omnes homines in genere. *STERIUM*
& usus.

II. *Israëlititas* quod spectat, Deus promulgans ipsis decalogum sollempnem adeo in modum, *foedus* suum cum ipsis erexisse dicitur: *Si sedulo attendetis voci meæ & seruabitis foedus meum, eritis mihi peculium* &c. Exod. 19: 5. *Inscripsit Jehova tabulis uerba foederis hujus, decem illa uerba.* c. 34: 28. conf. Deut. 4: 13. & 5: 2. *Jehova Deus noster pepigit nobiscum foedus in Horeb.* Quod an operum, an gratiæ fuerit? *In decalogo esse foedus gratia patet; si consideremus*
 quæritur. Nec difficile admodum hoc est dijudicare, si 1. vel ipsum legislatorem, ac foederis hujus principem. 2. vel eos, ad quos uerba hæc facta sunt. 3. vel denique ipsam decalogi summam, singulaque ejus præcepta consideres.

III. 1. Præcipuus *legislator* fuit Jehova, Angelus foederis, ipse Dei *legislator*
 Filius; qui ab initio in Ecclesiâ suâ, ut supra vidimus, & *rem,*
 cum ea, præfertim uero hæc ipsa, Deut. 9: 10. 10: 4. 18: 16. Act. 7: 38. locutus est. Qui profecto non alia quam gratiæ uerba loqui potuit, nec aliud foedus cum eâ inire quam foedus gratiæ, cum id unicum ejus officium sit. Non enim alterius foederis interpres vel internuncius esse potuit.


IV. 2. II, quibuscum hoc foedus factum est, fuerunt homines *& eos quibus dictus est,*
peccatores, quos ad gratiam & foedus uocabat Deus; inque festa istâ panegyri, & totius gentis conventu, tanquam suos adoptabat. Cum autem per opera ad Dei communionem pervenire peccatori impossibile sit, tale operum foedus cum iis, quos ad se uocat, inire Deus non amplius potest. Sic enim creaturæ, quam amare præ se ferret, illuderet.


*temporis-
que cir-
cumstan-
tiam,*

V. Sed & *temporis* articulus, quo hoc fœdus cum ipsis factum est, observandus est. Advenerat enim ipse promissionum patribus factarum adimplendarum terminus: quadringenti enim & triginta anni jam decurrerant; jamque ex Ægyptio carcere educti &c. in gentem atque populum formandi, inque terram patribus ipsorum juratam introducendi, istoque cœli pignore beandi erant. Quod liberationis ac gratiæ tempus, tanto ante Abrahamo definitum, in quo magnæ istæ promissiones implendæ erant, cum auspicarentur, & terram, in quo cætera omnia comprehendebantur, (nam & semen benedictionis, quod inter promissiones maximum erat, non alibi quam in ista terra compariturum erat) ingrederentur; non iterum fœdus aliquod operum, per quod peccatori ad Deum aditus non datur, sed nihil nisi gratiam cogitare poterant.

*ipsamque
decalogi
summam.*

VI. 3. Atque id ipsa *decalogi summa* testatur: qui nihil nisi fidei & resipiscentiæ mandata, qualia & Abrahamo data legimus, (*Ego sum Deus sufficiens. Ambula coram me & esto integer*, Gen. 17:1.) comprehendit; nec Judæis magis, quam nobis sub N. T. fœderis operum formulam præscribit. Verba enim, *Ego sum Jehova Deus tuus* &c. quibus Deus huic fœderi præfatur, verba gratiæ sunt, nec in fœdere operum ad peccatorem pronunciarî possunt. Primum præceptum ex eâ præfatione fluit; inque eo Deus, remotis aliis Diis, fœdus istud à suâ parte ingreditur. In secundo *diligentium* se, ac *gratiæ* suæ, in *millenos*, meminit; quæ à fœdere operum aliena sunt. Tertio, fœdus istud ab hominis parte sanctum haberi jubet; cumque ille Dei fœderatus sit, sacrum istud nomen in vanum ferri vetat; & fœderis ac gratiæ Dei confessionem exigit. Quartum insuper typicum erat, & signum justificationis per Christum comprehendebat, ac beata Novi T. tempora adumbrabat. Quintum fœderis interim pignus tradebat, bonorumque eo promissorum partem, Cananæ hæreditatem, ostentabat. Ac post hæc fidei erga Deum mandata, reliqua præcepta una cum prioribus resipiscentiæ, gratitudinis ac sanctitatis normam comprehendebant. Nec magis fœdus operum sunt quam omnes Christi & Apostolorum ad charitatem & bona opera adhortationes. Atque adeo, cum nulla in decalogo legis operum formula extet, nulla stipulatio, nullus contractus ejus generis; sed potius fidei stipulatio, & gratiæ ac nominis Dei confessionis exactio; patet, non ad operum, sed ad gratiæ fœdus illum pertinere, nec aliud, quam fœderis cum Patriarchis olim initi, quod solam fidei in veterem promissionem ac resipiscentiæ stipulationem habebat, Gen. 17: 1. formulam tradere.





VII. Atque hęc decalogi, in prima ejus promulgatione, forma, & *Præceptio-*
 scopus erat. Præceptorum autem materiam quod attinet; cum sanctitas *rum decal-*
 & virtus semper eadem sit, nec alia sub fœdere operum, alia sub fœdere *logi mat-*
 gratiæ, ad gratitudinem præstandam, requiratur; cum non magis sancti- *ria, eadem*
 tas, quam imago Dei mutationem patiatur; non negandum est, talia in dec- *qua fœde-*
 calogo præcepta extare, quæ, ubi Deo placuisset, in fœdus operum con- *ris operum:*
 verti potuissent. Cujus in speciem aliquam deinde decalogus ex justo Dei
 judicio Israëlitis transit.

VIII. Mutatio enim quædam facta est, post populi apostasiam, & *in cujus*
 peccatum circa vitulum aureum, Exod. 32. quando fœderis tabulæ à Mo- *speciem*
 se contractæ sunt, populusque ad tempus à Deo repudiatus, deinceps au- *aliquam*
 tem duriter habitus, & jugo ceremoniarum oneratus fuit, Jer. 31: 32. *deinde*
 Tum enim auditæ demum duæ illæ sententiæ, quæ in decalogo non ex- *transit.*
 tabant: *Qui fecerit illa, vivet in iis: & maledictus omnis, qui non manet in*
omnibus, Lev. 18: 5. & Deut. 27: 26. quæ in se fœderis operum contractum
 & stipulationem exhibebant; cum ostenderent quid ad justitiam operum
 requiretetur. Qua facie Apostolus legem considerat, cum eam tanquam
 fœderis operum formulam exhibet: *Moses enim describit justitiam, quæ*
ex lege est, qui fecerit ea homo, vivet in eis. Rom. 10: 5. coll. Gal. 3, 10, 12.
Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub execratione sunt. Scriptum est
enim: Maledictus omnis, qui non manet in omnibus quæ scripta sunt in li-
bro legis, ut ea faciat &c. & promissioni ac fidei opponit: Si enim, qui ex
lege, heredes sunt, exinanita est fides, & abolita est promissio. Rom. 4: 14.
Lex autem non est ex fide: sed, qui ea fecerit, homo, vivet in eis.
 Gal. 3: 12.

IX. Non quod Deus ullo tempore erexerit vel renovaverit cum pec-
 catore fœdus operum, hoc enim impossibile erat. Sed decalogus, duabus
 istis sententiis armatus, speciem quandam fœderis operum exhibebat;
 eratque fœderis operum violati *ἀνομιῆς*, & quotidiana perfidiæ ex-
 probratio; ut ita agnoscerent Israëlitæ peccatum & maledictionem suam,
 & legalis justitiæ impossibilitatem, ac ab ista spe depulsi, justitiam redem-
 toris sitirent, atque ad Christum manuducerentur. *Finis enim legis Chri-*
stus, ad justitiam omni credenti. Rom. 10: 4. Quo etiam ceremoniarum
 jugum deinceps impositum faciebat.

X. Verum quidem est, carnales Israëlitæ per hæc legis clausulas, qua-
 si objecto velo, occæcatis à vero ejus sensu aberrasse, legemque ut fœdus
 operum considerasse, & vitam ex operibus quæsisisse: *Israël prosequens*
legem

legem justitia, ad legem justitia non pervenit. quam ob rem? quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. Offenderunt enim in lapidem offensionis. Rom. 9:31, 32. Sed tamen fideles hanc mixturam facile animadverterunt, & discussa ista nube, quæ plerorumque oculos morabatur, legem ad verum suum scopum, ac ad Christum, quo instar pædagogii, non sine terrore aliquo, ducebat, retulerunt; abnegataque propria justitia, ex qua vitam sperare non poterant, illam in uno Christo quæsierunt: *Lex enim pædagogus eorum existit ad Christum; ut in Christo justificarentur.* Gal. 3: 24. Et, sicut infideles Judæi *mortem*, ita illi *vitam* ex lege elegerunt. Deut. 30: 19.

Non ergo
rectè asseri-
tur, decalo-
gum so-
lam ope-
rum legem
continere.

XI. Unde non satis benè decalogus à multis non aliter consideratur, quam si solum legem operum contineret. Quo pacto Judæi non parum in errore confirmantur; qui, dum eum tantum ut operum formulam intuentur, non alio fine sibi datum putant, quam ut ex operibus ejus justitiam quærant. Cum decalogus in primâ suâ latione fuerit *νομοθεσία* fœderis gratiæ, exigens *fidem per charitatem operosam*, Gal. 5: 6. post populi autem idololatriam, per duas istas sententias, fœderis operum speciem tantum induerit, ad hominem deprimendum, & terrore isto in officio continendum, tandemque ad Christum adducendum; quod ipsum gratiæ fuit.

Legis hu-
jus USUS
respectu
Israëlita-
rum,

XII. Atque ex hisce nunc patet, quinam legis hujus fuerit *usus*, ac ad-
huc sit.

XIII. *Israëlitarum* enim respectu 1. erat formula fœderis gratiæ, fi-
dei ac respiscentiæ mandata continens. 2. dein, ob interveniens peccatum
populi, formam legis operum præ se ferebat, istaque severitate fideles ter-
rebat, & ad Christum suspirare faciebat. 3. Quin & legis ceremonialis
jugum non parum intendebat, cujus vis & exprobratio omnis à lege hac
moralis erat, ut deinceps videbimus. 4. Normam veræ sanctitatis exhibe-
bat, quæ non in externo cultu ac ritibus, sed præceptorum, in quibus ima-
go Dei sita est, observatione consistit.


omniumq;
hominum;
in statu eo-
rum
instituto,


XIV. Sed & usum generaliore[m] ea habebat, quæ non Israëlitas solos,
licet eos quoque, sed *omnes homines* spectabat: tum respectu status *insti-
tuti*, tum *destituti*, tum *resituti*.


destituito

XV. De statu *instituto*, usuque legis circa illum, supra egimus, ubi de
primo homine.

XVI. Quoad statum hominis *destitutum*: 1. Per *legem* est *cognitio
peccati*, Rom. 3: 20. 2. Peccatum aduget, dumque concupiscentiam ob-
jecto







jecto freno compescere studet, eam magis acuit, majoribusque flammis exardescere facit: *Quum essemus in carne, passiones peccatorum, qua per legem exitebant, operabantur in membris nostris, ad fructum ferendum morti.* Rom. 7: 5. *Occasione autem accepta peccatum per preceptum effecit in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum.* v. 8. conf. v. 11. Unde *vis peccati* appellatur, 1. Cor. 15: 56. 3. Peccatorem damnat: *Scimus enim, quod quaecunque lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit, ut omne os obturetur & obnoxius fiat omnis mundus Deo &c.* Rom. 3: 19, 20. *iram operatur,* Rom. 4: 15. *maledicit,* Gal. 3: 10. est *ministerium mortis, & litera lethalis ac occidens,* 2. Cor. 3: 6, 7, 9. 4. Interimque moderandæ humanæ societati externæ disciplinæ usum habet, ad homines utcumque in officio continendos.

XVII. Quoad statum *restitutum*, 1. Minis, terroribus, maledictionibus suis hominem ad Christum compellit: *Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti.* Rom. 10: 4. Quæ legis pædagogia supra naturam ejus est, quæ notitiam solum peccati & desperationem parere idonea est. 2. Nos ad veram humilitatem fingit, sensuque propriarum in firmitatum superbiam nostram domat: *Peccatum non cognovi, nisi per legem &c.* Rom. 7: 7. conf. Phil. 3: 8, 9. *Duco omnia stercora esse, ut Christum lucrer, & inveniar, in ipso non habens meam justitiam, eam ex lege, sed eam qua est per fidem Christi, justitiam, qua ex Deo est ad fidem.* 3. Veræ sanctitatis typum exhibet, istoque seu medio morali, seu causa exemplari sanctificationem nostram promovet: *Finis & ἀγαπῆς denunciationis est amor ex puro corde, & conscientia bona & fide non fucata.* 1. Tim. 1: 5. 4. Nostræque regenerationi & sanctitatis initiis testimonium præbet, eaque approbat & laudat: quatenus *secundum interiorem hominem legi condelectamur.* Rom. 7: 22. & *ἀγαπῆς ejus implemus,* Rom. 8: 4. adeo ut *nos non tam operemur malum, quippe novi homines, quam peccatum in nobis habitans.* Rom. 7: 17.

XVIII. Abutuntur autem lege, qui eam post peccatum datam putant, ad justitiam per eam consequendam; seu per vires naturæ, seu per gratiam communem omnibus, quæ revera naturam non superat, seu denique per gratiam specialem Christi.

XIX. Atque ex hoc ejus usu simul patet, quomodo & quatenus post peccatum abrogata sit. Fidelium enim respectu, ctsi iis obedientiæ regula & dux sit, tamen, tum quoad maledictionem, tum quoad rigidam plenæ obedientiæ exactiorem, ac si sine ea vitam sperare nullo modo liceret, sit?

abolita est. *Non enim sub lege sunt, sed sub gratia.* Rom. 6: 14. *Fusto lex non est posita, sed legis rationem non habentibus & contumacibus &c.* 1. Tim. 1: 9. Ea enim cum à Christo impleta, legisque postulato satisfactum sit; lex jam ministra Christi & gratiæ facta, operibus nostris, etsi imperfectis, attamen sinceris, utpote per Christi Spiritum peractis, & ad perfectionem tendentibus, applaudit: *Qui introsperit in perfectam illam legem libertatis & permanserit in ea -- beator erit in opere suo.* Jac. 1: 25. conf. cap. 2: 8. *Si legem regiam præstatis secundum Scripturam, Diliges proximum tuum ut te ipsum, bene facitis.* & v. 12. *Ita loquimini & ita facite, ut per legem libertatis judicandi.*

Rejettis
Antinomo-
rum furo-
ribus

& Phari-
saorum
omnium-
que Pelá-
gianiz an-
tizium hypo-
crisis.


XX. Unde rejicimus ab unâ parte, Antinomorum furores; qui Lutheri jam tempore exorti regenitos omni legis obedientiâ solvebant: cum illa æterna sanctitatis regula, ac officii nostri norma sit. *Quippe, usque dum præterierit cælum & terra, jota unum aut unus apex nequaquam præteribit ex lege, usque dum omnia facta fuerint.* Matth. 5: 18. ab altera parte, Phariseorum ac Pelagianorum, omniumque ferè hodie hæreticorum hypocrisin; qui, ut propriam justitiam facilius erigant, legis adimplendæ possibilitatem, hominifque in hac vitâ perfectionem docent. *Quod ut per sese naturæ humanæ, cum imagine Dei creatæ, non impossibile sit, nunc tamen, postquam ea per peccatum corrupta est, vires ejus superat; ideoque cum illud nunquam factum sit, nec fiat, nec futurum unquam sit, recte impossibile vocari potest.* Vide 1. Reg. 8: 46. *Nemo est qui non peccet.* Psal. 143: 2. *Et ne venias in judicium cum servo tuo. Nam non justificatur apud te ullus vivens.* Joh. 7: 19. *Non ne Moses vobis dedit legem, & nemo ex vobis facit legem?* 1. Joh. 1: 8. *Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus & veritas in nobis non est.* Jac. 3: 2. *In multis impingimus omnes.* Nec ideo tamen in vanum lex à Deo data est; cum longè alios fines habeat, quos jam vidimus. Atque hæc de Lege Dei in genere ad institutum nostrum hoc loco nunc sufficient. Specialem enim tractationem ejus nunc ingredi non licet.



LOCUS DECIMUS NONUS

CAPUT VII.

De Legis Ceremonialis institutione, cau-
sis & usu.

I.  Equuntur post legem moralem leges divinæ positivæ, per Mosem latae, quæ fuerunt, partim *ceremoniales*, ut vulgo appellantur, partim *forenses*.

II. Lex ceremonialis complectebatur externos ritus & ce- *Lex CE-*
rimonias, à Judæis usurpatae, tum in publicâ, tum in domesticâ vitâ *RIMO-*
(ubique enim eæ obtinebant; cum universa ista gens sancta diceretur, *NIALIS.*
semperque ac ubique istis repagulis coerceretur, ut sine Deo vix manum
extendere, aut attingere omnino quicquam liceret) tum præsertim in
sacris: quæ significatione ferè erant mysticæ. Dicitur in Scriptura *lex præ-*
ceptorum in placitis, Eph. 2:15. *Chirographum, quod contra nos scribeba-*
tur in placita. Col. 2:14. & *lex præcepti carnalis*, Hebr. 7:16. vide Hebr.
9:1. *Habebat prius tabernaculum, instituta cultus*. & v. 10. *ἡ ζωὴ κατὰ*
σαρκὸς instituta carnis.

III. Differabat ea à lege morali, quod contineret præcepta *non bona*, *Quæ à*
Ezech. 20:25, 26. *infirmæ*, Hebr. 7:18. *Quæ non possunt quoad conscientiam morali*
consummare eum, qui cultum præstabat, c. 9:9. per quæ vivere homo *differ.*
non poterat; quæque ad peccatoris justitiam & vitam nihil faciebant, nec
eum consummabant: *Nihil enim consummavit lex*. Hebr. 7:19. Præcep-
ta enim moralia erant propriè præcepta *sæderis*, ceremonialia autem
erant accessoria. In qua distinctione, cujus neglectu Judæi sæpè adeo pec-
cabant, ac adhuc miserè errant, dum umbris & ceremoniis istis sese oble-
ctare amant (vide Hof. 6:6. coll. Matth. 9:13. *Pietate delector, & non sa-*
cificio; & agnitione Dei præ holocaustis. Jer. 7:22, 23. *Non locutus sum*
cum patribus vestris, & non præcepi ipsis, quo die ipsos eduxi ex Ægypto, de
holocausto & sacrificio. Sed verbum hoc præcepi ipsis: Audistate mihi, &
fiam vobis in Deum, & vos fietis mihi in populum &c.) Judaismi & Chri-
stianismi discrimen situm est.

IV. Circa legem illam considerabimus, 1. in genere, ejus institutionem, *Circa quæ-*
mi-

in genere
considera-
tur ejus
institutio
(in auctore

ac inter-
nuncio il-
lius)

ministerium, causas & usum. 2. in specie illius præcepta. 3. denique ejus abrogationem.


V. Est ea lata, ut & reliquæ leges, ab ipso Dei Filio, unico testamenti sponsore, qui omnia ad illud pertinentia per gradus suos exequi ac peragere debuit: quo hæc Dei severitas, populique servitus, & figurarum rudimenta, venturamque lucem præcedentes umbræ pertinebant.


VI. Internuncius ejus fuit *Moses*, qui ab hac legislatione, tanquam præcipuâ ministerii sui parte agnoscitur. *Lex per Moysen data est.* Joh. 1: 17. Nam legis moralis præcepta condito mundo coæva sunt; & promissio mox à lapsu audita est. Cui demum Moses hanc cerimoniarum sepem circumdedit, primusque & solus statutorum ac dogmatum leges tradidit; quas innovare vel auctiores facere nemini post ipsum licuit.

VII. Jam olim sub *Promissione* variæ obtinebant cerimonie & sacrificia, quæ quamvis Deum auctorem haberent, libera tamen semper erant & voluntaria; nec tanto cum onere ac jugo, cumque execrationis ingeminatione ac quotidianis diris, peccati memoriam renovabant. Ille enim terror post latam legem, ac verba minantia: *Quisquis non manserit in omnibus* &c. demum accessit. Ante illud tempus autem nudi erant Ecclesiæ ritus, ejusque in infanti ista ætate serperastræ, quibus ad Messie fidem contenderet, eoque adhuc absente, saltem imagine ejus pasceretur.

VIII. Nec alium respectum habuerunt *sub Moysè*, ante *μοχονοριαν*; quanquam ab eo adauctæ, & non adeo liberæ, ut ante, relicte sint, instituto tabernaculo ac sacerdotio Aaronico. Non enim ista jugum protinus imponebant; cum tabernaculum potius gratiosæ Dei habitationis inter homines signum foret; & de futura Dei in carne habitatione Ecclesiam admoneret. vid. Esai. 8: 14. *Et erit Jehova in sanctuarium* &c. ac sacra Aaronis præfectura nondum omnes tanquam impuros altari arceret; cum isto tempore adhuc *primogenitorum* oblationes legamus, Exod. 24: 5. nec ad unum locum eas initio determinatas fuisse constat: *Altare terrenum facito mihi; ut sacrifices super ipsum holocausta tua -- quocunque in loco jubebo celebrari memoriam nominis mei, veniens ad te benedicam tibi,* Exod. 20: 24.

IX. Post peccatum autem vituli Ecclesiæ fata mutata, atque viliora facta sunt. Quosque Deus ut filios hæctenus habuerat, ac ex Ægyptiaco ergastulo liberatos in domum suam cooptaverat, jam instar fervorum, qui vernilitatem in Ægypto contractam nondum dedidicerant, durius habere con-





constituit: ac *dominatum in eos exercuit*, Jer. 31: 32. & ut Apostolus Hebr. 8: 9. Prophetæ verba explicat, *neglectius habere instituit*. Magnam enim partem in longo illo per deserta errore periere; cæteri autem variis ceremoniis onerati Deo adductius servire, inque servilibus ministeriis ætatem agentes, Deum, non ut patrem, sed ut dominum, adire ac colere jussi sunt. Quod clarissimè docet Ezechiel c. 20: 25, 26. ubi, ob peccatum in deserto commissum, ait, Deum illis *statuta dedisse, quæ non bona erant*, eosque *cum oblationibus suis impuros declarasse; traductosque primogenitos*, adscitis in locum eorum Levitis, altari arcuissè. Sicut & Paulus Gal. 3: 19. *Legem ob transgressiones superadditam* dicit.

X. Unde Moses, renovato Dei fœdere, post acceptas secundas tabulas, quæ gravioribus verbis armatæ erant, omne demum ceremoniarum choragium & jugum, genti imposuit; peccatumque non solum istud, sed & alia omnia, sollempnibus verbis quotidie fateri, & sacrificiis ac pecudum cruore altaribus inscribere, ac laborantis nec unquam satis lætæ conscientiæ gemitus ac suspiria tabernaculo affundere jussit. Quæ reatus adhuc manentis perpetua & publica exprobratio erat, quam non ferre solum, sed peragere ipsi debebant.


XI. Omnis autem legis hujus vis à lege operum erat (unde Paulus eam ad legem operum refert, & *legem καρ' ἐξοχλῶ* sæpe appellat) quæ tam gravi peccato violata, atque additâ mox execratione, repetita peccatorem gravissimè urgebat; cumque peccatum nondum digno sacrificio expiatum esset, maledictionem intentare, eamque omni modo repræsentare non cessabat. Quo sacrificiorum, lustrationum, aliarumque ceremoniarum ritus percommodè faciebant; quæ, absque hoc, nullo jugo graves, solumque innocui ritus & cultus Dei adminicula fuissent: nunc autem, execratione adhuc incumbente, inde quoque maledictionem traxere, ejusque exercendæ, ac quotidie iterandæ, fuerunt instrumentum.

XII. Atque hinc jam ultro patent lætæ istius legis *causæ*; atque *usus*, Vt & causa atque usus, quos in priscâ Ecclesiâ habuit.

XIII. Non satisfaciunt enim Judæi, volentes eam datam partim *sani-* tatis causa, partim ut *naturæ & philosophiæ* compendium; quale quid de ta- bernaculo dicunt, in quo omne cœlum descriptum autumant. Probabilius est quod adfert Maimonides, Deum istis institutis populum suum ab ido- latria Gentilium, ac præcipuè Sabæorum, avertere voluisse: unde ope- roso adeo cultu, qui vel superstitiosissimis satisfacere poterat, eoque fere- gentium sacris contrario, eum occupari ac detineri voluit.

tum verio-
res.

XIV. Veriores autem cultus istius causæ sunt : 1. Ut Deus Ecclesiam isto tempore veluti adolefcentem sub pædagogo poneret, & difficili ministerio proterviam ejus delassaret ac compefceret, (vid. Gal. 4: 1, 2, 3. *In quantum tempus hæres infans est, nihil differt à servo, quum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & curatoribus est usque ad tempus prædefinitum à patre. ita & nos quum essemus infantes, sub elementa mundi eramus in servitutem subjecti.*) eamque per terrestres figuræ & umbras sensim ad majora perduceret, Hebr. 10: 1. & 9: 23. atque ita, dum venturo olim Salvatore per veterum desideria ac *fitim* viam sternit, Matth. 11: 28. Hebr. 2: 15. gradibus quibusdam salutis humanæ opus absolveret. 2. Præsertim post perfidiam in deserto commissam, multiplici isto sacrificiorum apparatu, peccatum in quotidiano cultu, non verbis, sed fuso sanguine, expröbrare, istoque terrore ac maledictionis imagine Ecclesiam suam exercere voluit: fuit enim *in ipsi hostiis commemoratio peccatorum anniversaria*. Hebr. 10: 3. Unde *chirographum in placitis nobis subcontrarium*, Apostolus appellat, Col. 2: 14. ac *legem hanc maledictionem interminare* ait, Gal. 3: 10. quippe quæ execrationem nondum sublata[m] docebat; omneque id *ministerium mortis ac condemnationis fuisse* dicit, quam ubique repræsentabat, nec nisi meliori sacrificio auferri posse clamabat, 2. Cor. 3: 9. Unde & peccatum Judæ dicebatur *scriptum in carnibus altaris*. Jer. 17: 1. 3. Lex illa erat typus Christi, mortisque ejus, omniumque ejus beneficiorum, Ecclesiæ olim præstandorum, imaginem gerebat; quæ victimarum morte, & lustrationibus expiationibusque typicis adumbrabat: *Quæ sunt umbra futurorum; corpus autem est Christi*. Col. 2: 17. Unde *Christus finis legis* appellatur, Rom. 10: 4. Lexque hæc instar *pædagogi ad Christum* ducere, *ut per eum justificemur*, Gal. 3: 24, 25. *umbramque* continuïsse *futurorum bonorum* dicitur, Hebr. 10: 1. quæ una cum Christi adventu in Nov. T. demum præstita & impleta sunt. Quæ Ecclesiæ Christianæ dignitatem magnopere augent, cui effingendæ ac adumbrandæ universum populum ac Ecclesiam præcedere Deus voluit; quæ videl. venienti ei in mundo appareret, & aditum ac com meatum pararet. 4. Inserviebat ea discernendis ac disternandis Judæis à gentibus, erectâ *sepe intermedia*, Eph 2: 14. quæ populorum *inimicitiam* fundabat, v. 15. quamque reconciliatis postea gentibus aboleri oportuit. Nam *per ipsum habemus accessum utrique in uno Spiritu ad Patrem*; adeoque gentes *non amplius hospites & advenæ sunt, sed cives sanctorum & domestici Dei*. v. 18, 19. Ex qua gentium abdicacione non poterat non piorum dolor ac luctus accendi; qui





qui regnum Dei longissimè patere, ac promissam Abrahamo hæreditatem adduci desiderabant. 5. Nec inter Gentes solum & Judæos, sed & inter ipsos Judæos discrimen faciebat, quorum alios ab altari & conspectu Dei arcebat, ut totum Israëlẽm (vid. Num. 1:51. & 3:10. *Aharonem & filios ejus præficio, ut observent sacerdotium suum: nam quicumque extraneus accesserit, morte plectetur.*) alios autem accedere sinebat, sed non ultra primum limen, ut Levitarum ac Sacerdotum turbam; solum autem Pontificem maximum ad interius adytum, ipsumque Dei sacrarium. Quæ docebant, nondum venisse verum Sacerdotem, qui omnem Dei populum ex æquo ad Deum adduceret, nec *viam ad sancta* adhuc vulgò *manifestatam* esse. Hebr. 9: 8.

XV. Atque hæ præcipuæ legis illius fuerunt causæ. Ex quibus patet: *Ex hisce patet jugi legis ceremonialis gravitas,*

1. Quantopere *δυσχάστερον*, vel potius *ἀβιάστερον* fuerit illud *jugum*, Act. 15:10. tum, quod multiplex adeo ceremoniarum ministerium foret impositum, idquæ tanta cum necessitate, ut sine iis peccatorum remissio non daretur; tum præsertim, quod illæ non suaves, vel significatu jucundæ, sed fidei graves & tristes forent, quæque cum onere ac conscientia nondum perpurgatæ gemitu exantlarentur. Quod onus ac jugum, quod hic præcipuè considerandum est, à legis moralis vi, atque adhuc vigentis maledictionis stimulo, ut vidimus, proveniebat. 2. Quomodo veteres fuerint sub lege, sub cujus *φύλαξι* custodia eos Apostolus conclusos dicit, Gal. 3:23. Quia nimirum cum peccatum nondum deletum foret, per legem aliquid ipsis impositum fuit, quod expiatione peractâ locum habere non potuisset. Unde fideles sub N. T. non amplius sunt sub lege, nec sub eâ esse possunt: *Nunc enim absque lege justitia Dei manifestata est, cui testimonium perhibet Lex & Prophete.* Rom. 3: 21. Sicut hoc passim urget Apostolus, hæreditatem gentium, quæ Abrahamo promissa fuit, non posse cum illa servitute, quæ Israëlĩ incumberebat, subsistere. 3. Denique cur Christus sub illa lege nasci debuerit: *Factus sub lege.* Gal. 4:4.

XVI. Apparet hinc porro cecitas *Judæorum*, qui, patriæ legis tenacissimi, & rituum externorum ad superstitionem observantissimi, ejus tamen causas, & scopum, & usum ignorant, atque inutili isto ministerio sese ad vanum delassant. Quin &, serpente ulterius errore, in eo justificationis suæ causas quærunt, atque, anxium & scrupulosum istum cultum Deo imputantes, ita sese Deo placere posse confidunt; quomodo ne sapienti quidem ac cordato viro satisfacerent. Ita enim loquuntur in sua liturgiâ, *se talibus præceptis & sanctificari, & justificari, & vivificari.*

Cum tamen de his præceptis dictum non fuerit, *qui fecerit illa, vivet in eis*; nec proprie fœderis conditio, sed ejus accessio fuerint; & externa quædam *λατρεία*, quæ infanti populo pro elementis & umbrâ foret, donec plenior lux Ecclesiæ affulgeret. *Lex igitur adversus promissa Dei ? ne eveniat. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare; revera ex lege esset justitia.* Gal. 3: 21. *Atque etiam ego dedi eis statuta non bona & iudicia in quibus non viverent.* Ezech. 20: 25. *Nam pietate delector, & non sacrificio; & agnitione Dei præ holocaustis.* Hol. 6: 6. *Diligere Deum ex toto corde -- & proximum ut se ipsum plus est quam omnia holocausta & sacrificia.* Marc. 12: 33.

Quibus af-
fines sunt
Sociniani


XVII. Quibus affines sunt *Sociniani*, partim sub lege plenam peccatorum condonationem, sine Christi satisfactione, ex legis videl. illius observatione, statuentes: partim, & contrario errore, præcepta hæc crassa & rudia appellantes, solo legislatoris placito instituta, sine ratione ac mysterio ullo; unde Christus novus legislator, in suo regno, ea facessere jussit, substituto rationali ac potiori cultu. Quæ pretiosa impurè istius Theologiæ effata sunt, quæ Marcionis blasphemiam de Deo Vet. Test. non parum redolent.

& Ana-
baptista.

XVIII. Similiter *Anabaptista* Deum exteriora in his mandatis solum jussisse, nec fidem puritatemque cordis magnopere flagitasse statuunt. Quæ profana sunt, & Dei sapientiæ ac sanctitati injuria. Non enim, quam *γυμνασίαν σωματικὴν* hæc præcepta fere continerent, prorsus inanis & bruta, sed significatione *λογικῆ* fuit hæc *λατρεία*; ut Apostolus epistola ad Hebræos ostendit.









LOCUS VIGESIMUS

D E

PERSONIS SACRIS.

CAPUT VIII.

De Pontifice ac Sacerdotibus.

I. **H**actenus legem dogmatum in genere vidimus. Considerandæ jam illæ per partes sunt. Erant autem dogmata seu ceremoniæ omnes duplicis generis, aliæ publicè, aliæ privatim usurpandæ. Publicæ quinque erant classium, 1. *Personarum* sacrarum. 2. *Actionum*. 3. *Rerum*. 4. *Locorum*. 5. *Temporum*. Quæ nos omnia, tum quoad externam eorum figuram, tum quoad spirituales significationem, strictim perlustrabimus.

Cerimoniae erant publicæ vel privatæ. Illæ erant quinque classium.

II. Personæ sacræ erant, vel *ordinariæ*, videl. Pontifex, Sacerdotes, Levitæ, Nethinim: vel *extraordinariæ*, ut Nazirei, Rechabitæ.

Personæ sacræ erant duplicis generis: inter quas præcipua erat PON-

III. Inter personas sacras, sacratissimus erat Pontifex, dignatione maximus, regisque folio ista in republ. proximus; sub quo reliquus erat Sacerdotum ordo. De quibus videbimus 1. eorum *constitutionem*. 2. *sacritatem* requisitam. 3. officium & *ministerium*.

TIFEX- illius

IV. *Constitutio* completitur, illorum, 1. *electionem*. 2. *consecrationem*. 3. *successionem*.

CONSTITUTIO, 1. per electionem,

V. *Electio* Pontificis, primò jussu ac designatione Dei peracta est, in Aarone ac filio ejus Eleasare: *Sube accedere ad te Aaronem fratrem tuum, cum filiis suis secum, è medio filiorum Israelis, ut sacerdotio fungatur mihi*. Exod. 28: 1. *Exue Aaronem vestibus suis, ut induas eis Eleasarem filium ejus*, Num. 20: 26. deinceps, juxta Judæos, penes confessum septuaginta senum & reges permanfit.

II. consecrationem, quæ constabat

VI. *Consecratio* Pontificis, tribus rebus constabat, vestitu, unctione, sacrificio.

I. VESTIBUS SACRIS

VII. *Vestibus sacris*, quibus in templo ministrare mos erat, Lev. 8: 7, 8, 9. Pontifex per dies septem continuos manè induebatur, & vesperi rursus exuebatur. Quem ritum Moyses erga Aaronem administravit. Lev. 8: 7. & seqq.

que erant
Pontifici,
vel aurea,
numero
octo

VIII. Vestes autem illas quod attinet, ea Pontifici (unde & reliquorum sacerdotum vestitus patebit) erant duplices, aureæ & albæ.

IX. *Aureæ* appellabantur, non quod totæ auro constarent, vel omnes auro illusæ ac interstinctæ forent; sed quod quibusdam ex iis aurum variè intextum, reliquæ autem cæteris ejus vestibus ornatiores & splendidiores erant. Indumenta hæc aurea, Hebræis **זָהָבִי בְגָדִים** dicta, erant octo: *Femoralia* **כִּתְמוֹתֵי** / *Tunica* **כִּתְנֵת** / *Baltheus* **אֶבְגַּט** / *Cidaris* **כִּצְדִימָה** / *Pallium* **בִּיטָל** / *Ephod* **אֶפֹדִי** / *Pectorale* **חֹשֶׁן** / & *Frontale* **פָּדֵי**. De quibus legere est Exod. 28.

(quatuor
prioris
etiam re-
liquis Sa-
cerdotibus
communes

X. Ex vestibus hisce sacris, quatuor prioris etiam reliquis Sacerdotibus communes erant; quatuor autem posteriores ad Pontificis solum cultum spectabant. Erant vero omnes ex lino purissimo ac pretiosissimo.

erant, po-
steriores
quatuor
Pontifici
proprie.

XI. Atque in sacro hoc ornatu ministrabat Pontifex quotidie in sanctuario; juxtaque eum Sacerdotes suo ordine. Sine hisce enim vestibus sacris operari non licebat. Atque ubi vel minimum ex iis deerat, Pontifex **נְחֹכַר בְּגָדָיו** defectus vestibus dicebatur, & profanus habebatur.

In quibus
quotidie in
sanctuario
ministra-
bat:

XII. Non autem facile extra templum iis utebantur; quanquam & hoc accidisse nonnunquam constet. Extra Hierosolymam autem iis uti profus nefas erat.

non vero
facile iis
utebatur
extra tem-
plum)
vel alba,
quatuor.
2. unctio

XIII. Præter vestes aureas habebat quoque Pontifex quatuor vestes albas, **בְּגָדֵי לָבָן** appellatas, quatuor prioribus cognomines, *tunicam* videl. *braccas*, *cingulum* & *pileum*, seu *cidarim*, ex lino contextas; quibus solus utebatur Pontifex, semel in anno, cum piaculare sacrum administraturus interius adytum intraret. Quo peracto vestes eas deponerebat, sequenti anno novas rursus accepturus. Agitur de iis Lev. 16:4, 32.

XIV. *Unctio* per totidem dies fieri solita erat, antequam sacrum oleum amissum erat. Istud enim, semel à Mose confectum, Exod. 30. nongentos ferè annos durasse volunt: deinde autem Pontificis inaugurationis solo vestitu peracta fuit.

(discrimen
unctio-
nis
pontificalis
& regia)

XV. Videtur autem idem fuisse oleum, quo & Reges nonnunquam inaugurati leguntur; quanquam alii diversum fuisse velint. Alios enim eo perfundi nefas erat. *Carnem hominis ne eo ungit, aut secundum confecturam ejus ne facitote simile ei: res sancta est* &c. Exod. 30:32, 33. Utriusque autem unctio, inter alia, hoc præcipuum discrimen erat: quod omnes & singuli Pontifices in initiatione sacro oleo linerentur, unde sacerdo-

0
3
2
1
0

cerdotes uncti appellantur, Lev. 4: 5. & 6: 22. Reges autem non omnes, sed ii solum, qui rebus turbidis, & successione ob tumultus ac seditiones incertâ, in Davidis solium evehebantur: ut in Salomone & Joâ patuit, 1. Reg. 1: 39. 2. Reg. 11: 12.

XVI. Tertius initiationis ritus erat *sacrificium*, quod Pontifex inunctus, & sacrâ veste indutus, in muneris auspiciam offerebat; imo & quilibet sacerdos gregarius, ex lege Lev. 6: 20. *Hæc esto oblatio Aharonis, & filiorum ejus, quam offerent Jehova semper, quo tempore ungetur eorum aliquis &c.* 3. & sacrificio.

XVII. *Successionem* Pontificum quod spectat, videnda tum familia Pontificalis, tum modus successionis in illa. III. & successionem.

XVIII. Primus Pontifex fuit *Aaron*, ex tribu *Levi*. Cujus duo filii, *Eleasar* & *Ithamar*, binas constituerunt familias sacerdotales; quarum prior tantum fuit Pontificalis. *Et exuens Moses Aaronem vestibus ipsius, induit eis Eleasarem filium ipsius. Et mortuus est Aaron ibi, in vertice montis.* Num. 20: 28.

XIX. Turbata autem postea videtur hæc successio. Heli enim Pontifex *Ithamarides* fuisse creditur, Cujus posterii Pontificatu rursus exciderunt, Salomonis tempore, per *Abjatharem*. Quo amoto, ad veram stirpem honor iste postliminio rediit, per *Zadocum Eleasaridem*. 1. Reg. 2.

XX. Atque hæc Pontificum constitutio erat. Sacerdotes vulgares quod attinet, ritus inaugurationis eorum multa cum Pontificum initiatione communia habebat: de quibus videri potest Exod. 29. & Lev. 8. Discrimen ferè in his duobus fitum erat: 1. quod omnes & singuli Pontifices, in novi honoris exordio, ungebantur: sacerdotes autem reliqui in primâ consecratione filiorum Aaronis inuncti & consecrati censebantur. 2. quodque Pontifices oleo in capite perfundebantur, Exod. 29: 7. conf. Lev. 8: 12. & 21: 10. Sacerdotes autem oleo, admixto victimarum sanguine, in sacrâ veste leviter tantum adspergebantur. Exod. 29: 7. Lev. 8: 12. & 21: 10. SACERDOTUM vulgariam inauguratione,

XXI. Succedebant autem sacerdoteshi in sacerdotium, natalium jure, prævio tamen senatorum magni confessus examine, si quibus forte familiaræ aut generis mota controversia, vel corporis vitiis morbisque, aliisque modis probrosi, & sacro muneri impares forent. & successio.

XXII. Typica autem erant hæc omnia. *Consecratio* enim Pontificis denotabat Christi Sacerdotis nostri divinam vocationem & initiationem Spiritalis horum significatio.

ad istud munus. *Non enim sibi quis sumit hunc honorem, sed qui vocatur à Deo, ut & Aaron. Sic & Christus non semet ipsum glorificavit, ut fieret Pontifex, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hebr. 5: 4, 5.

*Culus hic
omnis my-
sticus.*

XXIII. Mysticus etiam erat vestium cultus. Singularis enim ejus splendor & dignitas in Pontifice, Christi eminentiam, internumque justitiæ ac sanctitatis ornatum testabatur. Speciatim *Ephod* & *Pectorale*, duodena tribuum nomina Dei quotidie ob oculos exponentia, jugem Christi intercessionem significabant; utpote qui semper in templo Dei degit, *intercedens pro nobis, semperque vivit ad interpellandum pro nobis.* Rom. 8: 34. Hebr. 7: 25. *Pallii* ac *balthei* figuram Esaias explicat cap. 61: 10. *Induit me vestibus salutis, pallio justitiæ amicit me.* & c. 59: 17. *Induit justitiæm tanquam lorica, & induit vestes ultionis amictum, & operuit se tanquam pallio zelo.* & c. 11: 5. *Et erit justitiæ cingulum lumborum ejus, & fides cingulum renum ejus.* h. e. officium mediatorium geret in justitiæ & veritate. Nec abluunt, quæ ad oram pallii dependebant *tintinnabula, & mala punica*; quæ, Christo prædicante ac ministrante, clarum Evangelii sonum, & germinantia Ecclesiæ prata, virtutumque omnium florem ac odorem promittebant. *Lamina aurea, Sanctitas Jehovæ* appellata, consummatissimæ Pontificis nostri sanctitatis signaculum est. Ac sicut Pontifex hoc ornatu Israël Deo conciliare, cultumque ipsorum acceptum reddere, ac rerum sanctarum labem auferre ferebatur, Exod. 38. ita hæ præcipuæ Pontificis nostri partes sunt; qui virtutum nostrarum sordes auferit, nosque ipsos, ac cultum nostrum omnem Deo gratum reddit. *Habentes ergo Pontificem magnum. -- Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. -- Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ.* Hebr. 4: 14, 15, 16. *Spirituales nostræ victimæ acceptæ sunt Deo per Jesum Christum.* 1. Petr. 2: 5.


*Quo my-
sterio im-
pleto, omnis
vestium
sanctitas
desit.*

XXIV. Quo mysterio adimpleto, nunc omnis vestium sanctitas desit. Unde nec Christus, nec Apostoli, in sacris iis usi sunt. Cum omne illud discrimen, juxta cum ciborum ac dierum distinctione, perierit. Ut ex mera superstitione Papa Stephanus A. C. 260. vestitum sacerdotalem in Ecclesiam Nov. T. reduxerit.

*Mysteri-
um un-
ctionis.*

XXV. *Oleum*, divinitatis inhabitationem & Sp. S. dona signabat. *Unxit te Deus oleo lætitiæ supra consortes tuos,* Psal. 45: 8. *Verba Dei loquitur; non enim ex mensura dat Deus Spiritum,* Joh. 3: 34. Nec oleo solum, sed & sanguine proprio, qui est sanguis Nov. Testam. Hebr. 10: 29.

confe





consecratus est. Ut olim Pontifex sanguine sacrificii.

XXVI. Quod autem non primus solum Pontifex, sed & reliqui ejus successores ungerentur, id quidem sacerdotii unitatem significabat, sed simul defectum testabatur; cum Sacerdotes illi non forent perpetui & (nondum quippe peractâ omni expiatione) successores debrent expectare; cum Pontifex noster Sacerdotium possideat ἀνεξίβητον, non transiens, & perfectum, Hebr. 7: 24. Quod denique, præter summum Pontificem, etiam reliqui inferioris ordines Sacerdotes sacrabantur, id spirituale nostrum Sacerdotium, in quod à Christo allecti sumus, adumbrabat: unde & sacræ unctionis, & Spiritus ac sanguinis Christi participes evadimus, stolæque nostras, ut est Apoc. 7: 14. ubi ad sacerdotalem hunc ritum alluditur, in sanguine Agni dealbamus. Cui concinunt dicta Joh. 1: 16. Et ex plenitudine ipsius nos omnes accepimus, & quidem gratiam pro gratiâ. 1. Joh. 2: 27. Unctio, quam accepistis ab eo, in vobis manet. 1. Pet. 2: 5. Estis sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales victimas Deo per Jesum Christum.

XXVII. Ad hanc Pontificis sacerdotumque constitutionem pertinebat, imo ex ea oriebatur, illorum dignitas & sanctitas externa: quæ præcipuè occurrit 1. in corporis animique eorum integritate & dotibus. 2. in matrimonio. 3. in puritate circa mortuos tuendâ.

XXVIII. Elucebat primò Pontificis & Sacerdotum dignitas in corporis animique præstantia, quæ extra omne probrum existere debebat. In quocunque è semine tuo per generationes eorum fuerit corporis vitium, ne accedito ad offerendum cibum Dei sui. Lev. 21: 17. Ac corporis quidem vitia, quæ aliquem altaris ministerio arcebant, Magistri 142. enumerant. Mores quoque à graviori labe puri esse debebant. Quibus omnibus Christi veri Sacerdotis perfectio adumbrabatur, qui est agnus inculpatus & intaminatus. 1. Pet. 1: 19. Post cujus adventum externæ istius impuritatis leges cessant.

XXIX. Secundò apparebat eorum sanctitas in conjugiiis. Cujus leges feruntur Lev. 21. quoad Sacerdotes, v. 7. Mulierem meretricem, aut profanatam, & mulierem repudiatam à viro suo ne accipiunt: nam sanctus est eorum quisque Deo suo. quoad Pontificem, v. 14. Viduam, aut repudiatam, aut profanatam meretricem, istiusmodi ne ducito; sed virginem è populis suis ducito uxorem. Ut Sacerdotibus meretrice, repudiata & profanata; Pontifici præter has viduâ insuper interdiceretur. Magistrorum glorias nunc mittimus.

SANCTI-
TAS Pon-
tificis, &
Sacerdo-
tum ex-
terna,
1. in corpo-
ris animi-
que inte-
gritate &
dotibus.

II. in ma-
trimonio.

XXX. Ideo ne Sacerdotum genus pollueretur, habebant tabulas genealogicas, in quibus parentum nomina, genus &c. recenserentur, ex quibus de natalium puritate constaret. *Isti quaesiverunt quisque scripturam suam, qui suum genus predicabant, sed non inventa sunt: quapropter ut polluti absentia sunt à sacerdotio.* Ezra 2: 62. conf. Neh. 7: 64.

quod my-
sticum
erat.

XXXI. Typica etiam erant hæc omnia, & castos ac puros Ecclesiæ erga Christum amores flagitabant. Non enim ille ab adulterâ ac fornicatrice, quæque à mundo vel Satanâ stuprum passa est, & alienigenæ denupsit, sanctum & castum amorem expectare potest. *Aptavi enim vos, quos uni viro, ut virginem puram sistam,* nempe Christo. 2. Cor. 11: 2.

III. in ab-
stinentiâ à
contactu
mortui

XXXII. Denique commendandæ Pontificis ac Sacerdotis dignitati ac puritati faciebat, quod mortuorum contactu peculiari religione abstinere cogerentur. De quo Lex est Lev. 21: 1, 3, 10, 11, 12. ubi Sacerdotibus luctus in proximorum obitu solum permittitur; Pontifici vero, cum unicus foret, semperque in atrio versari deberet, omnia luctus signa, quocunque in funere, prohibentur; imo ne ad mortui quidem cadaver unquam accedere ipsi conceditur; quia *corona Dei & sacra unctio* supra ipsum erat.

Et signis
luctus.

XXXIII. Duo autem luctus signa speciatim ipsi prohibentur: I. ne caput denudaret, Lev. 21: 10. conf. c. 10: 6. Talmudici, ut & Chaldaeus, aliique, vertunt, *comam capitis sui non nutriat.* II. Ne vestimenta laceraret, Lev. 21: 10.

quæ iidem
typicæ e-
rant.

XXXIV. Quæ rursus typica erant, & Christi, veri Sacerdotis, internam sanctitatem adumbrabant. Qui hac in re veteribus Sacerdotibus fuit major, quod sine pollutionis metu mortuos tangeret, cum solo tactu iis vitam dare posset. Quod in mortem imperium cum penes Veteris Test. sacerdotium non esset, legis istius antistitibus, ne cerimonias contaminarent, mortuis appropinquare interdictum prorsus erat.

XXXV. Ex hisce omnibus magna erat apud Hebræos sacerdotalis ordinis dignitas; ac præfertim Pontificis: cui tanquam sacrorum principi in iis primatus dabatur, quique ista in republ. Regi habebatur proximus, & ab ipso rege colebatur, ac humaniter habebatur. Quæ omnia concludunt ex Lev. 21: 8. *Sanctificabis illum, quia cibum Dei tui ipse offert. Sanctus esto tibi, quia sanctus est. Ego Ichova sum sanctificator vester.* Atque isto exemplo etiam sacrorum antistites etiam in honore haberi jubet Paulus, 1. Tim. 5: 17. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore afficiuntur; maxime qui laborant in sermone & verbo.*

XXXVI. Ita Pontifex & Sacerdotes constituti & ab aliis separati, illaque sanctitate ministerio sacro se dignos præstantes, ritè illud obibat. Quod eorum ministerium ut breviter perlustremus, erat illud partim Pontifici cum sacerdotibus commune, partim hisce vel illi peculiare. Conveniebant Pontifex & reliqui Sacerdotes in hisce.

MINI-
STERIA
Pontifici
& Sacer-
dotibus

XXXVII. 1. Quod utrique sacrificia offerrent, & odora-
mentum adolerent. *Aaron enim & filii ejus adolebant in altari holocausti & in altari suffitus, præter omne opus sancti sanctorum, idque ad expiationem faciendam pro Israël, prout præceperat Moses servus Dei.* 1. Chron. 6:49. conf. Luc. 1:9. *Secundum ritum functionis sacerdotalis sortitus erat munus suffitus faciendi, ingrediendo in templum Domini.* Cæteri quidem Sacerdotes per vices stationesque suas, & facta primum inter sese sortitione: Pontifex autem quoties & quando ipsi libitum esset, absque sortitione; cum ipsi omnia sacra omni tempore obire fas esset.

commu-
nia.

XXXVIII. 2. Quod utrique nomine Dei populo benedicerent: *Alloquere Aharonem & filios ejus, dicendo: sic benedicitote filiis Israël &c.* Num. 6:23. Pontifex quidem sollempnem in modum, in templo, in anniversario sacro, expressa cum nuncupatione sacratissimi nominis, juxta formulam Num. 6:23, 24, 25, 26. cum extra terram sanctam in cognomine solum Dei benedictiones ac preces ecclesiasticas concipere fas esset; nec extra templum sacro Dei nomine facile uterentur. Ordinariam autem benedictionem peragebant etiam sacerdotes gregarii.

XXXIX. 3. Quod utrique pariter de leprâ judicarent. *Homo, quum erit in cute carnis ejus tumor -- aut aliquid vergens ad plagam lepræ, tum adducetur ad Aharonem Sacerdotem, aut ad unum è filiis ejus sacerdotibus.* Lev. 13:2.

XL. Nobile autem imprimis ac primarium Pontificis munus erat, semel quotannis piaculare sacrum offerre, & templi adyta intrare. Quo sollempni die ipse omnia sacra, etiam quæ illius festi propria non erant, solus obibat. *Semel autem tantum singulis annis sacratissimum illum templi recessum, ac numinis veluti sedem ac thalamum, ingressum esse, ex Lev. 16:2. & Hebr. 9:7. constat.*

Primari-
um Ponti-
ficis mu-
nus semel
quotannis
intrare in
sancta san-
ctorum.

XLI. Cum autem periculum foret, ne qua res fortuita illum contaminaret, ac sollempni sacro prohiberet; illud si forte accideret, quotannis sub diem jejunii creabant vicarium; qui, si quam pollutionem sub illud tempus Pontifex contraxisset, vel immundo forte visu per noctem sese inquinasset, ea die rem sacram faceret. Vocabaturque sub primo tem-

VICARIUS
Pontificis.

plō קִשְׁנָה / 2. Reg. 25: 8. Jer. 52: 24. Sub secundo קִשְׁנָה / eratque ordinariò ille, qui dignitate ac successione pontificatui erat proximus.

Sacerdotum ordinariorum, distributorum in varias classes,

XLII. *Sacerdotum ordinariorum* munia quod attinet, distributi illi erant in varias classes, partim à Mose, partim à Davide; qui in 24 ordines eos redegit: quorum sexdecim erant Eleazaridæ, octo Ithamaridæ, 1. Chron. 24. Qui numerus etiam sub secundo templo duravit: quanquam non eadem familiæ semper manserint incolumes, sed novæ quædam post reditum ex Babylone in ordinem istum fuerint adscitæ, Neh. 7: 39. & 10: 1. & 12: 1.

XLIII. Veniebant istæ classes per vices Hierosolyman, singulæque in templo hebdomadem unam facris operabantur. Adeo ut bis in anno ad unumquamque ordo rediret. Unaquæque autem Sacerdotum classis rursus in septem ordines distribuebatur, juxta septem hebdomadæ dies, quibus illi ministrandum foret.


officia specialia.

XLIV. Officia illorum specialia, præter jugis sacrificii aliarumque, seu sollempnium, seu votivarum & spontanearum, victimarum oblationem, erant: quolibet die bis in altari auro suffitum facere. Exod. 30: 7, 8. Lampades in templi atrio instruere, & accendere. Exod. 27: 21. Ignem sacrum curare, ne extingueretur, Lev. 6: 12, 13. Aram emundare, cineresque everrere, Lev. 1: 16. Quolibet Sabbato panes sacros recentibus permutare. Exod. 25: 30. Lev. 24: 6. Prophanos denique impurosque à templi limine arcere. Num. 5: 2. Deut. 23: 10. Præter quod altaris tabernaculique, seu templi ministerium, ad docendum quoque constituti erant, Deut. 17: 9. Ézech. 7: 26. Mal. 2: 7. ut alia eorum munera, quibus in Synedrium cooptati, fungebantur, omittam.


Sacerdotibus cum Levitis commune officium excubare circa templum. Stantes in templo ministrabant Sacerdotes, ac primum boti:

XLV. Præter hæc Sacerdotum cum Levitis commune officium erat, excubare circa templum, dispositis quaquaversum in templi ambitu custodiis, & de nocte vigiliis. Quæ 24 stationum erant, unaquæque autem statio decem rursus hominum; ut universa custodum cohors 240 capitum esset. Quod munus concludebant ex Num. 18: 2, 4.

XLVI. Ministrabant autem in templo Sacerdotes stantes: quod coligebant ex loco Deut. 18: 5. *Eum selegit Jehova Deus tuus ex omnibus tribubus ad perstandum ministrando in nomine Jehovæ* &c. cum nemini in loco sancto sedere fas foret, nisi soli regi; ac primum loti, ex lege Exod. 30: 19, 20. *Ut lavent Aaron & filii ejus ex eo manus suas & pedes suos, quum erunt ingressuri tentorium conventus: lavanto aqua, ut non moriantur* &c. Quod, sub comminatione mortis institutum, stricte adeo servabatur.









batur, ut, si vel antea lavissent, tamen templum ingressuri iterum lavarent.

XLVII. Ex quibus omnibus Sacerdotes, tum quod stantes ac nudis pedibus rem divinam facerent; tum quod tenui lino vestiti erant, quod sæpius de die ponere ac sumere necesse erat, dum identidem lavare vel ministerium mutare opus habebant; tum denique quod solis serè sacrificiorum carnibus vescerentur; frequentibus morbis obnoxii erant.

qui hinc frequentibus obnoxii erant morbis.

XLVIII. Secundum omnia hæc munera, Sacerdotum templo, speciatim secundo, inservientium, hi gradus & hæc genera erant. 1. Erat Pontifex Maximus, Sacerdotum omnium princeps, ac sacrorum veluti Rex. 2. Pontificis Vicarius, *סגן* dignitate, ac plerunque successione, Pontifici proximus; sub cuius imperio reliquæ Sacerdotum familiæ. 3. Sub hoc rursus erant duo, qui eandem operam ipsi præstabant, quam ille Pontifici, *קתיקולין* dicti. 4. Sub his erant septem, *אמרכלין* appellati, qui claves templi asservabant. 5. Qui sub se habebant tres ad minimum, sacro ærario præfectos; qui vocantur *גזברין* seu thesaurarii. 6. Quos sequitur *ראש המשמר* / custodiis templi præpositus. 7. Tum is qui *ראש בית אב* *caput paternæ domus* appellatur. 8. Reliqui autem omnes de Sacerdotum plebe ac vulgo erant; quos Sacerdotes idiotas Hebræi indignant.

Pontificis & Sacerdotum diversis gradus.

XLIX. Præter hosce in super ordines quindécim, specialia enumerantur munera, quorum singula habebant suos præfectos, qui rursus magnam sub sese habebant Sacerdotum turbam: 1. Erat præfectus temporum, qui indicabat tempora sacrificiorum. 2. Portarum templi, qui signum dabat illas aperiendi & claudendi. 3. Custodiarum templi. 4. Cantorum. 5. Instrumentorum musicorum. 6. Sortium jaciendarum super Sacerdotibus, illo die ministraturis. 7. Columbæarum & avium, quæ in templi ambitu vendebantur sacrificare volentibus. 8. Tesserarum, quibus opus erat ut vina acciperentur ad libamina. 9. Vinorum; qui ipsa vina depromebat. 10. Aquarum urbis & templi, quibus ad sacrificia opus erat, ne earum unquam foret defectus. 11. Valetudini Sacerdotum præpositus, seu *ἀρχιάτρης*. 12. Panum propositionis præfectus. 13. Suffimentorum conficiendorum. 14. Velorum & cortinarum templi. 15. Vestium Sacerdotalium.


L. Atque hæc Vet. Testam. hierarchia erat, in qua magnum personarum discrimen, variique gradus ac limites, quibus quemque ad Deum accedere oporteret, observabantur. Quod discrimen sub N. T. sublatum est.


Personarum in hac V. T. hierarchia

magnum discrimen: sublaum sub N.T. est, ubi non est *Judaus nec Græcus, nec servus nec liber, nec mas nec femina*, Gal. 3:28. omnisque illa servitus sub hominibus, omnisque hierarchia ac sacrorum imperium extinctum est: *Et Paulus, & Apollos, & Cephas, & mundus, & vita, & mors, & presentia, & futura, omnia nostra sunt.* 1. Cor. 3: 22. Sicut cultus quoque, qui in Vet. T. pro ratione temporis istius, magna ex parte carnalis & corporeus erat, nunc prorsus spiritualis est, nec tot ambagibus ut ad Deum perveniatur opus est. Cum non adeo difficiles nunc aditus habeat, sed *Spiritus sit, quique adorant eum, in Spiritu & veritate adorare eum oporteat.* Joh. 4:24.

Horum δὲ λωσις spiritualis.


LI. Altius autem hæc spectabant. Et *Pontifex* quidem, in sacro isto ordine eminens, Christum, verum Sacerdotem nostrum, significabat; qui oblato sanguine suo proprio, isto cum libamine in cœlesti sacrario pro nobis comparet. vid. Hebr. 9: 12. *Non per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem intravit semel in sancta, æterna redemptione inventa.* & c. 7: 27. *Non habet quotidie necesse, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis peccatis offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se ipsum offerens.* Quique nullo *Segene* ac vicario indiget; cum ipse *semper vivat, ad interpellandum pro nobis*, Hebr. 7: 25. *Quem* honorem non sine sacrilegio *Pontifex Romanus* rapuit, dum se, modo *Petri*, modo *Christi vicarium* fatetur. Sub *Christo* autem non his vel illis, ut iidem *Pontificii* sibi imaginantur, novum sub *Nov. T. Sacerdotium* demandatum est, sed fideles omnes sub ipso tanquam duce suo descripti, spirituali omnes sacerdotio funguntur; quod *Sacerdotum minorum* turba adumbrabat; ac spirituales hostias Deo offerunt, *facti per Christum Sacerdotes Deo & Patri*, Apoc. 1:6.5:10. ac *ἱερότευμα ἁγίου sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales victimas, acceptas Deo per Jesum Christum.* In quo ministerio, qui alios ad Deum adducunt, ii *peccati* Sacerdotes sunt. *Et adducent (gentes, v. 19.) fratres vestros -- atque etiam accipiam ex illis (gentibus) Sacerdotes & Levitas.* Esai. 66: 20, 21. Sicut ita *Paulus* se dicit *ministrum Christi* esse *ad gentes*, *ἑξερῶν τὰ ἑθνη ἵνα ἁγιάσθωσαν ἵνα προσφέρωσαν ἑαυτοὺς ὡς ἁγία θυσία ἁγία, ut oblatio gentium sit accepta.*





C V P U T I X.

De Levitis & Nethinæis.

I.  Ost Pontificem & Sacerdotes sequuntur Levitæ, Sacerdotibus ad minora in templo opera præstanda in auxilium dati. Quorum videbimus 1. ministerium, 2. ministerii a-
LEVI-
TARUM
 tatem.

II. Levitæ interdum dicuntur omnes qui de tribu Levi erant, quam Deus solam, rejecto universo Israële, tanquam impuro, postquam in vitulo peccasset, ad sacrorum ministerium assumerat, Ezech. 20:26. Speciatim vero illi, qui de tribu Levitica prognati, genus tamen ab Aarone non traxerunt. Qui proprie Levitæ appellantur, & Sacerdotibus, Aaronis posteris, opponuntur.

III. Munus ipsorum erat, Sacerdotibus ministrare, atque inferiora *minis-*
 ministeria in tabernaculo, ac deinde in templo, obire; ubi diversum paulo *rium*,
 eorum munus fuit.

IV. Familiæ Levitarum tres erant, Kahatitæ, Gersonitæ & Meraritæ: *secundum*
 quæ singulæ suos præfectos habebant. Quorum qui dignitate primus *familias*
 erat, universi Levitici generis caput ac princeps, & à Pontifice secundus, *eorum*;
 ejusque successor & hæres erat.

V. Dum tabernaculo, quod erat mobile quoddam templum, inservi- *in deserto*
 rent, illudque in deserto oberraret, ad Kahatitas præcipuæ ac nobiliores
 ministerii ejus partes pertinebant; cum ipsa arca, ac vasa omnia sacra, ipso-
 rum curæ forent tradita, quæ humeris portare, & de loco in locum
 transferre debebant. Gersonitæ tabernaculi vela, aulæa, ac exteriora tegu-
 menta; Meraritæ aseres, columnas reliquamque molem, observabant.
 Num. 4:4, 25, 26, 31, 32.

VI. Tabernaculo deinde in Cananæâ, certâ in fede locato, ac extructo *in terra*
 postea templo, ei Levitæ juxta ordines suos rursus ministrarunt, & vel Sa- *Cananæ*:
 cerdotibus in cædendis victimis, aliisque ministerii partibus inservie-
 runt, vel Cantorum ac Ædituorum munera præstitere.

VII. Distribuerat enim Rex David omne Levitarum genus in tres *juxta ordi-*
 ordines, quorum unusquisque viginti quatuor classes continebat. Qui ad *nes suos*.
 primum ordinem pertinebant, Sacerdotibus in ministerio suo aderant;
 erant-


erantque eodem modo ut illi, in 24 stationes divisi, quæ singulæ per vi-
ces hebdomadam suam in templo explebant; rursusque unaquæque sta-
tio in septem turmas distributa erat, quæ singulis diebus officium face-
ret. Secundi ordinis Levitæ Musicos concentus templi moderabantur, ac
Deum voce organisque laudabant. Tertius ordo adituorum erat, qui &
ipsi in suas familias distributi erant, 1.Chron. 24.& 25.& 26.


VIII. Cum verò magnus eorum esset numerus, etiam extra templum
doctorum in Israël munus gesserunt. *Doceant judicia tua Jacobum, &
Legem Israël: ponant suffium in naso tuo, manus integrum super altari
tuo.* Deut. 33: 10. Qui ideo per Israëlitarum urbes ac tribus dispersi,
opimis redditibus à Deo aucti sunt, ut alacrius ac sine curâ isti rei va-
carent.

*Ætas in
ipsis ad
ministe-
rium re-
quisita.*

IX. Atque ex hac legum peritia, non sacra solum, sed & civilia judi-
cia exercebant, variasque reipubl. partes attingebant. Quod jam à Davi-
dis ac Josophati temporibus usitatum fuit, 1.Chron.26:29. 2.Chron. 19
18. Ac multi quoque ipsorum, una cum Israëlitarum primoribus:
in supremum gentis concilium adscripti fuere.

X. Ætatem, Levitarum ministerio præfixam, quod attinet, in ea qua-
tuor observari debent gradus. 1. ubi mensem à nativitate impleverant, Deo
offerri ac consecrari debebant. *Recenseto filios Levi, secundum domum
majorum suorum, per familias suas: omnes mares a nato uno mense &
deinceps numerato.* Num. 3: 15. coll. v. 40. 2. ubi ad 25 annum perve-
nerant, per manuum impositionem initiabantur. *Quod ad Levitas, à
nato viginti quinque annos & deinceps, venito Levita ad militandum mi-
litiã in ministerio tentorii conventus.* Num. 8: 24. Jamque in templo
adesse, ac ministerio suo defungi ipsis fas erat. 3. Impleto trigesimo
ætatis anno, post *ministerium ministerii ad ministerium oneris*, seu transpor-
tationem tabernaculi admittebantur. Num. 4: 47, 49. 4. Quinquagesi-
mo demum anno rude donabantur. Quod de gravioribus tabernaculi
ministeriis; non vero de observatione *custodiæ* & reliquo ejus cultu ac-
cipiendum est. *Ex quo vero natus fuerit Levita quinquaginta annos, re-
vertetur à militia hujus ministerii, ut non ministeret amplius: attamen
servito fratribus suis obeuntibus militiam in tentorio conventus custodiendo
custodiam, quamvis ministerium ipse non exerceat.* Num. 8: 25, 26.
Atque hæc Levitarum sacra erat *militia*, ut Scriptura appellat, Num. 4:3.
& 8: 25. ad quam per gradus veluti provchebantur; tandemque absolu-
tis stipendiis ac militiæ veteres, quiescere jubebantur. Ad quos gradus
allu-





alludere videtur Apostolus, 1. Tim. 3:13. *Nam qui bene ministraverint, gradum sibi bonum parant, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.*


XI. Ut vero extracto templo paulo diversum fuit ipsorum ministerium, ita in ætate quoque facta tum immutatio. Cum enim non amplius difficili circa tabernaculum labore occuparentur (*Etiam Levitis non est portandum tabernaculum, & ulla instrumenta ejus ad ministerium ejus, 1. Chron. 23:26.*) sub Davidis tempora vigesimo ætatis anno ministerium ingrediebantur. *Nam in actis Davidis posterioribus numerus Levitarum fuit horum, nempe à nato viginti annos & deinceps. 1. Chron. 23:27. coll. 2. Chron. 31:17. & Ezr. 3:8.* Sacerdotibus autem ac Pontifici non eadem ætas præscripta erat, quæ Levitis. Quæ multi perperam confundunt. Illi enim puberes legitimi ministerium obire poterant.

XII. Sicut autem Levitæ Sacerdotibus ministrabant, ita ipsis Levitis NETHI- alii dati sunt, qui viliora ministeria obirent, *Nethinai* appellati, quasi dedi- NÆI. titios aut adscriptitios dicas. Qui primum erant Gibeonitæ, à Josua, cum Cananæam intraret, servati; quibus Davidis ac Salomonis tempore alii ex devictis Cananæis accessere.

XIII. Ac sacra quidem hæc Levitarum militia, tam multiplici opere Levita- circa unum tabernaculum occupata, omnes fideles repræsentabat; qui sub rum my- Christo, summo sacerdote, vario in ordine, ministeriis, donis, Deo mini- stica signi- strant. *Distinctiones donorum, ministeriorum, & actionum sunt: sed idem* ficatio. *Spiritus, idem Dominus, idem Deus, qui operatur ea omnia in omnibus. 1. Cor. 12:4, 5, 6.* Speciatim autem eos repræsentabat, qui fratrum suorum oblationem Deo præparant.

C A P U T X.

De Naziræis & Rechabitis.

I. Æ erant personæ sacræ ordinariæ. Sequuntur extraordinariæ, *Naziræi & Rechabite.*

II. Naziræus נזיר *separatum* notat; peculiari videl. NAZIRÆI sanctitate à reliquis discretum, & certo vitæ generi ac ordini astrictum. Unde נזירי tales dicebantur, munus ac donum, quasi Deo consecrati.

Kkkk

III. Erant

erant, vel
nativi,

vel votivi.

Nazireatus
leges.

Eorum ve-
stes.

An talis
fuerint,
Iosephus
Patriar-
cha?

Samuel?

III. Erant hi vel *nativi*, vel *votivi*. *Nativi* seu Dei iussu, seu parentum oblatione, ante nativitatem eorum facta, tales erant. Ut Simfon. *Nazireans Dei erit puer iste inde ab utero*. Jud. 13:5. Et alii.


IV. *Votivi* proprio voto se ipsos sacraverant, idque ferè ad certum tempus. Quod si expressum non foret, menstruum erat. Quod Judæi suo modo colligunt ex Num. 6:5. *Omnibus diebus voti Nazireatus sui novacula ne transito super caput ejus; usque dum compleantur dies isti, quibus voverit se Jehova Nazireum fore.*

V. Nazireatus autem hæ erant leges, ad humiliationem & abnegationem sui facientes: 1. ut *abstinerent vino*: quod ad ipsas uvarum pelliculas & acinos extendunt; omnique potu inebriante, שכר / qualiscunque ille liquor, ac undecunque expressus fuerit. 2. ut *comam alerent*; tanta quidem religione, ut ne pilum quidem unicum abradere vel evellere fas foret, nisi tempore voti peracto. Quo facto attondebantur, oblatoque sacrificio, votivam cæsariem, tanquam rem sacram, in peculiari templi conclavi concremabant. 3. *Ut ad cadaver mortui non accederent*. Num. 6:3-10. Quod & Pontifici interdictum vidimus, Lev. 21:11. Si vero ex improviso mortui vel morticinii attactu polluerentur, votum redintegrandum & de novo Nazireatus tempus implendum erat.

VI. Quod de veste quæritur, an illa quoque Naziræis peculiaris fuerit? id quidem nullibi legitur. Quod de Johanne Baptista enim adferunt, qui *habebat vestimentum suum è pilis camelinis, & zonam coriaceam circum lumbos suos*, Matth. 3:4. id non Naziræorum, sed Prophetarum, ac præsertim Eliæ, exemplo factum est. Unde Elias describitur *homo pilosus, cingulo pelliceo accinctus lumbos suos*. 2. Reg. 1:8. conf. Zach. 13:5. *Pudescunt Prophetæ, quisque à visione suâ quum prophetabit, & non induent pallium & pilos ad abnegandum*. Matth. 7:15. *Cavete vero vobis à pseudo-prophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces*. Aliquam tamen eorum cum prophetis in vestimonia convenientiam fuisse, forte à vero non plane abludit.

VII. Quærunr pariter, an Iosephus Patriarcha, ac Samuel Propheta Naziræi fuerint? Resp. Priorem, cum lex illa tum nondum lata fuerit, non quidem Naziræum, sed eximium inter fratres, eorumque coronam ac decus fuisse: quod innuitur, cum appellatur יִזְרְיָהוּ Gen. 49:26. & Deut. 33:16. posteriorem autem verè Naziræum ex matris voto fuisse.

1. Sam. 1:11. *Si dabis ancilla tue semen masculum, dabo ipsum Jehova omnibus diebus vite ejus; & novacula non admovebitur capiti ejus.* conf.





conf. v. 22. & 28. Licet appelletur vir נָזִיר *honoratus*, 1. Sam. 9: 6. & in cœtibus ac conviviis hominum conversatus sit, cap. 9: 13, 23, 24. ac Israëlẽm judicasse legatur, 1. Sam. 7: 15, 16, 17. de Pauli voto Act. 18: 18. *Paulus?* & sumtu in Naziræos facto c. 21: 23, 24, 26. aliter statuendum videtur.

VIII. Sed & de Christo Servatore quærunt, an ille Naziræus fuerit? *Chri-*
 Resp. Si externum votum spectes, non fuisse; cum vinum bibisse, & *flus?*
 mortuos tetigisse legatur. Nec Naziræus, à נִזִיר / per Zain; sed Na-
 zareus, à נָזַר / per Tsade, appellatus fuit; quæ vocabula tota ra-
 dice differunt. Fuit autem Naziræus spirituali ac sanctiori modo, cum à *In quo*
 peccatoribus separatus ac sanctissimus fuerit, *Pontifex pius, sine vitio, non*
coinquinatus, separatus a peccatoribus, & altior cœlis factus, Hebr. 7: 26. *Naz: rea-*
 Quæ ejus sanctitas per Naziræorum in V. T. sanctitatem adumbrata fuit. *ius veritas.*
 Cumque illo nos omnes quoque Naziræi, & Deo peculiari religione fa-
 cri, ac à mundo diversi esse debemus. Perverse enim Pontificii partem
 Ecclesiæ tantum sanctam nuncupant; & monacherum suorum vota
 & instituta cum Naziræorum sanctimoniâ comparant. Vota enim utre-
 bique disparia nimium sunt. Et quæ ab adversariis videntur, pleraque
 superstitiosa sunt, nec ullo divino præcepto, quale de veteribus Naziræis
 vidimus, aut exemplo nituntur. Veri autem Naziræatus disciplina est,
 curare per omnem vitam sobrietatem & humilitatem, & incumbere iis
 rebus quæ ad regnum Dei & justitiam ejus adipiscendam faciunt.

IX. *Rechabitas* quod attinet, illi à parente Jonadabo, filio Rechab, *RECHA-*
 hoc institutum acceperant, 1. ut ne vinum biberent 2. nec agros aut vineas *BITÆ.*
 colerent, 3. atque extra oppida sub tuguriis ac paupere tecto degerent.
Et dedi coram iis, qui de domo Rechabitarum erant, calices plenos vino &
pocula: & dixi ad eos, bibite vinum. Et dixerunt: non bibemus vinum.
Nam Jonadab filius Rechab, Pater noster, interdixit nobis dicendo: ne
bibatis vinum, vos & filii vestri in saculum. Et domum ne edificetis; &
semen ne seratis; & vineam ne plantetis, neque habeatis; sed in tento-
riis habitetis omnibus diebus vestris; ut vivatis dies multos super terra, ubi
commoramini. Jer. 35: 5, 6, 7.

X. Quæ peculiaris familiæ istius religio erat, à parente tradita, ut
 filios nepotesque, corruptis istis temporibus, à vitæ hujus deliciis & com-
 modis averteret; & prophetarum oraculis, qui imminentes Judæis cala-
 mitates & exilium canebant, fidem adstrueret; terramque istam, quam
 miseri Judæi adeo deamabant, non tanti æstimandam doceret. Erat
 autem institutum hoc prorsus humanum, nullâ voti religione adstrictum,

sed sola erga parentem reverentia observatum. Unde iidem, majore necessitate, cum hostiles copiae Judæorum agros vastare occiperent, licet forte non prudenter, sine ulla tamen perfidiæ culpâ, in urbem commigrasse leguntur. *Factum autem est, cum ascenderet Nebucadnezar, Rex Babel in terram: & diximus, venite, intremus Hierosolymam propter copias Chaldaeorum & Syrorum. Igitur habitamus Hierosolymis.* Jer. 35:11.

LOCUS VIGESIMUS PRIMUS

DE

ACTIONIBUS SACRIS.

CAPUT XI.

De SACRIFICIIS.

ACTIO-
NES SA-
CRÆ V.
T.

I.



Actenus spectavimus *personas sacras*: sequuntur nunc *actiones sacre*; quæ cum consistenter, vel in *sacrificiis*, vel in *sacramentis*, quæ sub hac periodo fuerunt; hæc autem singulari loco deinceps nobis tractanda sint, de illis nunc agemus.

*Præcipue
erant in
SACRIFI-
CIIS,
eorum
nomina*


II. In sacrificiis videbimus 1. eorum nomen & naturam. 2. Originem ac institutionem. 3. genera, 4. administrationem. 5. usum & significationem. 6. denique abrogationem.

III. Sacrificium Hebr. מנחה & זבח dicitur; Græcis δῶρον & θυσία; quæ conjunguntur Psal. 40: 6. זבח ומנחה *Sacrificio & munere non oblectabaris.* & Hebr. II: 4. *Fide ἀλείψα θυσίαν potius sacrificium Abel præ Caino obtulit Deo; per quod testimonium consecutus est, quod justus esset; restante ἔπι τοῖς δῶροις super donis ejus Deo.* Speciatim מנחה seu δῶρον notat oblationem è frugibus, quæ Deo consecrabantur; זבח autem & θυσία oblationem è pecudibus, seu victimam, quæ macrabatur, fusoque sanguine divinum numen placabat.


& natura.


IV. Erat ergo *sacrificium* oblatio religiosa, qua Sacerdotis ministerio res aliqua Deo sacrabatur, & sollempni ritu destruebatur, in cultus spiritualis symbolum.

V. Dif-









V. Differt autem sacrificium à sacramento, quod in sacrificiis Deo ab hominibus aliquid offeratur; in Sacramentis vero contra Deus favoris sui symbola hominibus porrigat. Quanquam sacrificia ipsa aliqua sui parte etiam sacramento rationem haberent.

VI. Sacrificiorum *Originem* quod attinet, perperam Pontificii ea sub *Origo.* statu innocentiae obtinuisse, jurisque naturalis esse volunt. Quod nulla ratione statuunt. Cum ex naturâ Dei, ac naturæ integræ, iste cultus non fluat: omneque hoc institutum positivum ac ceremoniale juris sit. Unde recte Apostolus, *Deus non habitat in templis manu factis, nec à manibus hominum colitur, θεοδὲ ἐκ νεφέων τινοῦ.* Act. 17: 24, 25. *Nunquid ego ederem carnem bouum, & sanguinem arietum biberem?* Psal. 50: 8-13.

VII. Prima autem eorum mentio post lapsum occurrit. Ac à *Proto-* *Post la-* *plasti* sacrificatum, & primam fœderis gratiæ promissionem sanguine *psum, in* dedicatam, ex *tunicis pellicis*, quibus amicti fuerunt, Gen. 3: 21. quidam *Protopla-* colligunt. conf. Apoc. 3: 18. *Consulo tibi, ut emas à me -- vestimenta stis,* *alba, ut amiciaris, & non fiat manifestum dedecus nuditatis tue.* Atque huc putant respici Lev. 6: 31. 7: 8. *Sacerdos autem, quum offert holocaustum alicujus, pellis holocausti quod obtulerit, illius Sacerdotis esto.*

VIII. Alterum, si non primum, fuit sacrificium *Caini & Habelis*, pri- *eorumque* mi fratrum parisi; quorum alter de frugibus, alter de pecudum grege, ove *filii,* aut vitulo, faciebat. Gen. 4: 2-5.

IX. Tertium memoratur *Noachi*, Gen. 7: 2. & 8: 20. quod sacrum *& sequen-* Deus accipiebat, inque pauxillo isto semine è diluvii aquis supersti- *tibus Pa-* te, novi mundi ac Ecclesiæ, spem faciebat. *Quumque odoratus esset triarchis.* *Jehova odorem illum gratum, dixit Jehova cum animo suo, non iterum maledicturus sum amplius terræ, propter hominem; eo quod signentum cordis hominis sit malum a pueritia ipsius; iterumque non percutiam amplius omnia viventia, quemadmodum feci.* Gen. 8: 21.

X. Quartum fuit *Melchisedechi*, Gen. 14: 18. Qui non panem & vinum, sed pecudem obtulit. *Panem* autem & *vinum* non obtulisse, sed *protulisse* narratur; non ut sacerdos, sed ut Rex, qui Abrahamum, cum victrici manu, ab hoste reducem, epulo excepit.

XI. Quinto sacrificasse legitur *Abrahamus*, Gen. 12: 7, 8. & 22: 13. postque eum *Isaacus*, Gen. 26: 25. & *Jacobus*, Gen. 28: 18. & 35: 3, 7.

XII. In *Ægypto*, sacrificiorum cultu, ut videtur, collapsò, Exod. 5: 1. *Dimitte populum meum, ut festum celebrent mihi in deserto,* coll. c. 8: 26.

sub Israëlitarum exitum institutum fuit *Pascha*; quod tum sacrificium, tum convivium sacrum fuit: *Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est*, 1. Cor. 5:7. conf. Deut. 16:5,6.

XIII. Circa hæc tempora obtulit quoque inter Idumæos, aut Arabes, *Jobus*, c. 1:5. & 42:8. inter Midianitas. *Jethro*, Exod. 2:16. 21. & 18:12. & inter Syros ac Moabitas, *Bileam*, Num. 22. & 23. & 24. Quæ Ecclesiarum olim florentium inter gentes istas erant reliquiæ.

Qui tum fuerint sacerdotes?

XIV. Sacerdotio autem eo usque, avito more, fungebantur familiarum præcipui ac *primogeniti*. Qui sacerdotes illi sunt, quorum mentio occurrit Exod. 19:22. coll. cap. 8:26, 27. 9:13. & 24:5. In quorum locum, ob peccatum in vitulo commissum, rejecta universa gente, tanquam *impura*, Ezech. 20:26. lecti sunt *Levite*, atque institutum fuit *Sacerdotium Aaronicum*. Exod. 40:12, 13. Lev. 8:2.

Institutio sacrificiorum divina fuit.


XV. Atque hæc sacrificiorum fuit origo & antiquitas, mundo tantum non coeva: quæ auctore Deo *instituta* fuisse dubitari non potest; tum quia humano cultu ac superstitiosis ritibus Deum venerari nefas est: *quis enim cognovit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus extitit?* Rom. 11:34. atque utcunque illa *rationem habeant sapientie, in cultu voluntario & submissione animi -- non tamen ullius sunt pretii*. Col. 2:23. tum quia Abel *fide obrulisse*, ac *testimonium accepisse* legitur, *quod Deo placuerit*, Hebr. 11:4. Fides autem solo Dei verbo nititur.


Alia vero eorum ratio fuit ante legem, alia post eam.

XVI. Utcunque autem divina eorum institutio fuerit; multum tamen ea, ante legem & cultum Mosaicum, differabant à sacrificiis sub lege postmodum præscriptis. Ante legem enim illa erant 1. libera, nulli loco, tempori, aut hominum ordini adstricta. 2. nec tanta necessitate, ut sine ea peccatorum expiatio non contingeret, injuncta. 3. nec denique aut jugum tum erant, aut maledictionem præferabant, eamve quotidie ingeminabant, vel cum convitio peccata exprobrabant: sed ad fidelium consolationem potius pertinebant, erantque gratiæ Dei pignora, & *bonæ conscientie ἐπισημασµατα*, 1. Pet. 3:21. quæ veterum spem ac fidem in Messiam confirmabant. *Nam non locutus sum patribus vestris, neque præcepi ipsis, quo die eduxi ipsos ex Ægypto, de iis quæ ad holocaustum, vel sacrificium. Sed verbum hoc præcepi ipsis, dicendo: auscultate voci meæ, & siam vobis Deus, & vos fietis mihi populus, & ambulabate in omni via, quam præcipiam vobis, ut bene sit vobis*. Jer. 7:22, 23.

Sacrificiorum discrimen

XVII. Divisio sacrificiorum, quoad genera ac species, commodissimè ex quadruplici capite desumitur; prout illa variabant, vel 1. materiæ, vel 2. for-





2. formæ ac finis; aut 3. temporis; aut 4. denique personarum ratione.

XVIII. Quod ad *materiam*, ea erant triplicia: nimirum *victima, oblatio* 1. rationes *nes, & libamina*; unde primariæ illorum species erant נֶסֶךְ / מִנְחָה / זֶבַח / *materia*, prout vel pecudes, vel fruges, vel olei ac vini liquores Deo offerebantur. Quorum illæ ad aram mactabantur; istæ sacro ritu templo inferebantur, parq̄ue earum adolebatur; isti autem sacrificiis affundebantur, ac in altari Deo libabantur.

XIX. *Animalia*, quæ offerre fas erat, quinque erant generum, *quorum a-*
1. *vacca* aut *tauri*, sub quibus vituli continentur. 2. *oves*. 3. *capræ* ac hædi. 4. *nimalium*
columbae. 5. *turtures*. Passerum enim genus vix immolabatur. vide Lev. 14. *fuerint?*

XX. Cum autem Deus bestias tantum ac res inanimas sibi offerri ju- non homi-
beret, abominationi erat omnis ἀθρῶπιθυσία: quo piaculo, ac infanda nium.
& crudeli devotione, Satan apud gentes coli voluit; tum ex κακοζήλιæ
sacrificiorum Abrahami ac Jephthæ; tum ut fidem ac expectationem sa-
crificii Christi, quod solum expiatorium est, paulatim eradicaret; san-
guinemque illum, qui Deum placaturus foret, aliorum hominum com-
munionem vilem ac promiscuum faceret.

XXI. Sacrificia ex frugibus dicebantur מִנְחָה / constabantque ex *Oblatio* &
simila; cui affundebatur oleum, addebanturque thuris odores. Unde *frugibus*,
acceptum pugillum, cum universo thure, adolebat Sacerdos Jehovah; reli-
qua ipsi cedebant. Lev. 2:1, 2, 3. propter dona thurea autem mincha *suffi-*
mentum memoriale erat Deo gratissimum.

XXII. Nefas erat donis istis *mel* aut *fermentum* admiscere. Lev. 2:11. *sine melle*
Quod Judæi propter idololatrias factum hariolantur; cumque illi rebus *ac fermentum*
istis ad sacrificia uterentur, Deum contrariis ritibus placari voluisse: A-
postolus vero ad mores refert. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova*
massa, sicut estis fermenti expertes. Etenim Pascha nostrum pro nobis sa-
crificatum est, nimirum Christus. Itaque festum agitemus non fermento
veteri, nec fermento malitiæ & nequitia; sed non fermentatis panibus sincer-
ritatis & veritatis. 1. Cor. 5:7, 8.

XXIII. E contrario omne munus *sale salendum* erat. Lev. 2:13. *sa'e contra*
Quod similem fidei ac sinceritatis imaginem habebat; & sacrificia nostra *salenda.*
rite condienda, & à corruptione custodienda esse docebat: quo Deo pla-
cere, ac ipsi immortalitatis evadere participes possimus. *Sermo vester sem-*
per cum gratiâ sit, sale conditus. Col. 4:6. *Omnis sermo putris ex ore ve-*
stro ne exeat. Eph. 4:29. *Vos estis sal terræ,* Matth. 5:13. Sal enim im-
mortalitatis emblema erat. Unde *foederis salis* in Scripturis appellatio.
Num. 18:19. 2. Chron. 13:5.

*Libami-
na.*

XXIV. *Libamen* ex vino affundebatur holocaustis & sacrificio voti-
vo & spontaneæ oblationis, & infestis; quibus & מנחה / hoc est, munus
dapale, adjugebatur. Exod. 29:40. Num. 15:3, 4, 5.

*x1. ratione
formæ.*

XXV. Ratione formæ ac finis, sacrificia rursus erant triplicia; alia,
holocausta; alia *pro peccato*; alia *pacifica*. Quæ tamen non ita opponerentur, quin in uno
eodemque sacrificio & expiatio & gratiarum actio locum habere posset.

*Hol. cau-
sa.*

XXVI. *Holocausta*, dicebantur, quæ tota igne consumebantur; quale
fuit sacrificium jüge; de quo mox videbimus. Unde etiam עולות dice-
bantur, quia tota in fumum ascendebant. Quanquam autem illa in Dei
gloriam cremarentur, simul tamen peccatorum expiationem repræsen-
tabant.

*Sacrificia
pro pecca-
to.*

XXVII. Sacrificium *pro peccato*, חטאה / ἀμαρτία, illi expiando,
& peccatoribus ad sacrorum communionem reducendis serviebant. A-
giturque de iis Lev. 4:2. Erant autem pleraque pro impuritatibus cere-
monialibus, vel levioribus quibusdam noxis; aut etiam pro gravioribus,
modò non ex superbia, aut elatâ manu facta, sed ex ignorantia seu imbe-
cillitate commissa essent. Num. 15:25. coll. cum Lev. 6:4, 6.


*pro rea-
tâ.*

XXVIII. Cum sacrificio pro peccato conveniebat sacrificium *pro rea-
tâ*, אשם ἀλημέλεια appellatum; quod certa quædam duntaxat pec-
cata procurabat: reliqua verò procurabantur sacrificio ἐιδικῶς חטאת
dicto. De illo videre est Lev. 5:1. & 7:1, 2. Illius hæc peculiaris ratio
erat: quod sacrificii dominus, manu hostiæ imposita, delictum coram Je-
hova, ad templi ostium, fateri; & si in proximum peccasset, de illata in-
juriâ satisfacere deberet. Num. 5:7. *Qui tegit defectiones suas, non
prosperabitur; qui vero fatetur & derelinquit, afficietur misericor-
diâ*, Prov. 28:13. Pauperiores autem offerebant turturum par, aut duos
columbarum pullos, Lev. 5:7. quale beatæ Virginis sacrificium erat; aut,
si nec hisce sufficerent, decimam simillæ, sed sine oleo ac thure, Lev. 5:11,
12. quia, inquit lex, *sacrificium pro peccato est*. Quæ infirmitatis sacrifi-
ciorum istorum accusatio erat.

Pacifica.

XXIX. Sacrificia denique tertii generis, quæ pacifica שלמים appel-
labantur, pleraque libera & voluntaria erant; & erant vel ἐυχαιστικὰ,
pro beneficiis acceptis; vel votiva & ἐυκτικὰ, pro futuris. Eaque in tres
partes dividebantur, quarum prima Deo, altera Sacerdotibus, tertia offe-
rentibus, ad epulum in templi atrii, cedebat. Lev. 3:1. & 7:11.

XXX. Quæ insignis figuratio erat nostræ cum Christi sacrificio com-
munionis; in cujus partem venimus, deque sanctâ ejus carne per fidem epu-
lamur.





lamur. Utque Christi, ita & Christianorum sacrificia, hoc typo exprimuntur: *Rogo itaque vos, fratres, per miserationes Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, placentem Deo, rationalem cultum vestrum.* Rom. 12: 1.

XXXI. Tertia sacrificiorum divisio à temporis circumstantia desumitur. Unde alia erant *stata*, alia *occasionata*. Stata erant, vel *anniversaria*, vel *mensura*, vel *hebdomadalia*, vel *quotidiana*, vel certis denique annorum intervallis recurrebant. *Anniversaria* erant, quæ festis sollemnioribus, Paschatis, Pentecostis, festi tabernaculorum, in novi anni exordio, ac præsertim expiationis die, offerebantur. De quibus omnibus vide Num. 28. *mensura*, noviluniis; *hebdomadalia* Sabbatis peculiariter erant.

III. ratio-
ne tempo-
ris. qua
varia.

XXXII. Maximè autem celebre erat *sacrificium iuge*, תמיד dictum, *Sacrificium* Græcis ἐνδελεχισμός; quia nunquam omittabatur, seu festus, seu profanus foret dies. Constat autem duobus agnis anniculis, quorum alter mane, alter vesperi mactabatur. Quod primo ad montem Sinai institutum, Exod. 29: 38. deinde post diuturnam omissionem, Num. 28: 3, 4. innovatum legitur.

IV. ratio-
ne temp-
oris. qua
varia.

XXXIII. Τὸ μυσικὸν hujus sacrificii erat, mortem Christi, veri agni, qui tollit peccata mundi, Joh. 1: 29. conf. Esai. 53: 6, 7, 12. quotidiana imagine Ecclesiæ ob oculos ponere. Qui eadem quoque horâ, qua Sacerdos agnum in templo mactabat, se ipsum patri obtulit. *Erat autem hora tertia, quando crucifixerunt eum. Et horâ nonâ clamavit Jesus voce magnâ, Eloi, Eloi &c.* Marc. 15: 25, 34.

XXXIV. Quarta divisio sacrificiorum est ratione personarum; dum alia forent pro peccato Pontificis, Lev. 4: 3-12. alia pro aberratione totius cœtus, Lev. 4: 13-21. alia pro principe, v. 22-26. alia pro homine privato, v. 29-35. eoque vel paupere, vel divite, offerebantur. Rursus pro impuris, gonorrhæis, leprosis, quædam peculiariter erant sacrificia. Quibus omnibus accedebant sacrificia & oblationes spontaneæ, Num. 29: 39. & 15: 3. &c.

IV. ratio-
ne perso-
narum.

XXXV. In quibus notandum 1. pro peccatorum gradibus diversa fuisse exacta sacrificia. 2. Ne tamen videretur expiatio per illa peracta fuisse, pro maximis peccatis interdum minima sacrificia imperata, teste Majemonide. 3. Speciatim in sacrificio pro universo cœtu & Pontifice, hæc duo memoranda erant, 1. quod istorum sacrificiorum sanguis in sanctuarium illatus fuerit. Lev. 4: 6-17. & 16: 14. 2. caro autem extra castra cremata sit, Hebr. 13: 11. *Quorum enim animalium sanguis pro pec-*

cato infertur in sancta per Sacerdotem, horum corpora cremantur extra castra. conf. Lev. 4: 12-21. & 6: 30. 16: 27. Quæ sacrificium Christi vividissimè adumbrabant.

XXXVI. Atque ex hisce videmus, quantum fuerit sacrificiorum numerus, & quanta varietas. Quæ à Deo instituta sunt, tum ut multiplici isto ministerio populum exerceret; tum ut variâ adeo imagine Christi plenitudinem, quam una figura capere non poterat, exprimeret; denique ut ipsorum sacrificiorum imperfectionem testaretur, quæ cum singula peccatum expiare non possent, tanto numero offerri, identidemque variari ac iterari debebant. Quæ omnia Christus unico ac digno sacrificio implevit. pariter ac delevit.

Sacrificiorum ADMINISTRATIO
1. ratione sacrificii.
Cujus consideranda perfectio,

XXXVII. Sequitur *quartò* consideranda sacrificiorum administratio: quam videbimus 1. quoad ipsum sacrificium. 2. quoad sacrificantem. 3. quoad circumstantias quasdam.

XXXVIII. In *sacrificio* videnda 1. debita ejus perfectio. 2. ætas. 3. oblatio.

XXXIX. Sacrificiorum integritas & *perfectio* accuratè præscribitur Lev. 22: 22. Num. 29: 8. Requirebat autem Deus victimas adeo puras, omnique labe carentes, tum ad religionis honorem & decus; tum ad Christi, *agni inculpati & incontaminati*, 1. Pet. 1: 19. innocentiam ac sanctitatem testandam; tum denique, ut nos moneret, non vilia, sed pretiosissima quæque, quodque in nobis optimum est, Deo offerendum & consecrandum esse: *Offerentes in altari meo panem pollutum. Et dixistis, qua in re polluimus te? quum offertis cacum ad immolandum; non est malum? -- offer illud, age, præfidi tuo &c.* Mal. 1: 7, 8.

ætas

XL. Quoad *ætatem*, non ante octavum diem agnum, aliamve pecudem offerre fas erat. Lev. 22: 27. Quod & de infantibus, in circumcissione, cautum erat. Cum ante id tempus fœtus, à matre adhuc rubens & mollis, ac partus illuvie squallidus, nondum pro animali perfecto habeatur.

oblatio.

XLI. *Oblatio* ipsa, quo ritè perageretur, hoc ordine, quoad præcipua illius, fiebat: 1. imponebantur victimæ manus, addita peccatorum confessione, seu ab offerente, Lev. 1: 3, 4. seu à Sacerdote, Lev. 16: 21, 22. 2. Inde victima mactabatur & in partes secabatur; quæ vel sex, vel novem erant. 3. Sanguis victimarum excipiebatur crateribus, &, ne concreset, agitabatur. 4. Aspergebantur eo altaris cornua; quodque reliquum erat, ad ejus pedem effundebatur. 5. Holocaustum totum igne consumebatur;

1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1730



batur; ex reliquis autem sacrificiis solum pars aliqua; in pacificis & peccatis viscera & adeps, quod etiam in agno Paschali obtinebat; & in muneribus farina pugillus, cum olei ac thuris libamine. 6. Dumque ardebat victima, Levitæ musico concentu Deum celebrabant; utque propitius sacrificium acciperet, orabant. 7. Avibus autem, quod operosius factum fuisse tradunt Judæi, Sacerdotis pollice discindebatur caput; tum sanguis ad altaris angulum exprimebatur; dein ingluvies auferebatur; tandemque discissis sub alarum recessu carnibus, concremabantur. Lev. 1:14-17.

XLII. *Sacrificantem* quod spectat, eo nomine aut ipse Israëlita, qui ^{i. i. ratione} victimam adferret; aut Sacerdos, ejus nomine rem divinam faciens, intel- ^{sacrificantis;} ligitur.

XLIII. *Israëlita*, qui victimam donumve offerret, ei præfens adesse, ^{Israëlita,} atque eo tempore in atrio sacerdotum versari debebat. Cum vero pro populo faciendum esset, aderant legati universitatis sacrorum causâ, אֲנָשִׁי מַעֲבָדָה viri stationarii appellati.

XLIV. Requirebatur autem in offerentibus, i. animus delictorum conscius ac pœnitens, humilique cultu Deum propitium reddere gestiens. *An delectatur Dominus holocaustis & sacrificiis, ut in eo quod auscultetis voci Domini? Ecce obedire est melius victimâ.* 1. Sam. 15: 22. *Nam pietate delector, & non sacrificio; & agnitione Dei præ holocaustis,* Hof. 6: 6. *Sacrificate sacrificia justitia, & confidite in Domino,* Psal. 4: 6. 2. ac præfertim fides & spes in Messiam venturum, qui unus digno sacrificio genus humanum expiaret. Quomodo Habel laudatur, *quod potius sacrificium præ Caino obtulit Deo, fide,* Hebr. 11: 4. *Habebat enim lex umbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hebr. 10: 1.

XLV. Verum sine *Sacerdote* Deus adiri non poterat; cum ille Dei ^{Sacerdotis:} hominumque interpres hominum nomine apud Deum ageret; sicut Propheta Dei interpres apud homines erat. *Ornis enim Pontifex, qui ex hominibus capitur, pro hominibus constituitur in iis, que apud Deum agenda sunt, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Hebr. 5: 1.

XLVI. Erant autem illi, ut vidimus, olim familiarum præcipui, seu ^{quales ii fuerint?} primogeniti, quorum sacerdotium perduravit usque ad Aaronis filiorumque ejus præfecturam. Post *μοχαλασειαν* enim rejectis reliquarum tribuum primogenitis, solis Aaronidis sacrificare licuit; cæterique sub pœna mortis altari absistere jussi sunt. Num. 3: 5, 6. Quod enim *Josua,* LIII 2 *David,*

David, Salomo, sacrificasse leguntur, qui de sacra Levitarum tribu minimè erant; id non immediatè, sed mediatè ac Sacerdotum operâ factum est.

XLVII. Pontifex sacrificabat, ubi libitum esset: qui tamen sacrificia potius solebat auspicari, reliquasque partes Sacerdotibus inferioribus mandare; qui fortito id munus peragebant. Cedebantque tum illis victimarum partes præcipuæ, Exod. 29:27, 28. Deut. 18: 3.

XLVIII. Cum sacerdote universa ejus familia, exceptis mercenariis, Lev. 22:10, 11. de rebus sacris participabat: hoc solum discrimine, quod sacerdoti soli res sanctissimæ, ex. gr. sacrificiorum carnes; reliquis vero res sanctæ, leves sanctitates dictæ, ex. gr. primitiæ, decimæ &c. cederent. Exod. 29:37. & 30:29. Lev. 23:6: 17, 18, 25. Num. 18:19.

III. ratione circumstantia, loci;

ejusque vel latioris, qui fuit tabernaculum;


XLIX. *Circumstantia* in sacrificiis observanda præcipuè est *locus*, qui vel latius accipitur, ut *tabernaculum* ac *templum*; vel strictius, qui simul oblationis fuit instrumentum, ut *ara*, *ignisque cælestis* super eâ. Non enim sacrificia erant libera, nec temere aram ex cespite erigere ubivis licebat, ut à Patriarchis factitatum ante latam legem; sed, repudiatis locis aliis, præcipuè iis quæ idololatriâ polluta erant, quæ *excelsa* dicebantur, solum tabernaculum ac templum à Deo sacrificiis destinatum fuit. *Quicumque offeret holocaustum, aut aliud sacrificium, ac ad portam tentorii conventus non adducet illud, ut paret illud Jehova; omnino excindetur vir ille à populis suis*, Lev. 17:9. *In loco, quem elegerit Jehova Deus vester, ex omnibus tribubus vestris, ad collocandum nomen suum ibi — eo adducetis holocausta vestra, & sacrificia vestra &c.* Deut. 12: 4, 5, 6, 14, 27. & 16: 2, 5.

cujus v. r. & fuerunt stationes


L. *Locus Tabernaculi* in terra Canaan primo fuit Silo, Jos. 18: 1. ac, Silunte prophanatâ, propter abductam inde arcam in castra Israëuitarum, quæ à Philistæis capta, nec Siluntem postmodum reversa est, 1. Sam. 4: 12. fedequè istâ à Deo spretâ, deinceps Hierosolyma à Deo electa est, ubi postea templum conditum fuit. *Et reprobatum tentorium Josephi, & tribum Ephraim non elegerit. Elegit autem tribum Juda, montem Zionis, quem diligebat.* Psal. 78: 67, 78.

usque ad

LI. Tempore intermedio, desertâ Silunte, & nondum electâ à Deo mansurâ sede ac templo, in locis excelsis, Patriarcharum cultu olim celebribus, sacrificasse fideles, modo idololatria abesset, sine piaculo legitimus, 1. Sam. 7: 6, 8, 9, 16. & 9: 12. & 10: 3, 8. & 16: 2, 3. & 20: 6. & 28, 29. Extructo autem deinceps templo, alibi sacrificari non sine sacrilegio poterat,









rat, etiamsi idololatria abesset. Unde notantur in Scripturis pii cætero-^{exstructum} quin reges, propter celsa non amota: *Excelsa quidem non amota sunt: sed templum: animus Ase fuit integer erga Jehovam, omnibus diebus ejus, 1. Reg. 15: 14. & 22:44. Sed adhuc populus sacrificabant in excelsis, verum tamen Jehova Deo suo. 2. Chron. 33:17.*

LII. Locus sacrificiorum specialior erat *altare*; de quo, cum accuratius acturi simus, ubi de locis sacris, nunc *de igne sacro*, qui super eo erat, & victimas depascebat ac sanctificabat, solum videbimus. vel specia-
lioris, qui
sui alta-
re, in quo

LIII. Igne cœlesti sacrificia consumta fuisse sapius in Scripturis legimus. Ut enim Abelem, Gen. 4:4: ac Noachum, Gen. 8:21. omittamus, Abrahami, Gen. 15:17. Gideonis, Jud. 6:20, 21. Manoæ, Jud. 13:16, 19, 20. Davidis, 1. Chron. 21:26. Eliæ, 1. Reg. 18:32. & seqq. sacrificia eo modo flammata constat. Quo spectatur Psal. 20:4. *Recordetur omnia munera tua; & holocaustum tuum incineret.* Bis autem præcipue ille erupisse legitur, 1. in dedicatione tabernaculi, Lev. 9:23, 24. 2. templi. 2. Chron. 7:1, 2, 3. IGNIS
SACER;
cujus de-
scribitur
historia

LIV. Cæteroquin ordinarius ille ignis, qui in altari diu noctuque excubabat, naturalis potius videtur fuisse, à Sacerdotibus eo allatus, & summa cura custoditus, Lev. 1:7. *Tum componentes filii Aaronis Sacerdotes ignem super altari, struent ligna super ignem illum.* conf. c. 6: 12, 13, 9:20. Quod præceptum de struendo ac conservando igne cum jam habuerint, antequam ignem divinitus descensurum constaret, quod demum factum Lev. 9:24. ordinarium eum ignem fuisse apparet; cui etiam victimarum carnes imponebant; quas tamen subinde simulac huic igni impositæ essent, ab erumpente cœlitus igne consumtas non negamus; quod præsertim in tabernaculi ac templi initiatione factum vidimus.

LV. Erat autem *primo*, ignis ille sacer & cœlestis divini Spiritus sym-<sup>& myste-
rium.</sup> bolum, qui ædem istam incolebat, ibique pervigilem & æternum focum habebat; inque isto sacrificiorum cultu etiam adorabatur. Vide 1. Reg. 18:24. *Ego vero invocabo nomen Jehovæ, eritque Deus ille, qui restabitur igne, ipse Deus.* Esai. 31:9. *Dominus, cui focus est in Zion, & furnus Hierosolymis.* Matth. 3:11. *Qui pone me venit, ipse vos baptisabit Spir. S. & igne.* Act. 2:3. *Et visæ sunt eis dispersitæ lingua instar ignis, qui etiam scâit super unumquemque eorum.* 1. Cor. 6:19. *An ignoratis corpora vestra esse templum Spir. S.?*

LVI. Atque hoc modo *altare dona consecrabat*, Matth. 23: 19. propter ignem videl. hunc sacrum, qui visibile Spiritus S. do-

ni nostra accipientis & consecrantis signum erat.

LVII. *Secundo* loco per ignem hunc divina Christi natura, *aternusque* ille Spiritus, Hebr. 9:14. & immensæ charitatis ardor, juxta Psal. 69:10. *Comedit me zelus domus Domini*, adumbrabantur. Utque victima altari imposita humanam Christi naturam; ita altare, vel ignis potius illi impositus, divinam ejus naturam, per quam semet ipsum obtulit, designabat.

LVIII. *Tertio* nos quod attinet, notabat ille ignis, sedere oportere intra nos sacrum Spiritum, atque in suo cuique consecrandum esse pectore: *An ignoratis corpora vestra esse templum Spir. S.?* 1. Cor. 6:19. ac charitatis illum ignem exardere semper, aternasque flammis volvere debere, juxta Cant. 8:6,7. *Nam invictus est, ut mors, amor; durus, ut orcus, zelus: scintilla ejus sunt scintille ignis. flamma Dei. Aquæ multæ non possunt extinguere amorem, & fluvii non inundabunt illum.* Utque ignis in templo novo pabulo quotidie alebatur, ita nostri officii esse Spiritus, donorumque ejus scintillas perpetuo ἀναζωοποιῶσθαι, & novo flatu identidem animare. 2. Tim. 1:6.

Sacrificio-
rum U-
SUS &
SIGNIFI-
CATIO

LIX. Administrationem sacrificiorum excipit quinto eorum usus & significatio: quæ, præter ea quæ superioribus inspersimus, partim Judæorum, partim nostri respectu, paulo propius consideranda sunt.


LX. *Judeos* quod attinet, non levis error erat, quod putarent victimarum nidore ac sanguine Deum delectari; eumque *carnem boum edere*, ac *arietum sanguinem bibere*, atque alicujus rei nostræ indigere, ut Psalmista eos castigat ac irridet, Psal. 50:3. quodque existimarent, per eas, tanquam veras remissionis causas, accedente confessione & poenitentia, peccata expiari. Cum, ut Apostolus recte urget Hebr. 10. *Per ea potius peccatorum anniversaria fieret commemoratio; cum impossibile sit per vilem hircorum & vitulorum sanguinem peccata auferri.*


cum ratio-
ne ceremoniæ,

LXI. Conferebant vero ipsis sacrificia puritatem duntaxat carnis, Hebr. 9:15. ut in externo cultu Deum adire, ac in sanctuario ipsius versari possent. Quæ externa puritas typica solum erat. *Si enim sanguis taurorum & hircorum, & cinis vaccæ irrorans contaminatos sanctificabat ad carnis munditiem; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum se ipsum obtulit immaculatum Deo, purificabit conscientiam vestram,* Hebr. 9:11,12,13.

cum ratio-
ne mysterii;

LXII. Serviebant igitur præcipuè sacrificia illis, ut altius spectare, & veram ac dignam Deo victimam in tot sacrificiorum sanguine prospicere adfue-





adfuēcerent. Atque hic potissimus eorum usus erat. Cæteri enim, ut-
cunque veri, qui dari possent, minores sacrificiorum usus erant. Præcipuus
autem erat mysticus & significativus, tum *respectu Christi*, tum *respectu*
nostri.

LXIII. Ac *Christi quidem respectu* notabant sacrificia expiationis ab
illo peragendę, cum *necessitatem*, tum *veritatem*. quo nota-
batur

LXIV. Ac de *necessitate* patet. Cum enim in omni sacrificio *peccati*
commemoratio fieret, Hebr. 10:3. ejusque pœna exigetur, in vicario victi-
marum sanguine peccatoris ipsius demeritum ac mors demonstrabatur. 1. sacri-
ficium
Christi,
illiusque
necessitas
Ut quotiescunque Israëlita offerret, sese ipse publice reum scribere, idque
pecudis morte tanquam chirographo signare necesse haberet. *Illud*, sc. sa-
crificium pro peccato, *dederat vobis, ad ferendum iniquitatem hujus cœ-*
tus. Lev. 10:17. *Sanguis is est, qui pro anima expiationem facit*. c. 17: 11.
Chirographum in dogmatis nobis contrarium. Col. 2: 14.

LXV. Ac præterea *veritatem* sacrificii Christi obsignabant; cum & *veritas*;
omnes figurarum istarum lineæ & ductus tam aptè Christi sacrificio
responderent, omni que ejus sacramento ac mysterio exprimendo
servirent; ut non nisi à divinâ manu duci potuerint. Quod cum proli-
xius exequi, omnesque mysteriorum istorum apices scrutari nostri nunc
instituti non sit, ad summa tantum capita digitum intendemus. At-
que ita.

LXVI. 1. *Sacerdos* apud Deum in sanctuario agens, ac pro populo fa- respectu:
sacerdotis
ciens, Christum sponforem, ac causæ nostræ apud Deum susceptorem re-
presentabat. *Tunc dixit, ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam. In*
quâ voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel
factam. Hebr. 10:9, 10. coll. c. 2: 10, 11. & c. 7: 22.

LXVII. 2. *Victimæ* carnis Christi typum gerebant: utque iis à *victimâ*;
Sacerdote imponebantur peccata Israëlitis; quod in piaculari sacro
singulari cum ritu peragebatur, Lev. 16: 21, 22. ita *fecit Deus in*
Christum incurrere peccata omnium nostrum. Efai. 53: 6. Dein adduc-
tio earum ad altare, mactatio, sanguinis effusio, & extorum in arâ
inflammatio, quid nisi passiones Christi, omnesque ejus modos ac formas
figurabant? Præcipuæ tamen in hoc mysterio erant victimæ illæ, qua-
rum sanguis inferebatur in sanctuarium; quæ, cum pro universo coetu
offerrentur, Christi sanguinem *non tantum pro gente*, Joh. 11: 52. sed *pro*
multis ad remissionem peccatorum effusum, Matth. 26: 28. cum quo, ac
per quem ipse etiam in sancta intravit. Hebr. 9: 12. præsignificabant. 3. *Ex-* expiationis
piatio

piatio typica per illa peracta (cum sanguine tum omnia mundarentur, nec nisi effuso eo constaret remissio, Hebr. 9:22.) & suavis odor, quem Deus in holocaustatum fumo ac nidore odorari dicebatur, Lev. 1:9, 13, 17. & 4:31. conf. Gen. 8:21. Christi hostiam acceptam, & fragrantissimi odoris apud Deum fuisse eumque generi humano propitium redditum, testabatur. *Quem proposuit Deus propitiatorum per fidem in sanguine ejus.* Rom. 3:25. Eph. 5:2. Non enim victimarum sanguis Deum placare poterat, Hebr. 10:4, 11. sed nobilior sanguis requirebatur, cujus vis ac dignitas ostendebatur. *Quæ sapientia illa Dei erat in expiandis peccatis, quam in occulto sibi manifestatam prædicat Propheta, Psal. 51:8, 9.*

Et commu-
nionis
cum victi-
ma.


LXVIII. 4. Tandem ut in sacris epulis de victimarum carnibus esitabant, cum sacerdotes, tum in eucharisticis etiam Israëlita offerentes; ita ostendebatur. 1. Sacerdotem esse debere unum cum victimâ, adeoque eam comedere debere, *ad ferendum iniquitatem cœtus*, Lev. 10:17. Quod non nisi in Christo propriè locum habet. 2. Omnes quoque fideles cum victimâ pro se oblata uniri, & de Christi sacrificio participare debere, quasi & ipsi cum eo oblato forent. Quod per fidem in S. Cœnâ potissimum peragitur; ubi audimus nobis dici, hoc est corpus meum, quod pro vobis fractum est, edite &c.


Quæ nunc
major,
quam sub
V. T.

LXIX. Quæ communio sub N. T. eo suavior est, quod, cum in Vet. T. de expiatoriis sacrificiis soli sacerdoti, non autem reliquæ fidelium plebi, comedere liceret, Lev. 6:16-18, 26. & 7:6. Num. 18:9, 10. nunc sub N. T. verâ expiatione peractâ, Christi sacrificio, ut expiatorio ac pro nobis oblato participare, deque ejus carne convivari nobis fas sit.

11. Sacri-
ficia nostra
spiritualia.

LXX. *Nostri respectu* denotabat iste cultus verum & spiritualem cultum. *Sacrificia justitiæ* appellat Propheta, Psal. 4:6. quibus nos ipsos Deo sistimus 1. *in personis nostris*, quas puras sanctasque ipsi soli consecramus, & à mundi stupro incontaminatas conservamus: *Rogo vos, ut exhibeatis corpora, vestra hostiam viventem, sanctam, placentem Deo, rationalem cultum vestrum.* Rom. 12:1. 2. *in precibus & gratiarum actionibus*, quas sacro suffitui Scriptura comparat. *Disponatur oratio mea suffitutus coram te & elevatio manuum mearum munus vespertinum,* Psal. 141:2. illaque verè eucharistica appellat. *Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo, hoc est, fructum labiorum consistentium nomini ejus,* Hebr. 13:15. Hof. 14:3. *Sacrifica Deo confessionem, & solve Altissimo vota tua.* Psal. 50:14. *Qui sacrificat confessionem, honorat me, & ponit viam, quæ faciam ipsum aspiciere salutem Dci,* v. 23. 3. in operibus gratitudinis & bene-





beneficentia. Benigna enim, & charitatis operibus plena manus si tetigerit aram, magis quam sumtuosissima hostia Deum placabit. *Beneficentia & communionis ne obliviscimini.* Talibus enim hostiis colitur Deus, Hebr. 13: 16. 4. denique in sanguinis nostri libamine, quod pretiosius est quam vini oleique liquores, quos vetus Ecclesia libavit. *Ego enim jam labor; & tempus discessus mei instat.* 2. Tim. 4: 6.

LXXI. Atque hinc jam patent tetri Socinianorum errores, qui cum *Socinianorum erro-* Christum solum ac unicum in Ecclesia auditum nomen fuisse negent, per *res.* quod etiam veteres salutem adepti sint; de cultu ipsorum hæc thesaurus tumentur: 1. Sacrificia olim proprie & re ipsa expiassent, & plenam peccatorum condonationem peperissent: contra expressa loca, non solum Novi T. quod sacrificia conscientiam non consummasse, Hebr. 9: 9, 10. *Legemque vivificare non potuisse;* cum peccatum potius exprobraret, testatur: sed ipse quoque Veteris T. cum cultus ille maximè floureret. *Sacrificio & munere non oblectabaris -- holocaustum & peccatum non voluisti,* Psal. 40: 7. *Non delectaris sacrificio, alius darem. Holocaustum non accipis.* Psal. 51: 18. *Ne pergatis offerre munus temerarium. Suffitus abominationis id est mihi.* Esai. 1: 13. *Qui jugulat taurum, percussit virum; qui sacrificat parvam pecudem, decervicat canem; qui adolet munus, sanguinem porci; qui facit fragrare thus, benedicit vanitati.* c. 66: 1-4.

LXXII. 2. Atque hinc illa Christum non respexisse, neque ejus typos fuisse; saltem non illa, quæ ante legem oblata fuere. Post legem autem ad summum sacrificium anniversarium, cujus sanguis in adyto offerebatur, tenui umbrâ ipsum signasse. Cum tamen Habelis sacrificium diu ante legem Christi sanguinem adumbraverit. vide Gen. 4: 8. coll. Hebr. 11: 4. & Eph. 5: 2. & in genere omnia Veteris Testamenti sacrificia umbræ & imagines rerum cœlestium appellantur. *Quæ sunt umbræ rerum futurarum, at corpus est Christi.* Col. 2: 17. *Umbram habuit lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hebr. 10: 1. *Qui sacerdotes figura & umbræ deserviunt cœlestium.* Hebr. 8: 5.

LXXIII. 3. Imo nec analogiam esse inter sacrificia illa ac Christum. Cum in sacrificiis nulla fuerit propria satisfactio: nec illa pro homine supponi potuerint, quandoquidem inter illa & hominem nulla reperitur proportio; nec denique pœnæ proprie subjici debuerint, cujus non erant capacia. Unde illa ferè pro ignorantibus ac peccatis levioribus instituta esse, non autem pro noxa aliqua graviore. Ad quæ Resp. analogiam constare, cum in illis fuerit expiatio typica, Lev. 1: 4. 4: 26. & 17: 11. Atque hoc pa-


cto pro homine supponi potuisse, non per se, sed quod dignioris hostiæ typi ac umbræ essent. Quo etiam pertinet, quod non pro omnibus peccatis, sed pro levioribus offerrentur: umbræ enim tenuitas ac imperfectio ostendi debebat. Quanquam ignorantiarum & ἀγνομάτων nomine Apostolus etiam graviora peccata comprehendat. Hebr. 9: 7. & 7: 26. Gravia enim quoque peccata expiata constat, Lev. 5: 19. *Reatus est, omnino se reum fecit Jehova.* Ut per omnia constet analogia.


Sacrificiorum AB-ROGATIO. qua probatur; facienda,

LXXIV. Hic cum sacrificiorum fuerit usus & hæc significatio, ultro patet ea aliquando abroganda fuisse. Quod nunc quoque probandum est.

LXXV. Nec difficilis probatio est, si ipsam sacrificiorum rationem spectemus; non enim illa ex sese bona erant, nec cultus ille rationalis, ac se ipso Deo placens, eoque decorus aut dignus erat. Quid enim pecudum cruor, & quotidiana illa animantium in templo laniena, & fumantium carniū nidor, egregii ac sancti habet, ut Deus de cælo illa aspectare, istisque veluti dapibus pasci vellet? Non enim in eo imaginis Dei, ac sanctitatis ejus, qua solâ Deo placemus, expressio ac imitatio erat. Ut, nisi altius hæc spectaverint, ipsi ingrata potius quam jucunda hæc sacra fuerint. Saltem nihil in iis erat, quod perennia ea esse juberet, & meliori olim cultu permutari vetaret. Unde Dei fastidium sæpe legimus. *An deletatur Jehova holocaustis & sacrificiis, ut quum auscultatur voci Jehovæ? Ecce, auscultare est melius sacrificio, attendere, adipe arietum,* 1. Sam. 15: 22. *Quo mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? ait Jehovah. Satur sum holocaustis arietum, & adipe pinguium &c.* Esai. 1: 11. *Non locutus sum cum patribus vestris, neque precepi ipsis, quo die eduxi ipsos ex Ægypto, de iis quæ ad holocaustum vel sacrificium.* Jer. 7: 22.

LXXVI. 2. Et non solum ex se è non bona, sed & expiationi peragenda, quæ sola in iis spectari poterat, per sese inidonea erant. Unde perpetua esse ne quidem poterant. Quod argumentum Apostolus totâ ferè ad Hebræos epistola potissimum urget; ubi cultus istius abrogationem ex infirmitate ac imperfectione illius ostendit; idque duplici modo, tum Sacerdotum, tum victimarum respectu. *Sacerdotes enim expiationi peragenda & impares erant, nudi quippe homines, iique mortales,* Hebr. 7: 23. & *indigni,* quippe & ipsi peccatores ac polluti, Hebr. 5: 3. coll. 7: 27, 28. *Victime autem erant irrationales, quarum sanguis vilis nimis erat, quam ut conscientiam purgaret.* Unde eas quotidie repeti necesse erat, quod prioribus sacrificiis nondum plenè litatum esset. Hebr. 10: 1. Quibus imperfectionibus, quæ universum illud sacerdotium inutile faciebant, & dignior.





dignior sacerdos & nobilior victima opponitur, in Christi sacerdotio & sanguine exhibenda. Ut Apostolus latè in epistolâ illa differit.

LXXVII. 3. Unde, cum Christus veniret, cujus sacerdotio figurando omnis ille apparatus serviebat, ultro illum, velut expleto ministerio suo, cessare ac evanescere debuisse patet. Eodem modo uti nocturnæ umbræ, ac faces, ipseque auroræ splendor, jam sole infuso, jam rebus luce retectis, paulatim discedunt.

LXXVIII. 4. Quod & prædictum erat. Per Messiam enim abroganda sacrificia Prophetæ cecinerant. *Quid dilecto meo in domo meâ? facere illud, scelus illud, multos illos? etiam carnes sanctæ transibunt à te,* Jer. 11: 15. *Dimidio septimana faciet cessare sacrificium & donum.* Dan. 9: 27. *Illo die erunt olle in domo Jehovæ ut pelves aspersorie coram altari: & erit omnis olla in Hierosol. & in Judâ sanctum Jehovæ Deo exercituum: & venient omnes sacrificantes, & capient ex illis, & coquent in eis.* Zach. 14: 20, 21.

LXXIX. 5. Tandemque re ipsa factum est. Cujus rei gradus quidam *facta*; per notari possunt, tum in abrogatione illorum quoad jus, tum quoad *gradus* factum.

LXXX. Non autem abrogatio hæc facta fuit vivente Christo. Nativitatem enim ejus, virginisque partum ex lege sacrificio procuratum ac consecratum legimus. Luc. 2: 22. Cumque jam Euangelium prædicaretur, tamen sacrificare jussit, Matth. 8: 4. quoque animo id fieri deberet docuit, Matth. 5: 23, 24. conf. 23: 28, 30.

LXXXI. De jure vero illa primum abrogata sunt in morte Christi, per *de jurēs* quam *deletum* est reatus nostri *chirographum*, Col. 2: 14. & *coercitâ* defectione, *consummatis* peccatis, ac *expiata* pravitate, *justitia aeterna* adducta, & *visio* ac *prophetia* ob signata, *sanctumque* sanctorum *innunctum* est, Dan. 9: 24. Quod ostendebat prodigium in templo editum, rupto velo, quod sanctiorem templi partem à priori atrio dividebat, Matt. 27: 51. Sequēbatur Spir. S. effusio super gentiles non circumcisos, sed baptismo solo ablutos in Cornelio, Act. 10: 44.

LXXXII. A quo tempore, usque ad templi excidium, quanquam sacrificiorum usus adhuc toleraretur; tamen *vicina* erant *aboliitioni*. Hebr. 8: 13. Unde Apostoli non solum *gentibus* ea imponi nolebant, Act. 21: 25. *De iis autem, qui ex gentibus sunt, decrevimus ne quid hujusmodi observent;* quo Pauli ad Galatas & Colossenses epistolæ spectant: sed & peculiari epistolâ *Hebrai* monebantur, *consensisse* jam ritus illos; exeundum terrestri

Hierosolyma, & templo, ac sacerdotio; alium sanguinem, alium sacerdotem venisse; quarendam non externam istam hæreditatem, ac terram, sed civitatem permanentem; ac non pecudum amplius, sed laudum hostias offerendas esse; nec tantâ in re cunctandum, sed amorem istius terræ ac templi tanquam onus abjiciendum; Christoque alacriter extra portas occurrendum &c. Hebr. 10, 11, 12, 13. capp.

ipso facto.


LXXXIII. Sequuta est tandem, dum homines cunctantur, ac ad sacrum istum clivum respectare non desinunt, abrogatio sacrificiorum ipso facto à Deo peracta, deletio templo, quæ unica sacrorum istorum officina erat, atque eadem opera omni ejus apparatu ac cultu extincto; juxta prophetiam Dan. 9:26. *Et urbem, & sanctum corruptet populus principis advena, & finis ejus erit cum exundatione.* Post quod tempus sacrificia offerre velle letalis religionis noxa, & novæ Ecclesiæ venenum fuit, Gal. 5:2, 4. Hebr. 10:17, 18. cum, qui sacrificio se pollueret, & sanguinis istius reus, & coram Deo homicida ac idololatra censeretur, juxta Jes. 66:1, 3. *Quis locus requies mea? Qui jugulat taurum, percussit virum; qui sacrificat parvam pecudem, decervicat canem &c.*

Vi male inflauntur; à Judæis


LXXXIV. Ut hinc pateat misera illorum conditio: qui, cum nec aram, nec templum habeant, nec Sacerdotum familiam; nec sacrificiorum leges ac ritus ipsi amplius pernorint, tamen, non obstantibus hisce omnibus, invito veluti Deo, qui non verbis, sed factis, cultum istum populum suum dedocere voluit, eundem tamen, si non opere, saltem animo & affectu retinent; ac identidem ad templi molem suspirant, & restaurandum olim cum omnibus sacris suis vaticinantur.


et Pontificii.

LXXXV. Nec minor est Pontificiorum labes; qui, *legem ac tempora mutant*, Dan. 7:25. sacerdotium, altaria, victimam denique expiatoriam in Nov. T. reduxerunt. Cum nulla nunc sit commemoratio peccati, sed folius mortis Christi recordatio, quam cum gratiarum actione Ecclesia quotidie recolit.










LOCUS VIGESIMUS SECUNDUS

CAPUT XII.

De REBUS SACRIS.

I.  Equuntur tertio loco *res sacrae*; inter quas primo loco occurrunt *primitia & decima*, aliique reditus sacri.

PRIMITIAE:

II. *Primitias* quod attinet, illæ variarum rerum erant, ac variis gradibus persolvebantur. Et de *frugibus* quidem hoc ordine offerebantur: 1. recentium *spicarum manipulum* postriedie Sabbati *Paschatis*, aut primo septimanæ die offerebant, Lev. 23: 4-10. conf. c. 2: 14. absque quo messem auspicari nefaserat. 2. Dein, in ejus feliciter consummata signum, ea finita *duos panes* ex novis frugibus confectos Pentecostis die offerebant. Lev. 23: 17. Num. 28: 26. Quos, ut & *spicarum manipulum* coram Deo ad quaternos mundi angulos sacro ritu moveri debuisse, licet parum certò, volunt. Unde תנופות vocantur. 3. Quibus eodem tempore collyram, sive placentam, novæ massæ ἀπαρχήν, addebant. Num. 15: 20, 21. conf. Neh. 10: 37. & Rom. 11: 16. *Quod si ἀπαρχήν delibatio sancta est*, καὶ τὸ φῦραμα ἢ *massa*. 4. Præcipua autem erat oblatio primitiarum *area*, quas, simulac maturuissent fruges, ad templum deferre mos erat. Atque hæc propriè appellabantur primitiæ.

III. Ubi perperam Talmudici distinguunt inter בכורים & תרומה גדולה: quorum illa de septem fructibus terræ Canaan, Deut. 8: 8. hæc de omnibus esculentis, usque ad hortorum sata, oblata ajunt; illa, cum seges adhuc in agris foret; hæc, fructibus jam purgatis, de area, deque torculari, ac lacu desumpta: utque illa ex omnibus civitatibus Hierosolymam sollempni ritu delata volunt, quo alludi putant Esai. 30: 29. ita Terumam in singulis civitatibus separatam dicunt.

IV. Quæ multipliciter peccant: cum divina lex nunquam primitias ad septem illos fructus determinet, sed simpliciter dicat: *Primitia omnium, quæ fuerint in terra illorum, quas attulerint Jehova, sunt in ea*, Num. 18: 13. Et distinctè tantum *frumenti, olei, vini & tonsuræ* ovium mentionem faciat, Num. 18: 12. Deut. 18: 4. Nec de segete aliud quam manipulus ille *spicarum* offerendus fuit. Denique omnes primitiæ ad templum adferendæ erant, sollempni cum confessione, quæ præcipitur

Deut. 26. ut malè Terumam in urbibus perfolutam velint.

V. Offerebant autem eas de omnibus fructibus terræ; ac religiofores ipsa etiam olera & hortorum herbas in eum censum vocabant. Quo respicitur Matth. 23: 23. *Vae vobis, scribæ & Pharisei, qui decimatis mentham, & anethum, & cuminum; & omittitis graviora legis.*

VI. Hæ erant primitiæ terræ: præter quos indictæ erant etiam aliæ; ut *arborum, lanæ, pecudum, hominum*, primitiæ.

arborum, VII. *Arborum* frugiferarum hæc ratio erat, quod, juxta legem, tribus annis fructus earum impuri & lege vetiti; quarto facti; quinto demum permiffi essent, ac colono cederent. Lev. 19: 23; 24.

tonsurarum, VIII. Sequuntur tertio *tonsurarum* primitiæ; juxta quas prima ovium lanugo, cum primum attonderentur; vel, ut alii, de singulis tonsuris quotannis portio quædam Sacerdotibus cedebat. *Ne tondeto primogenitum ovium tuarum*, Deut. 15: 19. *Primitias velleris ovium tuarum ei dato*, sacerdoti scilicet, c. 18: 4.


pecudum IX. Quartò *pecudum* primogenita Deo sacrabantur; & de mundis quidem ea, quæ nobilioris sexus erant, ad templum deduci & immolari debebant, Exod. 13: 2. Deut. 15: 19, 20. immundæ autem quæ erant, ove aut hædo permutari, aut præcisa cervice intra 30 diem necari debebant, Exod. 13: 13.


et hominum. X. Quintò *hominum* primogeniti siclis argenteis sanctuarii quinque redimendi erant, Num. 18: 15, 16.

DECI-
MÆ: XI. Primitias sequuntur *decimæ*; quæ tum de terræ *fructibus*, tum de *animalibus* solvebantur.

fructuum terræ XII. *Fructuum* omnium, quorum primitias offerebant, etiam decimam solvebant, Deut. 14: 22.

XIII. Cujus offerendæ hæc erat ratio. 1. Finita messe, cum primitiæ in templo oblatae, frugesque consecratae forent, ex universa copia, in singulis urbibus, decima pars solvebatur Levitis. Lev. 27: 30. Num. 18: 21. Neh. 10: 37. Quæ appellabatur *decima prima*. 2. Ex hisce decimis Levitæ rursus decimam partem separare tenebantur, quam Hierosolymis Sacerdotibus perfolverunt. Num. 18: 26. & seqq. Quæ *decima de decimis* vocabatur, Neh. 10: 38. & universi proventus erat centesima. Peracta prima decimatione reliquam messem, secundo edecumatam, hæcque *secundas* decimas dictas, plurimi Judæorum Christianorumque volunt, juxta Tob. 1: 7. ex quibus convivium sacrum in templo instruetum sit, & Levitis, peregrinis, orphanis, ac viduis suæ partes datæ.
Deut.





Deut. 14:22-26. Sed convivium illud non instituebatur ex secundis decimis, verum ex primis; quas ubi Levitæ exhibebat colonus, convivium sacrum, ex parte illarum, ad domum Dei adducta, Deut. 12: 17, 18. 14: 22, 23. 2. Chron. 31: 5, 6, 11, 12. ipsi liberisque ejus parabatur coram facie Jehovæ. Ut secundas decimas hunc in finem fingere non sit opus. 3. Tertio autem anno, initio ab anno Sabbatico facta, Deut. 26: 12. cedebat decima hæc pauperibus, Deut. 14: 28, 29. Quam *tertiam decimam* quidam appellant, ex Tob. 1: 8. Perfolutis autem decimis anno videl. unoquoque tertio, quo orbe decimationes absoluebantur, pulcherrimam confessionem coram Domino edebant, quæ occurrit Deut. 26:12. *Tunc dices coram Jehova Deo tuo, sustuli quod sanctum est à meà domo; etiamque illud dedi Levitæ, & peregrino, pupillo, & viduæ — non sum digressus a mandatis tuis &c. Prospice ex habitaculo sanctitatis tuæ, à cælis; & benedic populo tuo Israël &c.*

XIV. Similiter *animalium* decimas solvebant, sed mundorum tantum, *& animalium.* ut boum, ovium, caprarum &c. Quæ decimatio quotannis peragebatur, de grege illo anno nato; decimum autem Deo sacrum erat, videl. in sacrificium, cujus magna pars cedebat Levitis. Atque hoc primitiarum & decimarum proventu ditati Sacerdotes & Levitæ partem fructuum ferme sextam, juxta Scaligerum & Amamam; juxta Schikardum, quintam possidebant.

XV. Præter hosce primitiarum ac decimarum reditus accedebant præterea Sacerdotibus res quæcunque Deo *vota*, aut simpliciter *devota*; de quibus est Lev. 27:28.

XVI. Rerum Deo *votarum* ac consecratarum hoc jus erat: 1. quod homo, æstimatione à Sacerdote facta, redimi poterat. 2. animal autem mundum necessario offerri debuerit. 3. immundum autem itidem redimi potuerit; sed quinta pretii parte in summam addita. Lev. 27:26, 27.

XVII. Res autem simpliciter *devota*, quæ כֶּרֶם appellantur, quia additis diris ac execrationibus omni eorum usu interdicebatur, nullo modo redimi poterant; sed, si vivæ forent, occidi; quod ad ipsos quoque homines extenditur, Lev. 27:28, 29. Si vitæ expertes essent, destrui debebant, Deut. 2:34. 7:26. 13:15, 16, 17. Jos. 6:21, 24. 1. Sam. 15:15.

XVIII. Jusserat præterea Deus *censum* iniri universi populi, ipsorumque Levitarum, à nato 20 annos usque ad 50; & in capitationis pretium dimidium siclum perfolvi, Exod. 30:12. & seqq. Quæ capitatio, ex lege, in singulos mares, quando ex ephelis excesserant, semel tantum usurpanda;

panda; deinde à Judæis in legem verſa, quotannis ſummo cum rigore peracta eſt.

*Urbes Le-
vitarum.*


XIX. His omnibus accedebant 48 Levitarum *urbes*, cum agro ſuburbano, quod 3000 cubitos quaquaverſum patebat; paſcendo Levitarum pecori, agrifque ac vineis colendis, Num. 35: 4, 5. Ex quibus ſex erant urbes refugii *בְּרִפְיָהוּ* / Joſ. 20: 2, 7, 8. Tredecim autem cedebant Sacerdotibus. Inque omnibus illis ſcholæ & Academiolæ quædam erant, divinæ legi ac institutionibus patriis tradendis.

XX. Quæ omnia prolixam Dei in Sacerdotes ac Levitas liberalitatem teſtabantur. Quibus, cum partem ſuam in terræ *ἀλλοτρίαν* non haberent, non parcè Deus aliunde ex hiſce providerat. *Dixit Jehova Aaroni, in terrâ illorum ne habeto poſſeſſionem -- ego ſum pars tua, & poſſeſſio tua inter filios Iſraëlis. Filiis autem Levi ecce do omnes decimas &c.* Num. 18: 20, 21.

*Mystica
horum ſi-
gnificatio.*

XXI. Quanquam hæc altius quoque ſpectarent. 1. Cum enim Deus ex cunctis terræ proventibus partem ſuam caperet, illud terram illam univerſam Deo ſacram eſſe teſtabatur; nec ipſos Iſraëlitæ aliter quam Dei colonos eſſe; qui meſſem & aream non niſi auſpicato exercerent, & pecudum hominumque prima quæque Deo ſacrare deberent; nec terræ fructibus, niſi à Deo prælibatis ac præguſtatis, uti fas habebant. 2. Cum in primogenitis univerſa gens ſacraretur, docebat id, eos humani generis veluti primogenituram poſſidere, interque gentes omnes ſanctas Deo primitiæ & genus electum eſſe: *Sanctuarium Iſrael Jehova, primitiæ proventus ejus: omnes comedentes eum rei ſunt*, Jer. 2: 3. 3. Quæ & fidelium omnium dignitas eſt; qui, à ſæculo ſeparati, univerſæ iſtius mæſſæ ſilos delibatus, ac medulla, hominumque omnium apud Deum primi ſunt. *Hi emti ſunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno.* Apoc. 14: 4. Præcipue autem hac imagine Chriſti domini noſtri primogenitura deſignabatur, per quam fideles omnes ſanctificati, atque univerſa Dei familia conſecrata eſt. Ut olim primogeniti, Deo oblati, totam porro fratrum familiam ſanctificabant. *Qui ſanctificat & ſanctificantur, ex uno omnes. propter quam cauſam non eum pudet fratres eos vocare.* Hebr. 2: 11.

XXII. Similiter *decimæ* quid aliud erant quam tributum annuum, quod populus Deo penſitabat, ut terræ quam incolerent ſummo domino? 2. Cumque illæ à Leviis colligerentur: *Qui mandatum habebant decimandi populum ſecundum legem*, Hebr. 7: 4. conf. Num. 18: 20. quibus illud veluti ſtipendium pro ſacrâ templi militiâ debebatur; oſtendit hoc



hoc, Euangelii ministris etiam mercedes suas deberi: & quamquam decimas divini juris non statuamus, cum Pontificiis aliisque, non tamen parcè aut malignè suppeditanda iis necessaria. 3. Cumque decimæ universam massam sanctificarent, eo Christus, à quo omnis Ecclesiæ sanctitas ac decus, rursus figurabatur. 4. Et cum Christo fideles omnes, qui, è mundo edecumati, universæ istius massæ flos ac libamen sunt; atque, ut decimæ inter fructus, pari modo Deo sacri esse debent; ipsasque denique fructuum ac operum suorum decimas Deo persolvere. *Fructus autem Spiritus est charitas, letitia, pax &c.* Gal. 5: 22. *Beneficentia & communionis ne obliviscimini.* *Talibus enim hostiis colitur Deus,* Hebr. 13: 16.


LOCUS VIGESIMUS TERTIUS

D E

L O C I S S A C R I S.

C A P U T X I I I.

De Tabernaculo Mosi.

I.  Equuntur quartò *loca sacra*. Qualia fuere 1. Tabernaculum Mosi. 2. Templum, cum Salomonis, tum Zorobabelis. 3. Synagogæ. 4. Hierosolyma. 5. denique tota terra Israëlis.

II. Tabernaculi structuram pluribus capitibus exequitur Moses, TABER-
Exod. 25. & seqq. cum totius universi conditum unico, eoque brevi, NACU-
capite absolvat. Appellatur autem, & *tabernaculum*, & *tentorium con-* LUM.
ventus; quia populus eo coibat, tum ad cultum publicum, tum ad Deum
per Mosè consulendum, Exod. 25: 22. Quæ antea in Mosi tabernacu-
lo, vel alio peculiari loco peragebantur. Exod. 33: 7.

III. *Architectus* ejus fuit Deus, cujus jussu adornatum, & juxta *Ejus Ar-*
formam, ab ipso in monte ostensam, extructum fuit. Exod. 25: 40. *chitectus.*
catis ad id opus, ac divinitus instructis *Besaleèle & Aholiabo*, Exod. 31: 2,
3. & 35: 30, 31. Quod non leviter mirandum, in isto exulum agmine, qui

N n n n

tam

tam diu non nisi fervilibus ministeriis exerciti, recensque ex Ægyptiorum ergastulo educti erant, repertos fuisse homines, qui tantæ artis opus, Dei ædem ac templum, quod una-cum Israëlitis desertum perambulare, tam brevi spatio absolvere potuerint.

Structura. IV. Strui enim ceptum est mense *Tisri*, seu Septembri, anno primo exitus; ac sequenti Martio, seu secundi anni mense primo, intra sex menses non totos, perfectum est, Exod. 40: 1, 2.


Materix. V. Materia ejus erat aurum, argentum, æs, serici ac lanarum fila, hyacinthina, & purpura ac cocco tincta, linum xylinum, caprarum pili, arietum ac melium (ut vulgo vox תחשים accipitur) vellera, ac denique cedrorum ligna, Exod. 35: 5-9.

Forma. VI. Ut autem formam ac præcipuas partes ejus lustremus; longitudo erat cubitorum 30, latitudo duodecim, & altitudo decem comprehendebat. Latera ejus tria 48 cedrinis tabulis in altum porrectis constabant; quæ singulæ duobus stylobatis innitebantur, & lignis transversis conjungebantur. Ad orientem anteriora spectabant, ibique aditus quinque columnarum ordine aperiebatur: sanctuarium autem sub occidentem recedebat. Intus totum pretiosis aulæis obvelatum erat, quæ ex pretiosissimo lino confectæ, & Cherubinorum formis pictæ, interiorem tabernaculi ambitum incingebant. Exterius autem triplici velo contextum erat, quorum primum è caprarum pilis, secundum ex arietum, tertium ex melium pellibus confectum erat; quæ contra aris injurias portatile hoc templum tuerentur. vide Exod. 26.

Ambitus. VII. Undique ambiebatur *atrio*, sive porticu, quo populus ad cultum quotidie conveniebat; quæ 100 cubitos longa, 50 lata, & 5 alta erat; ac in circuitu dispositas habebat 56. columnas, quæ tapetes & pretiosa vela sustinerent. Ad orientem ingressus erat, quam quatuor columnæ præbebant; quæ oppanso velo aperiebantur & claudiebantur. Ab istaque parte atrii, antequam ad tabernaculi ostium veniretur, spatium 50 cubitorum erat; cæteris partibus 20 tantum cubitorum interstitium erat. Exod. 25.

Partes. VIII. Duo autem tabernaculi erant thalami, sive cellæ. Quorum primum *Sanctum*, alterum *Sanctum Sanctorum* appellabatur. Sanctum 20 cubitos longum, & decem altum latumque erat; atque in illo Sacerdotum stationes quotidie versabantur. Sanctum Sanctorum, interius ad occidentem situm, decem undiquaque cubitos implebat.

Vela. IX. *Vela*, præter aulæa & tapetes, terna erant. Primum, ad ingressum atrii,



atrii; ad quatuor columnas appensum erat, Exod. 27: 16. Secundum ante sanctum extendebatur, ac Sacerdotibus inter quinque columnas deauratas aditum præbebat. Exod. 26: 36. Tertium, in interiori tabernaculi parte, Sanctum Sanctorum à priori thalamo separabat, & quatuor columnis suspensum, Pontifici M. per illas quotannis aditum dabat. Exod. 26: 31. ac seqq. & 36: 35.

X. Super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago ignis, nube inclusa, undique refulgebat; divinæ gloriæ sedes ac vehiculum. *Nubes illi incumbens.*

XI. Τὸ μυστήριον tabernaculi docet Paulus Hebr. 8: 5. illud *exemplar & umbram rerum cælestium* h. e. rerum Messiæ & Nov. T. appellans. *Tabernaculi mysterium;*

XII. Notabat ergo illud, cum Christum, tum Ecclesiam. Et in Christo quidem significabat ejus incorporationem, sive habitationem in corpore humano; quod ipsi vice templi, vivi videlicet ac ambulantis, futurum erat; quodque, ut olim tabernaculum ignea nubis specie, ita augusta numinis sui præsentia impleret ac consecraret. *Sermo caro factus est, & ἐσκήνωσεν & habitavit in nobis*, Joh. 1: 14. *In eo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter*, Col. 2: 8. *respectu Christi*

XIII. Sed & Ecclesiam denotabat, quæ in mundo Dei domus, dignumque ipso habitaculum est; in qua familiariter versari, & loqui, & faciem suam ostendere amat. *In quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Eph. 2: 22. *Vos templum estis Dei viventis: sicut dixit Deus: habitabo in eis & inambulabo.* 2. Cor. 6: 16. *Ecce tabernaculum Dei curam hominibus; & habitabit cum ipsis, & ipsi populi ipsius erunt.* Apoc. 21: 3. *Adeo ut in templo Dei, tanquam Deus, sedeat, præ se ferens se esse Deum*, 2. Thess. 2: 4. Conf. 1. Cor. 3: 16. Eph. 3: 17. *& Ecclesie: sicut*


XIV. Atque eodem spectant quoque partes tabernaculi. Quoad Christum enim atrium notabat terram, in qua Christus obtulit; Sanctuarium, cælum visibile, per quod transiit; Sanctum Sanctorum, cælum cælorum in quod intravit. *Habentes ergo Pontificem magnum qui pertransiit cælos.* Hebr. 4: 14. Similiter aliâ figuratione, si Ecclesiam spectes, triplici illa imagine triplex Ecclesiæ status exprimitur; vel externus in mundo, prout bonos malosque comprehendit, & communi atrio claudit; vel status gratiæ in hac vita, quod est sanctuarium Ecclesiæ, ejusque prior thalamus, in quo soli Sacerdotes spirituales versantur; vel denique status gloriæ in cælis, in quem interiorem thalamum Ecclesia post hanc vitam deducenda est. *idque secundum ejus partes*

XV. Quin potius, sicut, præter atrium, duplex erat tabernaculum, secundum duas illius partes, Hebr. 9: 1, 2, 6, 8. ita duplex, imo triplex, notabatur Ecclesiæ status, vers 9. unus, quasi in atrio, quo emendatio expectabatur: alter, quasi in Sancto, quo conscientia purificata & consummata prope accedit ad Deum: tertius quasi in Sancto Sanctorum, quo datur ingressus in cœlum ad Spiritus justorum consummatorum. Inde quamdiu primum tabernaculum stabat, & statio ad illud non intermittebatur, significabatur eo, *necdum* *πεφανερωθη την των αγίων οδον manifestam fuisse viam ad sanctuarium*, Hebr. 9: 8. conf. c. 4: 16. Et sicut Pontifex per priorem scenam transibat in secundam, ita Christus *per amplius & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc est, non hujus conditionis*, h. e. per Ecclesiam reconciliatam, quam invisit ex mortuis suscitatus, *intravit semel in sancta, eterna redemptione inventa*, Hebr. 9: 11, 12. h. e. transivit ad cœlestem Ecclesiam, utramque domum unam faciens.


est vela.

XVI. *Vela* quod attinet, varia illa significabant. Nam 1. denotabant, hominem, veluti profanum, à sacrorum communione ac Dei sui conspectu arceri; multoque minus in cœlum aditum habere. *Animalis autem homo ea quæ Spir. Dei sunt non recipit, nec cognoscere potest; at spiritualis dijudicat omnia.* 1. Cor. 2: 14, 15. 2. Denotabant universam ceremoniarum molem, quæ religionem prægravabat, eique nebulam ac velum obtendebat; ne fides claro visu pertendere, Deoque frui posset. *Imponebat Moses velamen faciei suæ, ne oculos defigerent filii Israël ad finem ejus quod nunc ut inutile tollitur.* 2. Cor. 3: 13. 3. Significabant præterea legis execrationem, quæ instar veli cœlum nobis claudebat, nosque accedere prohibebat. 4. Tandem & carnem Christi adumbrabant, quâ, veluti velo quodam, divinitas ejus obtecta fuit: imo cui imposita erat execratio legis, & affixa *inimicitia*, Eph. 2: 15. quæ impediēbat accessum ex propinquo ad Deum. Sed quod velum cœlo nunc non amplius nos arcet, sed potius admittit; cum Christus execrationem, quam externo velo etiam significatam diximus, carni suæ impositam, ea fractâ, extinxerit. *Qui viam recentem & vivam initiavit nobis per velamen, id est, carnem suam.* Hebr. 10: 20. Adeo ut cœli porta nunc pateat, & remoto omni velo ac umbraculo, terra ac cœlum una Dei domus, & commune fidelium atrium factum sit. *Beneplacitum enim Dei fuit, ad dispensationem plenitudinis temporum, in unam summam confundere omnia in Christo, tum que in cœlis, tum que in terra sunt.* Eph. 1: 10. coll. Col. 1: 20.

XVII. Non









XVII. Non digna autem sunt quæ Judæi hic adferunt; dum 1. vel simpliciter Tabernaculum ut domum Deo exstructum dicunt, compescendæ idololatriæ, quæ stellis templa erigere solebat. Vel 2. dum sublimiorem sensum quærentes, ad rerum naturam sacra hæc transferunt; quam universam in Tabernaculi sacramento descriptam autumant. Partes enim ejus diversis mundi partibus respondere faciunt. Adeo verum est, quod Propheta ait, ipsos per Tabernaculum Dei Molochum & Remphan, h. e. Solem & Saturnum coluisse, Amos 5: 26. coll. Act. 7: 43. cum, pudento errore, omne religionis suæ mysterium, quodque in ea sacratissimum erat, non ad Christum & res spirituales, sed ad naturam, mundique externam faciem retulerint.

*Judaorum
hic errores.*

CAPUT XIV.

De Vasis Tabernaculi.

I. Ost Tabernaculum occurrunt ejus vasa, quæ sunt 1. Atrii. VASA TABERNACULI.
2. Sanctuarii. 3. Sancti Sanctorum.

II. In Atrio primo occurrit *Altare æneum*, Exod. 40: ALTARE
29. decem cubitos austrum versus à Tabernaculo remo- ÆNEUM.
tum. Confectum illud erat è purissimâ cedro, quinque cubitos longum & latum, ac tribus altum. Obducebatur undique laminis æneis; ac medio spatio æratâ itidem lamina, foraminibus plena, sacrificiorum cineres egerebat. In circuitu quatuor annulos habebat, quibus vectes inferebantur, quoties ara à Levitis transferenda erat. Pariterque quatuor ejus anguli, ære muniti, paulo altius extra altaris limbum extabant. Atque ea erant cornua altaris, sanguinis libationi & victimarum alligationi destinata. *Vincite victimam festivam unamquamque funibus usque ad cornua altaris*, Psal. 118: 27. Vid. Exod. 27: 1-8.

III. Altari inserviebat reliquum instrumentum ejus, Exod. 27: 3. Crateres, Lebetes, Forcipes, Fuscinulæ, Palæ &c. Juxtaque illud dispositæ columnæ, cum uncis ferreis, ad excoriandas victimas; duplexque in templo hinc inde mensarum lapidearum ordo, quibus vasa aurea & argentea, ad oblationem necessaria, & præparatæ sacrificii partes imponebantur. Vid. Ezech. 40: 42.

IV. Altare hoc respiciebat Christum. *Habemus altare, ex quo edendi*

potestatem non habent qui tabernaculo seruiunt, Hebr. 13: 10. Quasi-
quam enim crux quoque altare dici queat, prout instrumentum mortis
ejus fuit; potius tamen illud, quod victimam hanc sanctificavit, altaris
rationem habuit; quod erat *Spiritus ejus aternus*, Hebr. 9: 14. coll. Psal.
69: 10. *Zelus domus tue comedit me*. Cornua altaris notabant omni-
potentiam illius in quo est reconciliatio. Et sicut illa aliquod reorum asy-
lum erant, 1. Reg. 1: 50. ita iis meritorum Christi vis ac sanctitas exprimi-
tur, quo ab ira Dei, tanquam ad sacram aram, refugium datur.

MALLU-
VIUM.


V. Pone altare, tabernaculum versus, collocatum erat *labrum aeneum*.
Cujus loco *mare aeneum* struxit Salomo, 1. Reg. 7: 23. 2. Chron. 4: 2. ex
quo aqua è duodecim siphonibus seu mammis promanabat; ut duode-
cim Sacerdotes, ad ingressum tabernaculi, ex eo lavare possent, juxta le-
gem Exod. 30: 18-21.

VI. Quo exprimebatur ablutio nostra spiritualis per Christum, cujus
sanguis *nos ab omni peccato purificat*, 1. Joh. 1: 7. conf. Eph. 5: 26. *Ut eam*
Ecclesiam, *sanctificaret, ab eo purificatam lavacro aqua in verbo*. conf.
1. Joh. 5: 6. Hebr. 10: 22. 2. Cor. 7: 1. Sicut & illa simili imagine per bap-
tismum nostrum adumbratur, quo ad ingressum Ecclesiae Christiani
purgantur. *Baptifator, & abluitor à peccatis tuis*, Act. 22: 16. Tit. 3: 5.
Sacerdotibus autem praeterea sacra non esse illotis manibus tractanda in-
nuebat.

ALTARE
AUREUM.

VII. *Sanctuarii vasa & supellectilem quod attinet*, occurrit in eo
I. *Altare aureum*, cedrinis tabulis deauratis constans, unius cubiti lon-
gitudine ac latitudine, duorum altitudine. Vid. Exod. 30: 1. & seqq.
Super quo bis de die suffitus adolebantur; non à Pontifice solum, sed & à
reliquis Sacerdotibus Luc. 1. Semel autem quotannis sollempniori modo
odores in eo incendebat Pontifex; & piacularis victimae sanguine illud
expiabat ac lustrabat, Exod. 30: 10. Lev. 16: 18.

VIII. Repraesentabat altare illud Christi meritum, *qui tradidit se-
ipsum pro nobis oblationem & sacrificium*, eis ὁσμὴν ἰσωςδίας, in odorem
fragrantiae, Eph. 5: 2. & intercessionem illius; quae preces nostras Deo
gratas reddunt. Quo spectat, quod occurrit Apoc. 8: 3, 4. *Alius Angelus
venit, & constitit apud altare, habens thuribulum aureum: & data sunt
ei thymiamata multa, ut daret orationibus sanctorum omnium, super alta-
re aureum, quod est coram throno &c.* Ac praeterea fidelium preces, cul-
tumque spiritualem adumbrabat; qui Christi merito ac sanguine lustra-
tus fragrantissimum odorem exhalat. *Disponatur oratio mea suffitus co-
ram*





ram te, & elevatio palmarum mearum munus vespertinum, Pſal. 141: 2. Per ipſum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, hoc eſt, fructum labiorum conſuetium nomini ejus. Heb. 13: 15. Beneficentiæ autem & communionis ne oblivifcamini. Talibus enim hoſtiis colitur Deus. v. 16.

IX. 2. *Lychnuchus aureus*, qui ex ſolido auro conſtabat; & ad auſtralem CANDE-
tabernaculi partem collocatus, ſeptem lampadas ſeptenis brachiis ſuſtine- LABRUM.
bat; quæ oleo puriſſimo nutritæ totâ nocte in templo ardebant, Exod. 25:
31. & c. & 27: 20, 21.

X. Docebat hæc lux ſpiritualem noſtram illuminationem, tum in hæc, tum præſertim in futurâ vitâ. *Nox proceſſit, dies autem appropinquavit. Deponamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Rom. 13: 12. *Habemus firmiſſimum illum ſermonem propheticum, quænam beneficiis quod attenditis, velut lucernam ſplendentem in obſcuro loco, uſque dum dies illuſceat, & Phosphorus exoriatur in cordibus veſtris.* 2. Pet. 1: 19. *Et civitas non habet opus Sole & Lunâ, ut luceant in eâ. Nam gloria Dei illuminavit eam, & lucernâ ejus agnus,* Apoc. 21: 23. *Lychnuchus* deſignabat, partim Chriſtum, à quo ſolo mundi & Eccleſiæ lux eſt: *Ego ſum lux mundi* & c. Joh. 8: 12. partim Eccleſiam, quæ inſtar *aurei candelabri*, Apoc. 2: 11. & quidem una in ſeptem periodis, per miniſterium ſuum verbi Dei lucem huic mundo præfert. *Auro ſuo*, lucis hujus dignitatem, vividumque ac æternum fulgorem pingebat. *Deſiderabilia illa præ auro, & auro ſolido plurimo*, Pſal. 19: 11. *Oleum* Spiritus S. dona exprimit, 1. Joh. 2: 26, 27. Et variæ candelabri lampades, rami ac calyces, donorum ſpiritualium ubertatem & varietatem teſtabantur. Sacerdotum denique miniſterium in illis ſub vesperam *accendendis*, Chriſti & miniſtrorum ejus curam oſtendit; qui Eccleſiæ ſuæ perpetuam noctem incubare non finit, ſed perenne lumen in hoc ſæculo ſufficere ipſi non deſinit.

XI. 3. Ad ſeptentrionem æquali ſpatio poſita erat *menſa aurea cum* MENSA
ſacris *panibus*, Exod. 25: 23. facta ex cedro, ac auro obducta, latitudine AUREA
unius, altitudine unius ac dimidii, longitudine duorum cubitorum. In-
ſtrata erat veſte hyacinthina; impoſitæque ei erant duodecim lances, ac-
cipiendis panibus; totidemque acerræ, quæ thure implebantur; & ſcopu-
læ vaſis illis emundandis. Exod. 25: 29. Num, 4: 7. Collocabantur
autem panes duplici ordine; utrimque ſeni, qui ſibi mutuo incumbbant; *cum pani-*
interpoſitis calamis, ut Judæi volunt, ne vitium contraherent. *panes au-*
tem *facierum* appellabantur, & *menſa facierum*, Num. 4: 7. quod Septuag. *ſuoniis.*
& ex.

& ex iis S. Paulus, ἀρτους ἁγίας reddunt, 2.Chron.4:19. Hebr.9:2. Singulis autem Sabbatis mensam hanc adornari, ac de novo instrui oportebat: tumque panes illi Sacerdotibus cedebant, Lev.24:9. thus autem iis impositum adolebatur. Lev.24:7,8.

XII. Quæ iterum *Christum* figurabant, qui cum omnibus beneficiis suis in universo tabernaculo, cunctisque ejus partibus ac vasis, descriptus reperitur; ac admirandum in modum ubique oculis nostris occurrit; ut mirum sit Judæos aliosque ne externam quidem ejus lineam ibi deprehendere potuisse. Christus enim *panis vitæ est, ut, si quis edat de eo, vivet æternus sit in seculum*, Joh.6:48. Numerus illorum panum pariter mysticus est, Christumque universæ Ecclesiæ cunctisque fidelium tribubus ad alimenta sufficere demonstrat. Utque illi, Sabbatis propositi & renovati, perpetuo *coram Dei facie* collocati erant; ita in æternum vis vivificans Christi, requie ejus parata, perdurat, & Ecclesiæ per omnia tempora illius sufficit. Quæ tamen quotidiano verbi ac Sacramentorum ministerio *renovari*, conscientiarumque nostris applicari opus habent. *Est enim omnis scriba, in regno Dei edoctus, similis patrifamilias, qui profert è thesauro suo vetera & nova*, Matth. 13: 52. *Mensa aurea*, panes istos sustinens, verbi ac Sacramentorum figuram gerit. Quodque tandem *solis Sacerdotibus* eos degustare fas erat, id non alios, quam qui spirituales sacerdotes sunt, ad spiritualem hunc cibum admitti docet.

ARCA
FOEDE-
RIS.


XIII. Tandem ipsum *adytum* perlustrabimus. In quo occurrit *Arca Fœderis*, cum reliquo apparatu suo, Israëliitarum veluti Palladium, ac præsentis inter ipsos Dei certissimum pignus. Quare attentius ea consideranda est.

XIV. Vocatur Hebr. אֲרֹן *arca*, & *arca fœderis*, seu *testimonii*. Quia tabulæ fœderis in eâ servabantur. Nomen autem Jehova, quod Sociniani urgent, nunquam illi tributum legitur.

XV. Confecta erat è ligno Zittim, seu cedro, Exod.25:10. atque intus & extra auro obducta erat. Longitudo duorum cubitorum & semissis, latitudo & altitudo unius cubiti cum dimidio fuit. Exod. 25: 10-16. Ambiebatur coronâ, seu limbo aureo; quatuorque annulos aureos ad latera habebat; ex quibus vestes duo ex eadem cedro, pariterque deaurati, prominebant, gestandæ arcæ. Quod Sacerdotum Kehatitarum ministerium fuit, Num.7:9. additis nonnunquam Levitis. vide 1. Chron.15:15. Iof.3:3. Quod multâ cum religione peragebatur.

in qua in-

XVI. In arca continebantur solæ *legis*, sive fœderis cum Israëlitis icti,





isti, *tabula*, Exod. 25:16. 1.Reg. 8:9, 21. non fractæ illæ, sed integræ, de *tabula legis*. novo à Mose edolatæ, Deut. 10:2, 3. *Volumen legis*, de quo Deut. 31:26. non in arca, sed coram ea, repositum fuit. conf. 2.Reg. 22:8. Quod & de *Urna Manna*, ac *Virga Aaronis* dicendum est, quæ ad utrumque arcæ latus disposita erant. Exod. 16:34. Num. 17:10.

XVII. In secundo templo eam defuisse ipsi Judæi fatentur; & inter quinque res, quæ in secundâ domo defierint, arcam quoque numerant. Quam à Josia vel Jeremia absconditam fabulantur; cum in templi excidio perisse verius sit. Quod Deus, tum ob peccata populi, tum ut gradibus quibusdam ceremonias aboleret; denique ut sub ista domo venturum eum significaret, qui omne arcæ mysterium impleturus foret, sapientissimo consilio fieri permisit. Tempore autem Messîæ, cum aliis rebus facris, eam restituendam iidem suaviter somniant. Nam in contrarium expressa sunt Jeremias verba c. 3:16, 17. ubi de Messîæ tempore agitur: *Non dicent adhuc, arca fœderis Jehovæ; & non veniet in mentem, & non commemorabunt eam, & non adibunt, & non fiet amplius. In illo tempore vocabunt Hierosolimam sedem Jehovæ, & confluent ad eam omnes gentes.*

XVIII. Arcam tegebat *propitiatorium*, Hebr. תְּכֵינִת Gr. *πλατήριον* PROPITIATORIUM; quod in eo Deus sese præsentem & propitium populo exhiberet; ex solido auro confectum, pari cum arcâ longitudine ac latitudine. Exod. 25:17-22.

XIX. Eminebant ex eo, eodem ex auro, duo *Cherubini*, Exod. 25:18-20. quibus Judæi puellorum facies appingunt, ad Angelos exprimentos; & binos sacrosatos volunt, ne pro Deo haberentur; ac propitiatorio utrinque incubuisse, superque illud ad decem palmarum altitudinem alas expandisse memorant. Describit autem illos aliter Scriptura. Ezechiel c. 1. & 10. instar quatuor animalium, quaterna facie, hominis, leonis, vituli & aquilæ eos depingit. Et sex iis alas attribuit Jesaias c. 6:2. conf. Apoc. 4:8. quarum binæ in altum elatæ, binæ leniter expansæ, ac binæ demissæ erant. Subque alis à cunctis partibus manus humanas collocat Ezechiel c. 1:8. 10:8. totoque corpore oculos, v. 12. pedibus insistere facit, quorum extrema pars vitulinum calcem referebat, unde & vituli dicuntur c. 10:14. & solida erat, instarque lævigati æris resfulgebat. Ut erecti potius in propitiatorio steterint, frontibus adversis, ac propitiatorium despectantibus. Atque hinc simul intelligi potest, quinam fuerint *vituli aurei* Jeroboami, 1.Reg. 12:28, 29.

Quid Cherubini representant.

XX. Representabant autem mystica hæc animalia, non Deum, sed
 1. *Angelos*, qui Cherubinorum appellatione in Scripturis veniunt, Gen. 3:24. Psal. 18: 11. utque Deus in legislatione, Angelorum exercitu stipatus erat, atque è cœtu ac concilio illorum legem promulgabat; ita hæc in sanctuario quoque expressa fuere. 2. *Homines electos* ac pios, qui Deum hospitem ac incolam habent: quos Cherubinorum emblemate depingit sacra Apocalypsis c. 5:8,9,10. ubi quatuor animalibus, quæ non alia quam Cherubim fuere, una cum senioribus, hymnustribuitur, qui non nisi à redemptis dici potest -- *Emisti Deo nos in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo.*

GLORIA seu thronus Dei,

XXI. Inter Cherubinos sedes & thronus Dei erat, qui locum istum gloria suâ implebat; cuius externum symbolum erat *nubes & ignis*. Quæ inde *Gloria Dei* appellantur. Exod. 40:33,34. coll. Num. 9:15.

in Nube & Igne,

XXII. Erant autem duæ illic res, duplexque miraculum, *Nubes & Ignis*; sive nubes, medio sinu igneam speciem complexa, quæ ex nube illa divinum in modum coruscabat. Qui, sive ignis, sive lux, Dei gloria proprie, seu gloriosum præsentia ejus symbolum erat. Vide Exod. 24:16. Num. 16:42. & conf. Luc. 2:9. Matth. 17:5. Act. 7:55. 22:6, 11. Apoc. 14:14.


inter Cherubinos.

XXIII. Propria autem numinis sedes erat locus ille supra arcam, quem Cherubinorum alæ amplexu suo incingebant; quem nubes illa augustum in modum medium adimplebat: *Quia in nube appareo super operculum illud* &c. Lev. 16:2. *Dominus Rex factus est, sedens in Cherubinis*, Psal. 99:1. 2. Sam. 6:2. Atque ille erat thronus Dei, in quo visibili signo præsens erat, ac petentibus responsa dabat. Exod. 25:22. Num. 7:89. Atque hæc erat illa *אֲרֹן הַבְּרִית* seu gloriosa Dei in terris habitatio, quam Iudæi adeo celebrant.

Mysterium Arca fœderis.

XXIV. Mysticam harum rerum doctrinam quod spectat: significabat *arca*, 1. *Christum*, in quo Deus habitat corporaliter; ac omnes sapientia ac justitia thesauri conclusi sunt. Col. 2:3. cujus utramque naturam ligno & auro suo adumbrabat; quemque vectibus suis & annulis in quotidiana illa per desertum obambulatione, longè lateque manifestandum, & Sacerdotum ac ministrorum opera, regio in folio confidentem, per univèrsam mundum vehendum ac veluti portandum esse docebat. 2. analogia aliqua univèrsam *Ecclesiam*; quæ incorrupta, instar cedri, ac Christi auro obvelata, ejusque sanctitate tecta, Dei sedes ac habitaculum est, eoque duce per univèrsam terram peregrinatur.

XXV. Le-





XXV. *Legis tabula*, quas Deus arcæ includi iusserat, ne Israëli-
tæ ad externam Scripturam stuperent; significabant, legis sensum magna
ex parte ipsis velatum, 2. Cor. 3:13. in mediatore potissimum impleri. Ut-
que ille legem Dei in medio pectore gestavit, ita & fidelium cordibus
eam inscribere, Col. 3:16. Cum qui reconciliationis Christi particeps est,
quæ per propitiatorium adumbrabatur, etiam sanctitatem sectari, legisque
studio flagrare debeat.

*Tabula-
rum fede-
ris.*

XXVI. *Manna Urna*, juxta adstans, alituram Christi spiritualem, ut
ante vidimus; *Virga Aaronis* sacerdotium ejus monstrabat. Utque tum
de arenti virga ac flos germinavit; ita Christus, tum in nativitate, tum in
morte de sterili trunco effloruit; & sacerdotium ἀπαεθβατον habet. In
cujus honoris partem nos quoque accipit, facitque ut de nostris quoque
nodis flos germinet, & viles virgulæ balsama exsudent. *Justus, ut palma,
florebit; ut cedrus in Libano, crescet.* Psal. 92:13.

*Urna
Manna
& Virgæ
Aaronis.*

XXVII. *Propitiatorii* mysterium erat, eundem mediatorem nostrum,
Dei filium, adumbrare, quem Deus proposuit ἰλασμενον propitiatorium per
fidem in sanguine ipsius. Rom. 3:25. conf. 1. Joh. 2:2. 2. Cor. 5:19. Quique
peccata nostra, omnesque legis diras ac maledictiones tegit ac delet,
Psal. 32:1.

Propiato-

XXVIII. Duæ *Cherubinorum* formæ duplicem creaturarum ordinem
exprimebant, quæ Deo dignum habitaculum præbent, tum in terra, tum
in cælo, Angelos videl. & homines. Utque animalia illa, sibi mutuo ob-
versa, utrimque propitiatorium aspectabant; ita Angelorum hominum-
que per Christum unio ex concordia; ac utrorumque in redemptionis
mysterio perspiciendo studium significatur, Eph. 1:10. 1. Pet. 1:10.

*Cherubi-
norum.*

XXIX. *Nubes* vero, inque ea *Ignis* species, quid, nisi divinæ naturæ in
vili carne inhabitationem testantur? quam tamen igne suo & divino
fulgore impleturus, atque ex humano corpore tanquam ex adyto certissi-
ma responsa daturus foret. *Sermo caro factus est, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν
& habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus &c.* Joh. 1:14, 15. *Se ipsum
exinanivit, formam servi assumens, quando esse cepit in similitudine ho-
minum,* Phil. 2:7.

*Nubis &
Ignis.*

XXX. Similiterque *thronus Dei* super propitiatorium, ad quem Pon-
tifex quotannis accedebat, universum populum Deo propitiaturus, deno-
tabat, Deum esse in Christo, & in eo adiri & inveniri placatum & propi-
tium; adeoque effigiabat, tum thronum gratiæ, ad quem, per Christi san-
guinem, ipsi jam Sacerdotes facti, aditum habemus, Hebr. 4:16. tum thro-

*Throni
Dei.*

num glorię in cœlis; qui pariter angelorum choris cinctus est: *Millies milleni ministrabant ei*, Dan. 7: 10. atque ad quem Christus, ut veteris sacerdotii legem impleret, peracto sacrificio, cum sanguine suo intravit, semperque ibi pro nobis intercedit. *Non enim in manufacta sancta introiit Christus -- sed in ipsum cœlum, ut nunc appareat faciei Dei pro nobis*, Hebr. 9: 24. *Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem intravit semel in sancta, aternâ redemptione inventa.* c. 9: 24. conf. c. 7: 26.

Tabernaculi vasorumque eius unctio.

XXXI. Atque hæc erant vasa omnia tabernaculi, atque universa ædis istius supellex; quam sacro oleo inungi, istoque ritu consecrari Deus iusserat, Exod. 30: 23. Lev. 8: 10, 11. ut *sanctitas sanctitatum* foret; id est, talis res, quæ ipsa non solum sancta esset, sed alias quoque sanctificaret. Quin & sanctuarium ipsum quotannis ab impuritate filiorum Israël expiari necesse habebat, Lev. 16: 14, 15, 16, 19, 20. Hebr. 9: 21, 23. Quod peccatoris impuritatem, qui contagio sua etiam res sanctissimas polluat, significat. Unde cœlum ipsum nobis à Christo purgari ac expiari debuit.


C A P U T X V.

D E T E M P L O.

TEM-
PLUM

SALO-
MONIS.


Ejus stru-
ctura.


I.  Ost Tabernaculum sequitur Templum, tum Salomonis, tum Zorobabelis ac Herodis, tum Ezechiëlis; ac denique Samaritanorum & Judæorum Ægyptiorum.


II. Templum Salomonis quod attinet, videbimus i.e. jus structuram ac partes. 2. Vasa, aliaque adjuncta. 3. τὸ μυσικὸν ejus.


III. Carebant prisca mortales templis, cum non ex magnitudine Dei arbitrarentur majestatem ejus parietibus includere. Templum primum à Salomone extructum est, tanta opulentia, ut primum ac præcipuum mundi miraculum haberi possit. David enim peculiari religione illud extruere prohibebatur. *Sanguinem copiosum effundis & bella magna geris, non es edificaturus domum nomini meo. Ecce filius editus tibi. Is futurus est quietus* &c. 1. Chron. 22: 8. Qui nihilominus magnam auri argenteque vim in istum usum in thesauris reliquit; formamque operis, quam divino monitu animo complexus erat, filio tradidit. 1. Chron. 28: 11, 12.

Qui-









Quibus præparatis, septennio opus absolutum est. Perfectum autem fuit Templum sine mallei ictu aut serræ strepitu, ex exasciatis lapidibus. 1. Reg. 6:7. Præcipuus inter artifices fuit Hiramus Tyrius. Operariorum autem universa multitudo erat 183300; inter quos & Tyriorum ac Sydoniorum magna pars. 1. Reg. 5: 13. & seqq. Auri vero argentiq̃e summa ultra fidem est.

IV. Positum erat illud in monte Moria, 2. Chron. 3:1. In cujus fastigio leniter devexo moles illa eminebat, urbemque ex alto despectabat.

V. Partes & formam ejus quod attinet, compositum illud erat ad formam tabernaculi; constabatque atrio, Sancto & Sancto Sanctorum. Cum autem in tabernaculo unicum tantum esset atrium, hic varia erant: nimirum 1. *Atrium Sacerdotum*. 2. *Israëlis*, 2. Paral. 4:9. Quod rursus à Josaphato divisum in *atrium mulierum* & *virorum*. 2. Paral. 20: 5. Quibus Herodis tempore accessit atrium *quartum*, pro Gentibus & immundis. Quæ omnia licet tempore diversa, hic conjungemus.

VI. Primò occurrit *Atrium Gentium*, quod Templum ambiebat instar cæmeterii, & 500 cubitos in quadratura suâ continebat; ac quatuor egregiis porticibus instructum erat, quarum unaquæque triplici columnarum ordine sustentabatur. Appellabaturque *הַיְיָ הַיְיָ* / seu *mons templi*, & *הַיְיָ* / vel atrium commune. Atque huc intrabant Ethnici, excommunicati, lugentes & immundi. Portas & porticus omittimus.

VII. Post atrium gentium erat locus dictus *הַיְיָ* *antemurale*, decem cubitos latus, ab atrio gentium septo discretus. *Et fecit lugere antemurale & murum*, Thren. 2:8. quo gentili aut immundo accedere non licebat. *Viderant antea Trophimum Ephesinum in urbe cum eo, quem existimabant fuisse à Paulo introductum in templum*. Act. 21:29.

VIII. Hinc duodecim gradibus, dimidii cubili altitudine, ascendebatur in *atrium mulierum*; in quo tripudium sacrum, & aquæ libatio in festo Scenopegiæ peragebatur. Erat illud 135 cubitos longum ac latum: ac in quatuor suis angulis totidem conclavia habebat, videl. *Naziræorum*, *leproforum*, *lignorum*, & *vini ac olei*: & tres portas; ad orientem portam, *τὴν λεγομένην ὠκεῖαν*, Act. 3: 2. ad austrum & aquilonem singulas; quæ suis quoque conclavibus ac porticibus instructæ erant. Atque ad eas posita erant 13 Gazophylacia; quo historia viduæ in Euangelio referenda, Luc. 21:1. Marc. 12:41, 42.

IX. Ex atrio mulierum ascendebatur 15 gradibus in *הַיְיָ* *atrium Atrium Israëlis*; in quibus consistebant Levitæ Psalmos graduum psallentes. *Israëlis*.

Longum erat cubitos 135. latum 11. diversasque portas habebat, variasque circum porticus; & in illarum contignationibus exedras & conclavia per multa, variis usibus fervientia. Atque in hoc atrium conveniebat populus ad cultum & sacrificia; inque eo Prophetæ oracula sua ex altiori suggesto pronuntiabant, 2. Chron. 24:20. coll. Jer. 36: 10. atque ibidem Christus Dominus noster populum per sæpe docuit. Vide Matth. 21: 12. &c.

*Atrium
Sacerdotum.*

X. Hinc in atrium Sacerdotum ascensus erat, gradu uno cubitali. Cui impositum erat pulpitum, quod tribus gradibus dimidii cubiti adibatur, in quo erat chorus Levitarum canentium. Longum erat cubitos 135. latum 11. solisque Sacerdotibus in eo ordinarie versari licitum erat.

Altare holocaustorum.

XI. Erat in hoc atrio *altare holocaustorum*, quod à Mosaico, cum magnitudine, tum materiâ, differebat. Cum enim Mosaicum 5 cubitos longum & latum, ac tres altum foret; hoc 32 cubitos in infimo ambitu, in supremo autem 24. in longitudine & latitudine 20. ac in altitudine decem continebat, 2. Chron. 4: 1. nec, ut prius, ære obductum, sed ex solido ære confectum erat. Ad septentrionem varios annulorum ordines habebat, juxtaque columnas quasdam, & mensas marmoreas, ad sacrificiorum usum. Mediumque cingebat filum coccineum, ad sanguines discernendas: & subtus duo erant canales, qui victimarum sanguinem in proximum torrentem derivarent.

Mare æneum.

XII. Austrum versus erat labrum, seu *mare æneum*, quod duodecim boves eodem ex ære sustinebant. Cui & alia minora lavacra apposita erant, abluendis victimarum carnibus. 1. Reg. 7: 23. 2. Chron. 4: 2, 6.

XIII. Ab altari ad *ἄρδναον*, seu templi vestibulum, erat spatium 22 cubitorum, ubi Sacerdotes ministrare, & confiteri solebant. *Inter porticum & altare stent Sacerdotes ministrantes Febovæ, & dicant: parce, Febovah, populo tuo &c.* Joël 2: 17.

*Vestibulum
Templi.*

XIV. *Propyleum*, seu vestibulum templi, אהלם / 1. Reg. 6: 3. 2. Chron. 3: 4. 29: 7. adibatur 12 gradibus dimidii cubiti: erantque ibi suspensæ catenæ aureæ, & supra eas coronæ aureæ & argentæ. Supraque templi ostium vitis aurea, ex qua botri inusitata magnitudine dependebant.

Sanctuarium.

XV. Emensis atriis occurrit ipsum *sanctuarium* ac palatium Domini, קדש dictum; quod intermedio septo discretum in duos thalamos dividebatur, Sanctum, & Sanctum Sanctorum. Ubi hoc peculiare fuit in secundo templo, quod, cum prius inter Sanctum & Sanctum Sanctorum

rum



rum murus stetit, unius cubiti crassitie; ii vero, qui Babylone reverfi erant, dubitarent de ejus formâ, situ ac proportione; vice muri duo vela extensa fuerint, inter quæ spatium cubiti interfuit, cum antea unum duntaxat pependisset. Patebat Templum universum 100 cubitos in longitudinem, 70 in latitudinem, ac 120 in altitudinem. Forma ejus à fronte latior, à tergo angustior erat; ut leonem referret. Tectum erat, non planum, qualia Judæorum tecta erant, ad ambulationis voluptatem, sed displiciatum, seu leni fastigio assurgens, pluvix aviumque arcendarum causa: quod undique cingebat lorica, quatuor cubitis extans, ut medio fastigio æquaretur.

XVI. Atque hæc erat templi structura; quod per gradus ascendebatur, ut vidimus: adeo ut templum ipsum 22 cubitis altius esset porta orientali extrema, deque montis crepidine in subjecta atria, universamque urbem, amœnissimo visu, prospectaret. Erantque in ipso templi monte, pro partium diversitate, diversi quoque sanctitatis gradus. Quos septem numerant.

*Templi
diversi
gradus*

*Et parti-
um varia
sanctitas.*

XVII. Supellex Templi eadem erat, quæ Tabernaculi, nisi quod vasa omnia angustiora, & immenso numero forent.

*VASA
Templi.*

XVIII. Inter adjuncta Templi primo loco occurrit ejus reverentia ac sanctitas; quæ permagna erat: juxta legem Lev. 19:30. *Sanctuarium meum reveremini.* Hinc nec sedere cuiquam, nec exspuere in eo, nec caput aperire, nec denique cum calceis aut baculo, aut mantica eo introire fas erat. Nec ad viæ compendium illud transire licebat. Denique ex superiori loco, si cui forte Hierosolymis tale cœnaculum foret, in Sanctum Sanctorum prospectare nefas habebatur. Aliaque talia usurpabantur, pro ingenio populi, omnibus majoribus minoribusque superstitionibus nimium sæpe obnoxii. Ita & decem miracula templi narrant. Quæ nos suo loco relinquitur.

*Templi re-
verentia.*

Miracula.

XIX. Erat autem Templum Sanctum, non solum quod divini cultus sedes foret, sed & extra illam considerationem, sanctitate quadam carimoniali; quia Dei in terris sedes, & aula, ac cœli manifestissima imago, ac Christi denique in humano corpore olim hospitaturi typus foret. Quam sanctitatem templa nostra non habent.

Sanctitas.

XX. *Mysterium* templi idem fuit quod tabernaculi; atque illa omnia, in quibus Deus habitare dignatur, significavit; tum sanctam *Christi carnem*, in qua divinitas, tanquam in templo; apparitura erat, Joh. 2:19. tum *cœlum*, sedem divinæ gloriæ, in qua fessura erat caro Christi. *Non enim*

Mysterium

in manufacta sancta introiit Christus, verorum instar habentia, sed in ipsum cœlum, ut nunc appareat faciei Dei pro nobis, Hebr. 9:24. tum denique Ecclesiam, in qua Deus pariter præsens est. Sicut vasa templi singulos fideles exprimunt. *Sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore.* 1. Thef. 4:4. Ac firmior ejus præ tabernaculo structura, Ecclesiæ Judaicæ ac Christianæ, vel potius militantis ac triumphantis discrimen habebat. *Salomon* autem, stupendi hujus operis auctor, Christum Ecclesiam suam ædificantem: *Tyrii* aliique extra Ifraëlem ad operas præbendas conducti, Gentiles ad Ecclesiam vocandos: & universi operis, sine strepitu ac malleorum ictibus procedentis ratio, pacificum ac concordem Ecclesiæ ædificandæ modum per verbum & Spiritum, sine vi ac tyrannide, idoneis figuris ob oculos ponebant.

Ætas.

XXI. Duravit illud ultra quadringentos annos. Destructumque tandem ab Babyloniiis est, anno Regis Zedekix undecimo, 2. Reg. 25. 2. Chron. 36. cum populus Babylonem captivus ageretur.

TEM-
PLUM
SECUN-
DUM.

XXII. Qua captivitate solutâ, ceptum est strui *templum secundum*, seu Zorobabelis: quod magnam partem ad exemplum templi Ezechielis ædificatum fuit. Absolutumque creditur annis 46. Quo respiciatur, Joh. 2:20. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?* Herodes vero extremis temporibus magnopere illud exornavit, multisque operibus ac substructionibus auxit; quod perperam à quibusdam pro tertio templo habetur.

*Quomodo
minoris
gloria
quam pri-
mum?*

XXIII. Plerisque autem in rebus longe infra prioris ædis magnificentiam erat hoc templum. *Quis in vobis est, qui superstes est, qui vidit domum hanc in gloria sua priore? & quid vos videtis illam nunc? nonne ut nihilum est in oculis vestris?* Hagg. 2:3. Quinque enim res præcipuè memorant Judæi, quæ in eo defuerint: quarum memoriale habent ex Hagg. 2:8.


*& simul
majoris?*

XXIV. Hoc solo tamen secunda domus veteris Templi sanctimoniam non æquabat tantum, sed & superabat, quod loco umbrarum illarum in æde hac appariturus foret Messias, templi dominus, qui omnem ejus sanctitatem impleturus & consummaturus foret. *Derepente veniet ad templum suum Dominus ille, quem vos queritis*, Mal. 3:1. *Ecce plus quam Salomon est in hoc loco*, Matth. 12:42. Atque in hoc sunt jam illa omnia, quæ hætenus in æde illa defecerant.

*Mysterium
ejus.*

XXV. Το μυστήριον ejus, præter jam dicta, erat, propinquiorem Christi adventum promittere; corporisque ejus destructionem, rursusque resur-

fusci





fuscitationem in meliorem statum, adumbrare. Joh. 2: 19. & 10: 18. Sicut & *Ecclesia* Veteris Testamenti majori cum gloria novum Christi populum successurum; & post vitæ hujus spatia aliam & beatiorum vitam corporibus nostris redonandam, testabatur.

XXVI. *Ætas* ejus decennio major fuisse creditur, quam prioris templi. Tandemque à Tito destructum fuit, juxta prædictionem Christi, Matth. 24: 2.

XXVII. Unde *tertium Templum* nunc expectant Judæi, juxta *Ezechiëlis* typum, c. 40. & seqq. quod sub Messia Rege extruendum sit. Sed vana & mendaci spe. Cum Messias ad secundum templum, & ad Zionem, ut vidimus, Hag. 2: 8. Psal. 132: 17. venire debuerit. Templum autem Ezechiëlis, non in Zione, sed alio longe situ, ponatur, Ezech. 40: 2. 45: 1-9. 48: 8. tandemque multa alia illi adscribantur, quæ juxta literam intelligi nequeunt. vide Ezech. 47: 1, 7, 8, 9, 12. Ut Ezechiëlis Templum, quanquam ad templum Zorobabelis breviter tunc extruendum in quibusdam spectet, præcipuè tamen secururam olim sub Novo T. Hierosolymæ novæ, seu Ecclesiæ faciem & statum, quæ latissimè extendenda & majoribus Sp. S. donis ornanda erat, adumbraverit.

XXVIII. Atque hæc de Templo primo & altero. Cui æmulam molem extruxere Judæi segreges, primò in monte *Garizin*, in Samaria, auctore re Manasse, fratre Jaddi, Pontificis M. Quod dissidium inter Judæos & Samaritanos magnopere adauxit. conf. Joh. 4: 9, 20. *Patres in monte hoc adoraverunt: & vos dicitis quod Hierosolymis sit locus, ubi oporteat adorare.* Tandem, cum 200 annos stetisset, ab Hircano dirutum est.

XXIX. Præter hoc & alia templa in *Ægypto* extructa sunt. Unum ab *Onia*, Simeonis Justi filio minore, in præfectura *Helipolitana*: quæ quia sub Alexandria erat, templum hoc aliquando Alexandrinum vocatur. Alterum ab Onia, Filio Oniæ tertii Pontificis M. sub Antiocho Epiphane, & Ptolemæo Philometore, *Leontopoli*. Stetitque prius annis 343, tandemque sub Vespasiano clausum fuit: alterum annis 200. Tuebantur autem apostasiam suam oraculo Jes. 19: 19. *Illo die erit altare Fehova, in medio terra Ægypti; & lapis erectus apud terminum ejus Fehova.* Nec in Ægypto solum, sed & in *Phœnice*, & alibi, fana ac sanctuaria sua posuere Judæi quidam.

C A P U T X V I.

*De reliquis locis Sacris.*SYNA-
GOGÆ.

I. **P**ost templum sequuntur Synagogæ. Quæ vox etſi Chriſtianorum catibus interdum tribuatur, ut Jac.2:2.Hebr. 10:25. Propriè tamen Judæorum conventibus hæſit. Quæ ab iis בית הכנסת h. e. domus congregationis appellantur. De iis agi quibusdam, licet parum certò; videtur Pſal. 74: 4, 8. *Rugierunt hoſtes tui in medio קִיעָרָךְ loci condicti tui. Cremarunt omnes קִיעֵי אֵרִי Synagogas Dei in terrâ.*

II. Cum autem Deus in iis non habitaret, ut in templo, nec univerſus ac præcipuus cultus in iis perageretur, ſed partes ejus quædam, ut preces, lectio Scripturæ &c. hinc nullam peculiarem ſanctitatem habebant; non magis quam noſtræ ædes ſacrę:

Earum
origo.

III. Primæ eorum originis nullum certum indicium extat, niſi circa Ezræ & Nehemiæ tempora: de quibus intelligi poteſt locus Act. 15: 21. *Mofes ab ætatibus antiquis oppidatim habet qui ipſum prædicent, quum in Synagogis per ſingula Sabbata legatur.* Tum enim non ſolum ſeptennialis legis lectio, præſcripta Deut. 31: 10, 11. quæ in deſuetudinem venerat, 2. Reg. 22:8, repetita, ſed & Sabbatica introducta, ac oratoria extructa ſunt, tum ad ſacram lectionem, tum ad preces peragendas. Undè & *Proſeuchæ* dictæ; quæ cum Synagogis eadem fuiſſe videntur. Act. 16: 13.


Conſtitutio.

IV: Singulæ Synagogæ duo habebant Auditoria; in quorum altero Scriptura, altero traditiones docebantur. Erantque ipſe medio ſepto diviſæ, ac uno latere viri, altero ſceminæ aſſidebant. Præeratque ſingulis ἀρχισυναγωγος; cui ſubordinabatur Synagogæ miniſter. Ac docebant in iis Scribæ; & ipſe Chriſtus, Luc. 4: 15. & ſeqq. & poſt illum, Apoſtoli, Act. 13: 14-16. 16: 13:

Numerus.

V. Numerus autem tantus erat; ut ſolis Hieroſolymis ad 460, vel 480 à Talmudicis numerentur: & ſpeciatiim in monte Zion ſeptem fuiſſe dicantur. Atque extra Hieroſolymam, ipſamque terram Sanctam, ubicunque Iudæi degerent, eæ quoque erant frequentiffimę. *Obruit totam Galileam Jeſus, docens in Synagogis ipſorum, Matth. 4: 23. Et ſtatim in Synagogis Damasci prædicavit Paulus Chriſtum. Act. 9: 20. & 13: 4, 14.*

VI. Sy-





VI. Synagogis connexæ erant scholæ, sive collegia, sublimiori legis *scholæ* studio dicata; quæ בית המדרש / à subtiliori inquisitione, dicebantur; erantque sæpe, ut & ipsæ Synagogæ, in collibus sita. Vide Jud. 7: 1. ubi mentio נבנית מדרה / & Prov. 1: 21. ubi summa sapientia dicitur proclamare בראש התיבות.

VII. Sancta porro habebatur, præ aliis urbibus, *Hierosolyma*, caput *HIERO-* ac metropolis gentis, & religionum sedes. Unde nulli tribui peculiariter *SOLYMA.* assignata, communis omnium veluti mater habebatur, & à cunctis frequentabatur. Quanquam à Juda & Beniamine potissimum incoletetur, intra quorum terminos sita erat; ita ut urbs, & templum ipsum, inter illos divisum perhibeatur.

VIII. Magnitudo erat quinquaginta stadiorum, tres colles ambitu suo *Ejus de-* complexa; quorum superior, *Zion*, Regum sedes erat; alter inferior, *Acra*, *scriptio:* & filia Zionis appellatus, archivum aliosque confessus ac collés habebat; tertius, *Moria*, priori depressior, à Deo habitabatur, templique molem ostentabat. Celebris erat ad occidentem, austrum versus, fons *Gihon*, 1. Reg. 1: 33, 38. idem cum fonte *Siloam*; unde tabernaculorum festo, atque ubi vaccæ rubræ sacrum peragendum erat, aquæ hauriebantur. Eratque universa urbs multis speluncis, cæcisque latebris, pervia, quæ immensam hominum multitudinem capere poterant. Extra urbem ad orientem erat vallis *Kidron*; & ad austrum vallis *Tophe*, seu Filiorum Hinnon; ubi perpetuus ignis ardebat, qui urbis sordes & purgamenta absumeret. Esai. 30: 33. Unde appellatio *Gehenna* in N. T. Matth. 5: 22.

IX. Sancta illa peculiariter erat, potissimum post Salomonis dedica- *Sanctitas.* tionem, ob sacrorum dignitatem; quæ illi urbi adeo affixa erant, ut, eâ eversâ, sacrificia, festa omnia, cultusque omnis protinus cessarent. Quanquam & in ruinis ac cineribus ejus sacra facere fas habeant Judæi. Cumque multa, usque ad sedecim capita, narrent, quæ ad sanctitatem & religionem ejus faciebant; tum præsertim à cadaverum & sepulchrorum pollutione eam liberam servabant, ne quâ contage impiaretur, ac cerimoniarum contaminarentur.

X. Typicam eam fuisse Paulus ad Gal. 4: 25, 26. docet, ubi inter *Hierosolymam* τὴν νῦν, quæ cum liberis suis serva erat, & τὴν ἀνω, liberam *Mysterium.* illam & cælestem, distinguit. Sicut eo *novæ Hierosolymæ* in Apoc. appellatio facit, quam Iohannes è cælo demissam, ac ad terram porrectam, vidit Apoc. 3: 12. & 21: 2, 10. Hebr. 12: 22, 23. Quæ Ecclesiæ sub N. T. imago est; cujus cives partim in cælo, partim adhuc in terris degunt; omnes au-


tem ad eandem sanctam civitatem pertinent, quam Deus præfente Spiritu suo incolit & implet: *In unam summam confusis jam omnibus in Christo, qua in cælis, & qua in terris sunt*, Eph. 1: 10. Conf. Hebr. 11: 39, 40.

TERRA
ISRAE-
LIS.


XI. Sed & univërfa terra *Israëlis* sancta erat, quam mundi veluti corculum, ejusque unicas delicias habent: & reliquum mundum tanquam impurum & profanum tantum non abominantur, cunctosque mortales per opprobrium וְיַי / quasi alterius, & vix humani generis forent, & mundum, Luc. 12: 30. Ioh. 3: 16, 17. & τὸς ἕξω appellant. Quo respicitur Marc. 4: 11. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei; iis autem qui foris sunt, per parabolas omnia ista fiunt*, & 1. Cor. 5: 13. *De extraneis vero Deus judicat*. 1. Tim. 3: 7. *Oportet eum testimonium bonum habere ab iis qui foris sunt*.

Ejus san-
ctitas &
myste-
rium.

XII. Triplicem terræ hujus consecrationem memorant. Univerfæque gentis ejus politia, & judicia, & leges, cum politicæ, tum sacræ, ab eâ pendebant. Ita ut ne promotionem quidem scholasticam, manuumque impositionem, extra illam ritè peragere sese posse putent. Unde terram illam miro affectu deperibant. Quæ, quanquam superstitione non careant, tamen cum terra illa cœlestis hæreditatis pignus ac arrhabo fuerit, ut supra vidimus, non leviter illam adamare, & vitam longam ac pacem in eâ exoptare tenebantur. Nunc autem, typo isto impleto, ac univërfa terrâ per Christi sanguinem lustratâ, frustra Pontificiû tum alia locorum discrimina observant, tum terram hanc religiosi peregrinationibus frequentant. *Jesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est*, Hebr. 13: 12. *Volo orare viros in omni loco* &c. 1. Tim. 2: 8. *Domini est terra, & plenitudo ejus*, Psal. 24: 1.







LOCUS VIGESIMUS QUARTUS

D E

TEMPORIBUS SACRIS.

C A P U T X V I I.

*De Temporibus Iudæorum, speciatim de Sab-
bato & Neomeniâ.*

I. **S**equitur post loca Sacra, caput publicarum cerimoniarum TEMPO-
ultimum, de temporibus Sacris. Ubi tum temporum apud RA SA-
Judæos rationem, tum festa iis annexa lustrabimus. CRA.

II. Partes temporis sunt Horæ, Dies, Hebdomada,
Mensis, Annus.

III. *Horarum* in Scriptura, si non ante, saltem post captivitatem Ba- *Horæ;*
bylonicam mentio occurrit. Divisusque fuit Judæis dies naturalis in ho-
ras 24, artificialis, ut ex nox, in 12. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Joh.
11: 9. initio numerandi ab exortu solis facto; ut quæ nobis septima, illis
prima diei hora foret; & sic deinceps. Quamquam & horas quoque ma-
jores habuisse quibusdam videantur. Erantque etiam hæ statæ precum ac
publicorum sacrorum horæ, ut Judæi volunt; qui tres præcipuè precum
horas numerant, tertiam, sextam, & nonam. Vide Psal. 55: 8. *Vespere, &
mane, & meridie meditabor.* Act. 2: 15. *Non, ut vos præsumitis, isti ebrii
sunt, quum sit hora diei tertia.* & 10: 9. *Ascendit Petrus in solarium, ut
oraret, circa horam sextam.* & c. 3: 1. *Ascendebant Petrus & Johannes in
templum, sub horam precatationis, nempe nonam.*

IV. *Dies* vel est naturalis, seu $\nu\alpha\chi\theta\rho\acute{\nu}\mu\epsilon\rho\nu$; vel artificialis, dum lux est. *Dies.*
Naturalem Romani & Ægypti à mediâ nocte, Babylonii à Solis ortu, alii
populi, ut & Judæi, à Solis occasu inchoabant. Artificialis posterioribus
sæculis in quatuor quadrantes ipsis dividebatur, quæ singulæ tres horas
continebant. vide Matth. 20: 1-6. Similique modo nox in quatuor vigi-
lias distributa erat. *Nescitis quando dominus domus veniet, vespere, an
media nocte, an in gallicinio, an mane.* Marc. 13: 35. conf. Thren. 2: 19.

Jud. 7: 19. Luc. 12: 38. Exod. 14: 24. Matth. 14: 25.

Hebdomas.

V. *Hebdomas* erat vel ordinaria, dierum septem, Lev. 23: 15. Dan. 10: 3. vel extraordinaria annorum septem, Lev. 25: 8. Dan. 9: 24.

Menses.

VI. *Menses* Judæis erant vel solares, vel lunares. Hi lunę cursu absoluebantur, diebus 29. horis 12. illi, ut annus ad Solis motum æquaretur, triginta dies & decem horas implebant. Atque ante exitum ex Ægypto solaribus mensibus dierum triginta usi plerisque videntur Patriarchæ; uti quidam concludunt ex Gen. 7: 11. & 8: 3. coll. cum 7: 24. Post exitum autem, institutis noviluniis, menses lunares cœperunt. Erantque illi vel cavi, vel pleni, dierum vel 29. vel 30. alternatim.

Annus.

VII. *Annus* quod attinet, erat is vel civilis, vel sacer. Civilis, cum ipsius mundi exordio, à novilunio septembris initium sumxisse multis statuitur, juxta Exod. 23: 16. Sacer vero, post exitum ex Ægypto, ad consecrandam ejus rei memoriam, institutus fere creditur, Exod. 12: 2. atque à novilunio Martii incipiebat. Juxtaque eum festa, refque omnes Ecclesiasticæ ordinabantur.

Ejus intercalatio.

VIII. Erant autem Judæorum anni nec solares propriè, nec Lunares, cum utrinque aberrarent, sed prorsus ab arbitrio Synedrui dependebant; quod temporum rationem nonnunquam emendabat, atque annos temere labentes certius ire faciebat; & secundo vel tertio quoque anno, annum lunarem, adjecto integro mense, ad solarem exæquabat; qui annus **אדר ודר** / quasi secundo Februario auctum dicas, appellabatur. Quo pertinebat etiam cyclus decem-novennalis, quem habebant.

FESTA
Judæorum


IX. *Festa* Judæorum, hisce temporibus alligata, **פסח** dicuntur, à tripudiis, lætitiæque publica, qua celebrabantur. Erantque instituta, tum recolendis singularibus Dei beneficiis, tum beatis sub Messia temporibus beneficiisque adumbrandis. Unde sub N. T. locum nec habent, nec habere possunt.

varia.

X. Erantque illorum festa & feriæ varii generis. Nam vel sæpius in anno redibant, eaque vel hebdomadica, vel menstrua, ut *Sabbatum* & *Neomenia*; vel anniversaria erant, ut festum *Paschatis*, *Pentecostes*, *Scenopezias*, *Tubarum*, dies *expiationis*; vel denique certis annorum intervallis recurrebant; qualia erant annus *Sabbaticus* & *Jubilæus*.

SABBATUM.

XI. Vox *Sabbatum*, à quiete deducta, vel septimum diem, Gen. 2: 2. Exod. 20: 10. vel septimi anni otium, Lev. 25: 4, 5, 6. denotat. Longior translatio est, cum ipsam septimanam comprehendit; unde appellatio *μία σαββάτων*, Matth. 28: 1. ita Marc. 16: 2.





16:2. conf. v.9. vide & Luc. 18: 12. Lev.23: 11,15. Sabbati autem confideranda est *origo, celebratio, causa, & abrogatio.*

XII. *Origo* ejus non altius repeti potest, quam à tempore datæ mannae *Ejus origo.* in deserto, Exod. 16:29. ut supra latius vidimus. vide lib.2:c. 5. §.10. &c. & lib.3:c.7. §.5.&c.

XIII. *Sanctificatio* consistebat 1. in quiete 2. rectoque ejus usu, *Sanctificatio ac quies.* Lev. 23: 3. *Quies* rigidissime exigebatur, ita ut opus facere capitale foret; Exod:31:14. Num.15:32,35. Quod, cum non aliter fieri potuerit, quam ad accusandam operum nostrorum impuritatem, ac ad demonstrandum ea morte digna esse; antequam peccatum in mundo foret, tale præceptum ac tale Sabbatum ne cogitari quidem potest. Licitæ tamen erant opera necessitatis, charitatis, pietatis, ac civilis honestatis. Luc. 13:14,15. Matth. 12:3,4,5. Judæi vero, addictius fervire fuerunt, præcepti hujus severitatem ac rigorem etiam adauxere, & multa alioqui licita die isto nefasta esse iusserunt. Posteriores autem Judæi epulis & voluptatibus carnalibus istum diem celebrare cœperunt. In quo tamen cultu, qui ab una parte minutis quibusdã ceremoniis & tricis, ab alterâ parte conviviis & voluptatum usu constat, omni feriâ pietate neglecta, maximam religionis suæ partem constituunt, taleque Sabbatum universæ lægis observationi æquant.

XIV. Præsertim requirebatur bonus sacræ *quietis usus.* Unde ex scopo & æquitate præcepti magis, quam vi literæ ipsius, illo die in colloquia & cœtus ibant, quietis istius mysterium revolvebant, & precibus, ac reliquo cultu Deum propitiabant, seque Deo dignos præstabant, 2.Reg.4:22,23. Vide tamen præscripto illo die sacrificia, Num. 28: 9, 10. & adhibitum tantum sacrum, Psal. 92:1.

XV. *Causa* instituti Sabbati erant, tum *communes*; ut divini cultus observatio, hominum ac jumentorum quies, repetita creationis mundi memoria: tum magis *proprie*; ut memoria liberationis ex Ægypto, Deut. 5:15. tum iusuper *mystica.* Sabbatum enim, cum in quiete potissimum consisteret, prorsus typicum erat.

XVI. Unde, *respectu hominum,* Sabbatum ita opera eorum impura declarabat; ut tamen populo Dei Sabbatissimum reliquum esse monstraret; onusque demendum; & Ecclesiam in libertatem vindicandam; eamque tum sub N. T. in terris prælibandam; tum præsertim, peracta vitæ hujus septimana, in cœlo plenissime perfruendam testaretur, & dato pignore addiceret. *Itaque superest Sabbatissimus populo Dei. Nam, qui ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requievit ab operibus suis, quemadmodum à* *suis.*

suis Deus. Hebr. 4: 9, 10. conf. Apoc. 14: 13. Esai. 66: 23. Sic & *respectu Christi*, Sabbatum quietis ejus in sepulchro olim eodem die peragenda, ubi ab *anima sua labore*, Esai. 53: 11. requiesceret, umbram gessit. Cuius quietis Christi nos fide participes facti, quiescimus à jugo legis, & potestate peccati & operum carnis. Hebr. 4: 19, 10, 11. Inde Sabbatum typus & *signum* appellatur *sanctificationis* per Messiam dandæ, Exod. 31: 13. Ezech. 20: 12. Unde maximè Sabbati religionem in mystica illa quiete constituisse, eamque sanctam, & cultus sacri partem fuisse, patet.


Illius abrogatio.


XVII. Atque hinc ultro diei *illius abrogatio* consequitur. Cum 1. typis omnibus per Christum expletis ac expunctis, nulla nunc quies hoc modo sacra sit, nec in eo cultus Dei consistere possit. Adeoque nullum propriè dictum Sabbatum nunc dari queat; cum illud revera nihil aliud sit quam mystica quædam quies. *Ne quis igitur vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte festi, aut novilunii, aut sabbatorum: quæ sunt umbra futurorum, corpus autem est Christi.* Col. 2: 16, 17. *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos. Metuo vobis, ne qua frustra laboraverim in vobis.* Gal. 4: 10, 11. Accedit 2. quod Sabbatum non solum ut typus cessare debuit; sed etiam ut onus (cum operum nostrorum impuritatem carperet, ac nondum plenè expiata ea testaretur) amovendum fuerit. 3. præfertim cum uni tantum populo olim datum fuerit, *per generationes ipsorum*, Exod. 31: 13, 14. Quo verbo duratio Israël in ista politia, antequam gentes ad Ecclesiam adductæ forent, denotatur. 4. Nec novæ Ecclesiæ de ea verbum ullum factum sit; quippe cui non alia lex, quam fidei & charitatis tradita est. Ad quam Sabbatum non pertinet. 5. Sicut & reipsa, post adventum Christi, Sabbatum deletum ac obliteratum; & primus septimanæ dies, tanquam novi temporis exordium, ad publicum cultum assumptus est. Cum ergo nec de die, nec de quietis rigore jam quicquam reliquum sit, certè Sabbatum ipsum abrogatum esse, nimis quam manifestum est.

Nec ejus in locum successit dies Dominica.

XVIII. Non enim diei illius sanctitas in *Dominicum diem* translata est. Nam, præterquam quod nullâ divina auctoritate id factum ostendi potest; & solo primævæ Ecclesiæ iudicio ac exemplo ad celebrandam resurrectionis Christi memoriam hic dies in publicum acceptus sit: ille nulla sui parte Sabbatum refert. Cum nec sanctior sit hic dies reliquis diebus; nec quies ejus peculiariter sancta habeatur; aut in sese cultus Dei, vel cultus ejus pars sit; nec denique opus facere per sese tum eo vetitum, aut tantò rigore prohibitum sit, modo divino cultui impedimentum non fiat.

Quæ





Quæ omnia tamen in Sabbato locum habebant, atque illud proprie constituebant: nunc autem aliter se habere omnibus constat.


XIX. Sabbati cultum sequuntur *Neomenia*, quarum mentio fit Num. 10:10. & 28:11. Ezech. 46:1,3. 2. Chron. 2:4. Quas veteres Judæi à Lunæ phasi ac prima ejus apparitione, cui observandæ certi quidam Sacerdotes præfecti erant; hodierni autem ab ejus conjunctione cum Sole computant. Unde olim cum incerti forent, unde novæ lunæ exordium sumendum esset, biduo illa celebrare solebant, ob *dubium de luminaribus*, ut loquuntur Judæi. Quod & 1. Sam. 20:24,27. factum videtur.

XX. Non erat vero dies ille proprie festus ac facer, aut tam rigidâ quiete celebrandus; sed cultus ejus in peculiari sacrificio potissimum consistebat, Num. 28: 11. ac porro convivii ac epulis transigebatur, 1. Sam. 20: 5. Quanquam & ad Prophetas consulendos pii tum convenire solebant, 2. Reg. 4:23.

XXI. Instituta sunt novilunia, tum in creatæ lucis memoriam, utque populus à Gentium superstitione & Planetarum cultu avocaretur; tum expiandis noxis præteritis, quo sacrificium illius diei spectabat; tum denique adumbrandæ innovationi omnium rerum, & novæ luci, quæ mundo ac Ecclesiæ per Messiam olim oritura erat. *Ne quis vos judicet in parte festi aut novilunii. Quæ sunt umbra futurorum; corpus autem est Christi.* Col. 2: 16, 17. *Si quis est in Christo, nova creatura est. Vetera præterierunt; ecce nova facta sunt omnia.* 2. Cor. 5: 17. *Et fiet ex quo novilunium erit, in novilunio suo -- veniet omnis caro ad adorandum coram me; dicit Jehova,* Esai. 66:23.

C A P U T X V I I I.

De tribus Festis anniversariis.

I.  Esta singulis annis recurrentia erant 1. Festum Azymorum. 2. Pentecostes. 3. tabernaculorum. 4. tubarum. 5. dies expiationis magnæ. Inter quæ tria priora eminebant, ac per *ἑξοχὴν* anniversaria appellantur.

II. Ac celebratio eorum in eo consistebat, quod Israëlitis omnibus, maribus ab anno ætatis vicesimo ad quinquagesimum, Hierosolymis coram Domino comparandum, & festum summa cum lætitia agitandum foret,


foret, Exod.23:17. Deut.16:14. Qui sollemnis univērsæ gentis ad unum templum conventus apprimè ad unitatem cultus conservandam faciebat; ac sacrorum majestatem valde adaugebant, quorum faciem longè augustissimam in tam celebri populi panegyri præferebant; denique fidelium omnium ex universo mundi sub Christo conjunctionem de longinquo adumbrabant.


FESTUM AZYMO-
RUM. III. Festum *Azymorum*, quod una cum Paschaté incipiebat, per totam Judæam, Pascha autem tantum Hierosolymis celebratum fuit: ac, præter agnum Paschalem; tum in peculiaris sacrificii, tum in manipuli frugum oblatione constitit; qui decimo sexto mensis, qui dies septimanæ primus erat, in typum resurrectionis Christi, offerri debebat; qui tanquam primitiæ nostræ hoc ipso die è mortuis resurrexit, factus ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, 1. Cor. 15: 20. vide Lev. 23: 6, 7, 8. Num. 28: 19. Lev. 23: 10, 11.

PENTE-
COSTE. IV. Alterum festum erat *Pentecoste*, quod *festum septimanarum* Scriptura appellat, Exod. 34: 22. quia septem septimanæ à Paschate numerandæ erant. *Pentecoste* autem Græci vocant, quod quinquagesimus à Paschate dies foret; qui ab altera Paschatis die, ceu 16 mensis Nisan, computandus erat, Lev. 23: 15, 16. Act. 2. 1. 20: 16.

Ejus cele-
bratio, V. *Celebrationem* hujus festi quod attinet, unico die illa absolvetur, qui sacer, & sancta quiete celebrandus erat. Num. 28: 26. Lev. 23: 21. Consistebat ea in duobus, 1. in peculiarium sacrificiorum oblatione, Lev. 23: 18, 19. 2. in oblatione duorum panum, qui peractæ messis primitiæ erant, Lev. 23: 17.

ratio &
mysterium. VI. *Causas* ejus Judæi non nisi frivolas dant, in numero quinquagenario multum nugantes. Veræ autem consistunt, tum in præteritorum beneficiorum grata commemoratione; videl. *data Legis*, quod hoc die contigit, quodque summum gentis illius præ aliis omnibus nationibus decus erat: *ingressus in terram Canaan*, quam promissam sibi à Deo hereditatem hoc tempore libare primum cœperunt, Jos. 3: 15. & *peracta messis*, novarumque frugum, quarum primitias hoc tempore offerebant: tum præsertim in futurorum ac meliorum bonorum sub Christo figuratione ac oblatione: non enim sine mysterio est, quod eodem die, quo Veteris T. ad montem Sinai initium factum est, deinceps Novum quoque Test. inauguraretur, & Spir. S. donaretur. Et novæ messis primitiæ, ac novum munus, quod tum offerebatur, quid, nisi Apostolorum initiationem, & novæ Ecclesiæ primitias, per Petri concionem, quem





Tertullianus primum clavem imbuiffe dicit, adductas, Deoque oblatas, significat ?

VII. Sequitur festum *Scenopegias*, cujus fimiliter tempus, celebratio, FESTUM TABER-
& causæ considerandæ sunt.

VIII. *Tempus* ejus incidēbat in 15 diē mēsis Tifri, qui primus erat NACU-
anni civilis, durabatque septem dies, quibus in tabernaculis commora- LORUM.
bantur. Octavus autem, quo tabernaculis exibant, ut & primus illius fe- Ejus tem-
sti, peculiari religione sacer erat, & publicā panegyri celebrabatur ac fi- pus.
mul frugum ferotinarum primitiæ offerebantur, & Deo gratiæ pro uni-
versa messe offerebantur. Exod. 23:16. Lev. 23:34-36. Num. 29:12. Deut.
16:13-15.

IX. Agitab tur hoc festum in tuguriolis & umbraculis, à quibus festo Celebratio.
nōmen, ex frondibus, in ædium fere tectis extractis; quæ non in fasti-
gium surgentia, sed plana & cubantia erant. Deligebanturque in hunc
usum arbores frondosæ & comatæ, ac vivacioris succi, quæ virorem suum
per dies aliquot conservare possent, Lev. 23:40. Neh. 8: 16. Singulisque
diebus sacrificia quædam peragebantur, Num. 29: 13-34. universusque
populus in cœtus ac conciones prodibat, ramos palmarum præferentes, ac
festum in modum agitantes, & sacrum carmen, Hofanna dictum, incla-
mantes. Quo respici videtur Matth. 21: 9. *Turba, quæ præibat, & quæ*
sequebatur, clamabat, dicens, Hosanna Filio David. Quod cum sollempnius
& crebrius facerent die octavo, seu ultimo, ille *Hosanna Rabba* appellaba-
tur. Eodemque die aqua è fonte *Siloe* hauriebatur.

X. Tandemque huic festivitati dies nonus superaddebatur, quo festum
lætitie Legis agebant; cujus lectionem illo die absolvebant, rursusque in-
choabant.

XI. *Causa* hujus festi, ut in reliquis, duplex erat; veterum beneficio- Ratio &
rum commemoratio, & futurorum adumbratio. Ita enim Israëlitæ er- mysteri-
rorum suorū in deserto, totque annorum in tentoriis actorum, recor- um.
dabantur, Lev. 23: 43. Deoque pro illis finitis gratias agebant. Ita etiam
publicas Deo agebant gratias ob collectas atque reconditas omne genus
fruges. Atque altius quoque spectare docebantur. Cum enim integram
hebdomadē in tuguriolis istis habitarent, sese advenas in terra esse con-
fitebantur, nec sedes mansuras in ea habere; quod toto incolatus sui tem-
pore identidem fateri, ac ad meliores sedes interim suspirare, jubebantur.
Scimus nos, si terrestris hujus domus nostræ tabernaculum dissolutum fue-
rit, aedificium ex Deo habituros &c. 2. Cor. 5: 1. *Quamdiu sum in hoc ta-*
berna-

bernaculo, ἐν τῷ τῷ σκηνώματι *justum duco*, *expergefacerere vos* &c. 2. Pet. 1: 13. Cumque Zacharias cap. 14: 16. festum hoc sub N. T. extremis ejus temporibus, ubi Ecclesia tabernaculis illis exire, ac sæculo valedicere, Christoque occurrere gestiet, celebrandum dicat; ad Christum illud quoque spectat. Et per ramos illos ac frondes Ecclesiæ sæcunditas, Joh. 15: 1, 2. Psal. 92: 13, 14. & per aquarum libationem Spiritus Sancti copia, Christo ipso interprete Joh. 7: 37. adumbratur.

XII. Inter duo illa posteriora festa duo alia intercurrent eodem mense Tifri; nempe *Festum Tubarum*, & dies *Expiationis magna*.

PESTUM
TUBA-
RUM.

XIII. *Tubarum festum* agebatur ipsis novi anni calendis, seu initio mensis Tifri; quo tempore Judæi mundum creatum statuunt: Lev. 23: 24. Num. 29: 1. Eratque Neomenia illa celebrior quam reliquæ; & tum sacro κηρύγματι ac quiete, Lev. 23: 24. tum frequentioribus sacrificiis, Num. 29: 1, 6. tum denique tubarum clangore, à mane ad vesperam, *celebrabatur*.

Ejus ratio
& myste-
rium.

XIV. *Cause* illius erant, mundi, hoc anni tempore, uti fere credebant, creati, memoriam renovare; ac novum annum ritè auspiciari; annum denique gratiæ, qui in fine dierum exiturus erat, isto tubæ sono ac clangore promulgare; *annum* videl. illum *acceptationis Jehovah*, Esai. 61: 2. quem Christus olim prædicaturus ac late annunciaturus erat. *Clangite in novilunio buccina, in interlunio, die festi nostri*, Psal. 81: 4.

DIES
EXPIA-
TIONIS
magna.


XV. Dies decimus ejusdem mensis erat dies expiationis *magna*, *Kippurim* dictus; qui inter Judæos longè sacratissimus erat, ac sacro clangore, quiete, peculiari sacrificio, jejunio denique celebrabatur. Lev. 23: 27, 28. Num. 29: 7, 8, 9. Cujus sacri tum *historiam*, tum *mysterium* paulò propius considerare operæ pretium est.

Ejus cele-
bratio; ra-
tione Pon-
tificis
(cujus hic
preparatio).

XVI. Ac *Pontificis* quidem hoc die nobile imprimis ac primarium munus erat: cum ille fere solus hoc tempore sacris operaretur; omniaque tum majora, tum minora sacrificia perageret.

XVII. Ac primo quidem *preparatio* ejus varia erat: 1. septem enim continuis diebus à domo ac uxore sua separatus, ne alicunde pollueretur, in templo perpetuo debebat. 2. & quotidie sacra obibat, ut ipso expiationis die promptior ad ea foret. 3. Ac, si quid in sacrificiorum ordine ignoraret, à quibusdam magni confessus Senatoribus erudiebatur. 4. Deducebatur etiam in conclave Aphetines, ceu odoramentorum, ut suffitus faciendi rationem edisceret. quod difficillimum habebatur. 5. Inde ad juramentum adigebatur, ne quid in eo immutaret, ubi solus in adyto







versaretur. 6. vesperâ festum antecedente parco utebatur cibo, ne de nocte inquinaretur. 7. noctemque eam fere insomnem ducebat; & legebatur aliquid coram ipso, vel musico concentu oblectabatur. 8. Si vero pollui ipsum nihilominus contingeret, Segen, seu Pontificis vicarius in locum ejus surrogabatur. His peractis, albescente aurora, 9. ad domum lotionis ducebatur, juxta legem Exod. 30: 20. Quinques autem eo die totum corpus, & decies manus pedesque lavabat; cum toties ministerium mutare deberet. 10. Lotus induebatur vestibus aureis, mactabatque sacrificium jüge, & suffitum ordinarium faciebat. 11. Dein rursus lavabatur, & vestimenta alba sumebat, accingens jam sese ad sacra hujus diei obeunda; quorum hi præcipui erant actus.

XVIII. 1. Juvenum pro se & domo sua, offerebat, & confitebatur. ^{Et actus}
 Lev. 16: 3. Hebr. 7: 27. 2. Tum duo hirci adducebantur; quorum unus ^(sollemnis)
 immolandus, alter in desertum ablegandus erat. Qui fortibus discernabantur; atque ad hirci emissarii caput vitta coccinea alligabatur. 3. Quo factô redibat Pontifex ad juvenum suum; & rursus confitebatur; non pro sese & domo sua tantum, sed pro universis filiis Aaron, Lev. 16: 5-11. 4. Post hæc thuribulum, quod illo die aureum erat, Hebr. 9: 4. prunis ex altari implebat, atque ex alio thuribulo suffimenta capiebat, & ad Sanctum Sanctorum contendebat. 5. Quod cum intrasset, thuribulum deponebat, injectisque odoribus fumi nubem excitabat, quæ locum impleret & adspectum prohiberet. Quo factô mox exhibat. Lev. 16: 13. 6. Mactabatur porro juvenus. Cujus sanguinem in adytum inferebat, & coram Arca sursum deorsumque aliquot vicibus spargebat, ut sanctuarium mundaretur ab immunditiis filiorum Israël, Lev. 16: 14, 16. Mactabatur deinde hircus; similiterque sanguis in adytum inferebatur, eodemque modo libabatur. Lev. 16: 15. 7. Præterea ad velum, quod coram Arca erat, exteriori parte, eodem modo libationes fiebant, sanguisque spargebatur, ac tabernaculum conventus expiabatur. Lev. 16: 16. 8. Similique rore altare aureum, seu suffimentorum, lustrabatur. Lev. 16: 18, 19.

XIX. 9. Hinc ibatur ad hircum emissarium, cui Pontifex manus suas, & sollemni confessione edita, universi populi peccata imponebat. 10. Quibus ille onustus à viro opportuno in desertum educabatur, compellente undiquaque populo. 11. Ferunt autem inter Hierosolytamam, locumque quo educendus erat, idoneis intervallis stationes ac tentoria disposita fuisse: proceresque Hierosolymitanos cum ad primum lapidem deduxisse: aliam pompam ulterius ivisse: ab ultimo autem taber-

naculo ad locum destinatum à duce suo solo perductum. 12. Quo cum pervenisset, ex rupe præcipitatum; albescente interea, ut ipsi quidem narrant, filo coccino; quod faustum peractæ expiationis signum erat. Unde illud cornuum cantu aliisve signis ingenti populi lætitia significabatur.


XX. 13. Dum hæc in deserto fierent, Pontifex adipem juveni ac hirci adolebat, & sectiones quasdam legis recitabat. 14. Exuebat deinde vestes albas, atque aureas sumebat, & arietes agnosque ex præscripto offerebat, Lev. 16:3. & Num. 29:8. 15. Deinde rursus lavabat, vestesque mutabat; & adytum ultimo ingrediebatur, thuribulum aureum inde accipturus. 16. Quo peracto, ablutus iterum, auræ veste reumta, sacrum vespertinum absolvebat. 17. Atque inde ordinario cultu indutus, festo populi comitatu, domum deducebatur, ac cum amicis convivium inibat, multum gratulantibus, quod salvus sospesque ex adyto rediisset.

& populi.

XXI. Populus interea diem hunc 1. animæ afflictione seu jejunio 2. ac sancta quiete, celebrabat. Duo enim divina lex ad expiationem imposuerat, sacrificiorum oblationem, ac animæ afflictionem, seu poenitentiam veram. Lev. 16:29, 30, 31. 23:29-32. Quæ hodie Judæi frivolis quibusdam, & superstitionum nugamentis imitantur.

Illius mysterium.

XXII. Præcipue autem diei illius *mysterium*, ac tam operosi cultus rationem & spiritualem significationem, revolvere debebant. Quæ in sacrificio hoc eo magis conspicua erant, quo illustrius hoc sacrum foret, ac anniversario ritu universæ gentis expiationem perageret. Et manifesta ejus erat ratio; cum nihil nisi passionis, mortis, resurrectionis, ascensionis, ac denique intercessionis Christi foret compendium. 1. *Fuventus* enim & *Hircus*, quibus peccata populi imponebantur, alter laboris & patientiæ, alter petulantia symbolum, Christum pro salute nostra laborantem, nostrasque petulantias lucentem, Rom. 8:3. ostendebant. 2. *Sanguis* eorum *in adytum illatus*, & coram arca adpersus, tum & *odorum copia*, sacerque suffitus; eundem cum proprio sanguine, qui est *sanguis adspersionis*, Hebr. 12:24. in cælum ingredientem, ibique sanguinem illum veluti libantem: *Stat enim in medio throni Agnus veluti mactatus*, Apoc. 5:6. ac vi meritorum suorum pro nobis intercedentem, Apoc. 8:3, 4. significabant. 3. Quo sanguine, uti vetus olim sanctuarium, ita nunc cælum ipsum lustratum est. 4. Cum autem *semel tantum* in anno Pontifex eo intraret, viam ad sanctuarium, tum quidem nondum apertam ac publicam factam testabatur, Hebr. 6:7, 8. 5. *Vestis* autem sacra, tam sæpe sumta, tam sæpe posita, & cre-





& crebræ *lotionis*, sacerdotis nostri plenam justitiam & sanctitatem adumbrabant. 6. Utque populus, Pontifice in adyto commorante, magna in expectatione erat, ac in precibus perseverabat; interimque sacrificia omnia cessabant; aptissima illa Christianæ Ecclesiæ, officiorumque ejus, dum Christus nunc in cœlis degit, imago est. 7. Nec prætereundum, victimarum illarum carnes, quarum sanguis in adyto oblatus erat, extra castra crematas esse, Lev. 16:27. quod, juxta Apostolum Hebr. 13:12. Christum extra urbem passurum docebat. 8. Nec hircus Azazel sive emissarius mysterio carebat: cum ille vel ipsum Christum, qui verè tanquam hircus *δοπιπαι*, seu *δοπιόπι* h. e. mali depulsor, peccata nostra abstulit; vel, secundum alios, populum Judæorum, juxta legem purum, sed petulantem & immorigerum, ac Sammaëli sive angelo mortis pro prædâ ac portione datum; quod de hirco hoc narr. nt Judæi; denotaverit. 9. Denique rigida ejus diei quies, afflictio animæ, jejunium &c. fideles, qui expiationis Christi participes esse volunt, concupiscentiis imperare, terrena negligere, & animæ suæ, h. e. vitæ non magnam rationem habere, docet. 10. In tanta autem umbrarum similitudine magna nihilominus imperfectio hujus cultus elucebat: in Christi autem unico sacrificio plena & vera fuit expiatio electorum omnium, sine ullo loci, temporis, aut personarum exceptione ac discrimine. *Hic est sanguis meus Test. Novi, qui pro multis effunditur in peccatorum remissionem*, Matth. 26:28. *Quem Deus proposuit propitiatorium, per fidem, in sanguine ejus &c.* Rom. 3: 25. Conf. Rom. 10: 8.

CAPUT XIX.

De reliquis Festis.

I. Equuntur Festa, certis annorum intervallis recurrentia, quæ erant, *annus Sabbaticus, & Jubileus.*



II. *Annus Sabbaticus* recurrebat singulis septenniis, inchoabaturque primo die mensis septimi.

III. Atque hæc ejus ratio erat: 1. quod eo anno terram colere non liceret. Vivebant enim tum Judæi ex peculiari benedictione Dei, qui sexti anni annonam immensum sese aucturum promiserat. Lev. 25: 20, 21.

ANNUS
SABBA-
TICUS.
*quomodo
observa-
tus?*

quæ

quæ autem sponte eo anno proveniebant, publici ac communis usus erant. Exod. 23:10, 11. Lev. 25:2, 3, 4. 2. quod debita à fratribus egenis exigere nefas foret. Deut. 15:2, 3. 3. quodque servi, qui ex Hebræorum gente erant, manumittendi essent. Exod. 21:2. Deut. 15:12. Jer. 34:14. Alienigenis non idem juris. Lev. 25:44-46. Incidebat etiam in hunc annum septennalis illa legis prælectio, Deut. 31:10, 11.

Ejus ratio
& myste-
rium.

IV. *Causæ ac usus* ejus festi erant, cum *morales*, tum *mystici*. 1. Revocabantur enim Judæi ab avaritia, & nimia rerum terrenarum cura. Ac æquos & mites erga fratres, qui pauperiores erant, exhibere sese jubebantur: quibus non una ratione confulebatur. Tandemque, lege agraria, terræ fecunditati cavebatur, ne continuo cultu ab avido colono exhauriretur, uberque ejus exaresceret. 2. Depingebat statum hominis ante lapsum, postquam Deus à creatione conquieverat, cum omnis ferret omnia tellus, ac sine difficili labore alimenta ac fruges mortalibus suppeditaret. Præterea publicam illam ac plenam, sub Messia remissionem, ac beatum gratiæ annum, figurabat. Esai. 61:1. Denique æternum vitæ future Sabbathum, ubi nulla exactio, nullus labor, nulla servitus locum habebunt, adumbrabat. Apoc. 14:13.

JUBI-
LÆUS.

V. Anno autem quinquagesimo redibat *Jubilæus*: cujus tum institutio, tum mysterium considerandum est.

Ejus deno-
minatio &
tempus.

VI. Agitur de eo Lev. 25:8. & seqq. 27:23, 24. & Num. 36. ubi appellatur *Jobel*, seu à cornu arietino, seu à suavissimo concentu, quo promulgabatur: inchoabaturque die 10 mensis Tifri, ubi Pontifex Sanctum Sanctorum ingrediebatur, Lev. 25:9. & 16:29, 30. Atque ita ordinabatur, ut immediate ad annum septies septenum seu Sabbaticum semper sequeretur. Alius enim erat annus *Semitah*, qui erat annus quadagesimus nonus; alius annus *Jubilæus*, qui erat quinquagesimus. vide Lev. 25:8, 10, 11.

Observa-
tio.

VII. *Observatio* ejus in hisce consistebat: 1. interquiescebat agrorum cultus, ut anno septimo. Lev. 25:11. 2. agri fundique ad veteres dominos redibant. Lev. 25:10, 23, 24. Domus autem in urbe exstructæ intra annum redimi debebant; alioquin emtoribus in perpetuum cedebant, exceptis Levitarum ædibus. Lev. 25:29. 3. Servi omnes, qui Hebræi erant, sive vellent, sive nollent, libertati restituebantur. Jer. 34:16, 17. Debitorum autem remissio hoc anno non videtur obtinuisse, cum annus 49 annus remissionis fuisset. Differebat vero annus Jubilæus ab anno demissionis, quod jubileo postliminii veluti jure possessionum daretur restitu-





stitutio, quo carebat annus dimissionis: quodque servi planè ac necessa-
rio in libertatem vindicarentur, cum anno septimo solum, si vellent, di-
mitterentur. Exod.21:4. Unde merito maximè lætus hic annus Israëlitis
affulsit.

VIII. *U*sus ejus, qualis & in aliis festis, pertinebat, partim ad *mores*, par-
tim ad *mysterium*. Prius quod attinet: 1. ostendebat Deus, se unum ter-
ræ istius dominum, Israëlitas colonos tantum esse, qui nihil sine nutu ac
voluntate ejus possiderent. Unde anno jubilæo agri fundique omnes de
integro ad ipsum revolvebantur, iisque, quibus in prima partitione ab
ipso assignati erant, rursus cedebant. *Terra ne venditor lege mancipii, mea
enim est illa terra. Nam peregrini & inquilini vos estis apud me.* Lev. 25:
23. 2. Cavebatur etiam familiarum honori ac conservationi, præsertim
cum illæ, ad Messix tempora, discretæ ac inconfusæ manere deberent; &
pauperioribus, ne ad extremam egestatem delaberentur, non solum septi-
mo quoque anno novis tabulis consulebatur; sed quinquagesimo anno
plenum jus restitutionis in integrum erat. 3. Ac, æqualitate quoad fieri
poterat servata, divitum avaritiæ frenum imponebatur, ne nimium insur-
gerent, ac fratribus suis graves essent. *Vae vobis continuantibus domum
cum domo, & qui agrum ad agrum approximant, eo usque ut non sit locus,
& efficitis ut soli habitetis in terrâ.* Esai. 5:8. 4. Servisque ad libertatem
aditus dabatur; ac, si frugi essent, honesta ratio sese ipsos sustentandi mon-
strabatur. 5. Denique usum politicum ac Ecclesiasticum ad tempora
ordinanda, Jubilæorum cyclus habebat.

IX. Sed potior erat usus *mysticus*; cum annum illum gratiæ & liberta-
tis, quem Christus annunciaturus foret, figuraret; qui prædicato Euan-
gelio ceptus, in futura tandem vita plenissimè consummabitur. Qui est
annus ille *acceptationis Jehova שנת רצון* Esai. 61:2. coll. Luc. 4:17,
19. *καιρός ἐν ᾧ προσδεχθήσεται, & ἡμεῖς σωθήσεται*, 2. Cor. 6: 2. Conf.
Rom. 10:18. Zach. 9:14. qui omnes prisci jubilæi figuras, omnesque ejus
numeros ac modos explet. Ut enim ille, servis libertatem; pauperioribus
avitas possessiones; cunctisque immensum gaudium dabat: terrâ ipsa fe-
riari & quiescere iussâ, ne quidquam religiosæ lætitiæ obstaret: ita
Euangelicus Jubilæus, post Christi in cælo apparitionem, ceptus, plenam
& veram peccatorum remissionem, *condonatis omnibus lapsibus*, Col. 2:
13-15. Rom. 8: 1. plenam & veram libertatem, Joh. 8: 32, 36. sum-
mumque gaudium, Phil. 4:4. Rom. 14:17. affert: nosque, cælo olim exu-
les, in avitam hæreditatem reducit: ac terrena interim omnia minora du-

cere, nec iis nimium immergi, Matth. 6:33. ac, appropinquante jam jubilæo nostro, non nimis magnum iis pretium statuere jubet. Quo pertinent verba Apostoli 1. Cor. 7:29-31. *Quoniam opportunum tempus est angustum in posterum: quæ uxores habent, sint ut non habentes; & qui flent, ut non flentes. Præterit enim tὸ ἄρμα huius mundi.* Erit autem Jubilæi nostri consummatio in caelis, cum sono tubæ ultimæ; qui perfectam Ecclesiæ libertatem, quietem, & gaudium feret: ad quem statum fideles omnes ferventi corde anhelant. *Ipsè Dominus cum celestimate, cum voce Archangeli, & cum Dei tuba descendet de caelo.* 1. Thess. 4:16. Conf. Matth. 24:31. 1. Cor. 15:52. *Ob spem, quod & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei,* Rom. 8:20, 21. Matth. 25:21. *Letitia sæculi fiet ipsis.* Esai. 61:7.

*Jubilæus
Pontifici-
us.*


X. Jubilæum autem Judaicum in Ecclesiam invexit Bonifacius Octavus, A. C. 1300. Quem ad minora spatia contraxit sequentium Pontificum avaritia, & nunc vigesimo quinto anno celebrant; indulgã iis, qui anno isto Romam adeunt, & Sanctorum limina venerantur, plenissima peccatorum remissione. Concessis etiam, ne superstitio interim relanguesceret, aliis quibusdam locis ac templis Jubilæis particularibus. Insigni in populum Christianum contumelia, ac ludibrio; dum, non ferenda impostura, peccatorum remissionem, ut certis quibusdam personis, frivolisque ritibus, ita certis locis ac temporibus alligant. Quasi ea non publica sit, omnibusque verè in Christum credentibus ex æquo ubique ac semper representetur. *Quæ ex fide est justitia, sic dicit: ne dicas in corde tuo, quis ascendet in cælum — aut quis descendet in abyssum? Prope te est verbum in ore & in corde tuo.* Rom. 10:6, 7, 8.


*Festiva lu-
daorum
humana.*

XI. Præter festa hæc divino iussu instituta, accessere & alia nonnulla ab hominibus introducta. Qualia fuere *jejuniorum* quidam dies, in memoriam exilii Babylonici, Zach. 7:3, 5. & 8:19. Festum *Purim*, seu sortium, de quo Esth. 9. Templi *Encenia*, in memoriam repurgationis à Judæa Maccabæo peractæ, 1. Macc. 4:59. Joh. 10:22. Ut festum *ξυλοφορέας*, de quo supra, aliaque nonnulla, quæ Judæi hodie celebrant, omittam. Qui dies, cum diem festum ac sacrum instituere, ac Ecclesiæ potiorum bonorum sacramenta dare, solus Dei sit; politici potius, quam sacri habendi sunt. Talisque etiam eorum cultus fuit.

*Festorum
sub N. T.
ABRO-
GATIO.*

XII. Unde festorum quoque sub N. T. *abrogatio* patet. Cum enim dies festi 1. vel peculiaria populi Judaici beneficia spectarent, Ier. 16:14. eorumque in Cananæam introductione, ac quietâ terræ illius possessione, absol-





absolventur : vel 2. potiorum sub N. T. bonorum umbræ , & Christi unius typi forent : ac 3. denique observatio eorum peculiaria quædam requireret , quæ in terra ista præstari tantum poterant : satis constat in Ecclesia Christiana sub N. T. illos locum habere non posse. Unde & Christus, adimplendis ac consummandis iis, in ipso festorum omnium concursu & ἀκριβῆς mortuus est.

XIII. Nulla ergo sub N.T. dantur festa; imo, salvo eo, ne dari quidem possunt; nulli dies peculiari religione facti, quales olim sub Vet. Test.; nulla temporum sanctitas vel discrimen. Utcunque enim peculiaribus quibusdam diebus præcipua Novi Test. beneficia celebremus, ac ordinarium nostrum cultum die quo Christus è morte resurrexit frequentemus; hoc tamen absque ulla diei istius aut temporis religione facimus. Nec enim dies distinguimus, nec unum præ alio æstimamus, nec in feriando sanctitatem collocamus, nec quietem aliquam mysticam introducimus; quæ temporum religionem absolvunt: sed ad cultum publicum ex mandato Dei celebrandum, ut certo loco, ita & tempore, coimus, ac cum universa Ecclesia coram Deo lætamur; quod charitatis & religionis est.

XIV. Flagitia autem in Ecclesiam Christianam commiserunt Pontificii, cum universum Veteris Test. choragium Christiano populo adaptarunt: & sicut personas, & actiones, & loca sacra, sub Nov. T. reduxerunt, ita idem de temporibus sciverunt; totque dies festos, ob mysterium, ut ajunt, observandos, adeoque aliis diebus verè sanctiores, & cultus divini partem, non in Dei solum, sed, quod turpissimum, in sanctorum quoque hominum honorem, introduxerunt. Qui gradus ultra Judaïsmum est, ac Ethnicorum idololatriam sapit.

*Male illa
interpolata
in Papisimo.*

LOCUS VIGESIMUS QUINTUS

D E

Cæremoniis Judæorum privatis &
omnium abrogatione.

C A P U T X X.

De Iudæorum Vestitu.

Ceremonia I.
Iudæorum
privata.



Ost cerimonias publicas, sequuntur privatæ. Ita enim gentem istam Deus instituerat, ut perpetuis repagulis eam cohiberet, & continuo veluti legis septo includeret; ut nihil publicæ privatæque rei nisi ipso arbitro agere posset. Unde non foris solum & in publico cultu, sed & domi privatimque multa observanda habebat.

Quotupli-
ses?

II. Ac cerimonix quidem privatim servandæ, cunctisque communes, 1. circa vestes. 2. circa cibos. 3. circa purificationes quasdam carnis versabantur. Hebr. 9: 10.


Circa
VESTI-
TUM.
à quibus
in eo ca-
vendum
esset?

III. In vestitu quædam cavenda erant; quædam observanda.


IV. Ad prius genus pertinet 1. quod lanæ linique fila vario textu miscere ac inter se confundere vetarentur; simplici autem munditie contenti esse deberent. Lev. 19: 19. 2. quod marem scæminæ, ac mulierem virili cultu conspici nefas esset. Quod ad pudorem & honestatem pertinebat. Deut. 22: 5. 3. quod idololatrarum in modum verticem attondere, aut genas turpare, *circumcidere pilos ad latus capitis, aut corrumpere latus barbæ* non liceret. Lev. 19: 27. 4. quodque ob luctus sævitiam corpus incidere ac deformare, *casuram aut stigma insculpere carni in mortui gratiam* prohibitum esset, Lev. 19: 28. Modeste enim amicorum fato functorum, tanquam absentium, desiderium ferendum erat. 1. Theff. 4: 13. *Nolim vos in ignorantia versari, fratres, quod ad eos attinet, qui obdormierunt, ut ne contristemini, sicut & reliqui, qui spem non habent.*

Quid in iis
observan-
dum?

V. Ad secundum spectabant leges de vestimentorum fimbriis, quas ציצית appellat; deque phylacteriis, טוטפות / & תפילים / מוזות / dictis.







VI. Jubebantur enim Judæi, lege Num. 15: 38-40. Deut. 22: 12. extremis vestium oris filorum, coloris hiacinthini, silvam, seu penicula-
 menta quædam, qualia è tela dependere videmus, attexere; ut mnemo-
 syno isto de præceptorum Dei observantia admonerentur. Qualia & Ser-
 vatores gestasse videtur, ex Luc. 8: 44. Cum verò Pharisei ambitiosè
 nimis ista venditarent, ac religionis ferè arcem in illa cultus divini lacinia
 ac particula constituerent, superstitione eorum non leviter tangitur Matth.
 23: 5. *Omnia opera sua faciunt, ut spectentur ab hominibus: quippe dila-
 tant phylacteria sua, & produciunt fimbrias palliorum suorum.*

VII. Hisce filamentis addunt præterea capsulas quasdam, ex corio *Fimbria*
 confectas, legis quibusdam particulis inscriptas, quas precaturi fronti vel
 brachiis præcingunt, & תפלים appellat: similiterque ædium sua-
 rum postibus adfigunt, magico propemodum ritu; tanquam precamina
 & amuleta, averruncandis malis spiritibus, unde מוזזות / ab ædium
 postibus, & *phylacteriorum* appellatio. טוטפות enim originitio in-
 certa est.

VIII. Omnem autem hunc ritum ex Deut. 6: 4-9. *Etiã alligabis ea An front-
 in signum manni tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos. Denique talia?
 inscribes ea postibus domus tuæ, & portis tuis, deducunt. Cum potius pa-
 ræmialis ibi locutio sit, & accurata legis observatio commendetur, qua
 eam veluti in oculis ac manibus gestare, nec unquam obtutum vel gressum
 ab ejus præscripto dimovere jubentur. Unde, non frontalia conficere,
 circa quæ Judæi, relicto legis sensu, adeo insaniunt, sed præcepta Dei
 in frontalia & pro frontalibus habere, h. e. pro perpetuo memoriali, ut
 Exod. 13: 9. explicatur, lex jubet. Nec de verbis & sententiis quibus-
 dam legis, quas supersticiosè excerpunt, sed de universa lege, ejusque ob-
 servatione, ac rebus ipsis Deut. 6: 8. fermo est. Similes loquendi modi
 occurrunt, Prov. 3: 3. *Gratia & veritas ne derelinquat te, alliga eas cervici
 tuæ, inscribe eas tabulis cordis tui, coll. v. 6. & cap. 6: 20. Retine, fili, præce-
 ptum patris tui -- alliga ea cordi tuo jugiter, liga illa ad collum tuum: quum
 ambulas, ducet te; te decumbente, servabit &c. Conf. 8: 6. Pone me ut si-
 gnum in cor tuum, ut signum in brachium tuum. & Job. 31: 35, 36.**

CAPUT XXI.

De discrimine Ciborum.

Post vestes I.
sequuntur
CIBI.



On fatis erat Deo vestes earumque usum discrevisse, nisi post ornatum quasi superficiarium, rationem victus & ciborum, qui in ipsam hominis substantiam convertuntur, edoceret quoque. Ubi considerandæ veniunt. 1. *Leges cibarie* V. Test. 2. *Earum cause*. 3. *Abrogatio*.

Ante lapsum etiam
carnes
concessæ.

II. *Ante lapsum* fuit etiam lex quædam cibaria; interminatus enim erat homini usus arboris scientiæ, Gen. 2:16, 17. de quo superius. Præter hoc interdictum nihil illi tum præstandum erat aliud, cum ceteras herbas homini concessisset Deus. Gen. 1:29. At, vero quæri solet, an præter herbas *carnes* etiam concessæ fuerint? quod omnino patet ex universali dominio, concessio homini à Deo in omnes creaturas: *Et dominantur in pisces maris, & in alites cæli, & in pecudes, & in totam terram, & in omne quod se movet super terram.* Gen. 1:26. Quod dominium in bestias, sine maculatione & usu earum, inane fuisset. De loco Gen. 1:29, 30. vid. supra lib. II. cap. I. §. 20.

Vi & post
lapsum.


III. Statum post peccatum quod attinet, usum *carnium* viguisse, liquet 1. *Ex sacrificiis antediluvianis*: ubi enim sacrificia, ibi mos perpetuus ex iis comedendi. *Maclavit Jacob animalia, & invitavit cognatos suos ad comedendum cibum &c.* Gen. 31:54. *An nescitis, eos qui sacris operantur, ea que ex sacrario sunt, edere, & qui altari assident, cum altari participare?* 1. Cor. 9:15. conf. Num. 18:9. Exod. 29:28. Sacrificia vero oblata fuisse supra vidimus. 2. *Pastoritiam artem exercebant*, Gen. 4:2. cuius nullus usus non macclatis bestiis. 3. Gen. 7:2, 3. mentio fit animalium *mundorum & immundorum*; quod discrimen evidenter ponit carniium usum. 7f. 6. 3. 6. 7. 182.

Sanguinis
usus.

IV. Tantum de carnibus. At gravior est quæstio de *sanguine*; num illius usus homini etiam concessus fuerit, tum *ante lapsum*, tum *post eum*, & quidem tam *ante diluvium*, quam *post illud*?

Ante lapsum licitus.

V. Quantum ad *statum integritatis*: nulla ibi interdictio sanguinis occurrit; nec illius abstinentiam natura docet; & quæ deinceps accesserunt interdicta circa sanguinem, typica fuerunt, qualia in statu integritatis non obti-





obtinebant. *Statum peccati* quod attinet: *ante diluuium* non magis vetitus fuit usus sanguinis quam carnis; quem modo probavimus: tum vero vel sufficit nullo præcepto prohiberi; quod aliter circa rem indifferentem ferri & ostendi oporteret.

& post lapsum ante diluuium.

VI. *Post diluuium* occurrit lex sanguinis usum prohibens, Gen. 9:4. *Post diluuium vero vetitus,* *Carnem cum anima sua* (id est) *sanguine suo, non comedetis.* Ubi sanguinis usus vetatur, simulque interdicti ratio redditur; quia scilicet sanguis est loco *anima*, id est, *vita*; sicut & anima pro vita ponitur. Exod. 22:23. *Sim autem noxa fuerit, tum reddes animam pro anima*, id est, vitam pro vita. Constat itaque præceptum hoc post diluuium latum esse: falluntur vero illi, qui morale illud & perpetuum faciunt; cum cerimoniale & typicum fuerit, adeoque temporarium, qualia plura præcepta tum maxime etiam obtinebant.

Præcepto cerimoniali.

VII. Sequitur tertia periodus legis sanguinariæ; à Mose usque ad Christum: ubi sanguinis usu iteratò interdictum fuisse non diffitemur; conceptis enim verbis præceptum hoc in lege traditur: *Nullum adipem* *et nullum sanguinem comeditote.* Lev. 3: 17. conf. c. 7: 26. *Nullum sanguinem comedite in ullis habitationibus vestris; nullius volucris aut nullius bestie.* & clarissime Lev. 17: 10-12. quia scilicet *anima cujusque carnis est in sanguine*, & ille altaribus sacer est ad expiationem faciendam; eodem sensu, ut ad Gen. 9:4. modo vidimus. Et quidem adipis eadem erat ratio quæ sanguinis; hinc etiam in lege *adeps* omnis prohibitus. Lev. 3: 16, 17. & 7: 23-25. Ad hæc etiam pertinet præceptum de *sanguine omni effuso ex animali, pulvere operiendo.* Lev. 17: 13.

item vetitus.

VIII. Præter sanguinem, varia etiam *animalium* genera prohibita erant; de quibus vide Lev. 11. munda tantum videlicet erant, quæ *ungulam habebant fissam*, & quæ *ruminabant*. Fissura autem requirebatur *bifidata*. Cujusmodi animalia, numeros suos implentia enumerantur Lev. 11: 3. Deut. 14: 4. In *piscibus* duo munditici signa observabantur, *pinnule* & *squamæ*, Lev. 11: 9. Quicquid igitur horum alterutro, multo magis utroque careret, profanum erat & immundum. *Avium* *Aves.* nulla nota traditur, tantummodò recensentur immundæ *viginti*, Lev. 11: 13. & Deut. 14: 11. & c. quæ ferme rapaces erant. Inter volucres reptiles permittebat Deus *locustas*, Lev. 11: 21, 22. Adeo ut locustæ ibi edules essent. Vide & Matth. 3: 4. ubi narrat Evangelista, Johannis Baptistæ dapes fuisse *locustas* & mel agreste. Inter *quadrupedes* immundum erat, *Quadrupes pedes.* quicquid *incedebat super marculos suos.* Lev. 11: 27. Inter *reptilia* etiam

*praeter
suis.*

octo species enarrantur, com. 29, 30. Nihil vero immunditie ad *suam* comparari poterat, qua foedius magisque abominabile animal Judæis non erat.

*Rationes
hujus in-
stiumi.*


IX. Jam vero *II. causas* discriminis hujus inter cibos persequamur. Missis autem hic factis variorum opinionibus, nos rem ita censemus. 1. Deo quidem soli constare præcepti sui rationes, nec illarum rerum sigillatim causas posse reddi. 2. generatim tamen per hanc ciborum distinctionem, spiritualem peccati impuritatem significasse Deum, quod omnem Dei creaturam nobis impuram reddit. *Omnia munda mundis; pollutis & incredulis autem nihil est mundum: sed polluta est eorum & mens & conscientia.* Tit. 1:15. Cujus rei signum in abstinentia paucarum creaturarum tantisper dedit Deus, donec Messias omnia purificaret; sicut in purorum esu præfigurabat puritatem suo tempore impetrandam per sacrificium Christi. 3. In immundis animalibus tanquam in imagine representabatur rejectio gentilium, & simul monebantur Israëlita, vitandam esse communionem illorum hominum, qui ut impura animalia erant; uti patet Act. 10:10, 11. ubi notandum, in illo vase Petro oblato, nulla fuisse nisi immunda animalia. conf. com. 11, 12. &c. cum 34, 35. 4. Animalia munda adumbrabant spirituales Sanctorum virtutes, constantiam scilicet cum verbi meditatione conjunctam; quod illorum fissæ per medium ungulæ, & cibi ad rumen revocatio monebant.

*Abrogatio
hujus legis.*

X. *III.* Sequitur legis cibariæ *abrogatio* in N. Test. cujus 1. fundamentum jecit, legemque illam *derogando* quasi antiquavit Christus, divina dictione illa Matth. 15:11. *Quicquid in os impletur, hominem non pollut.* 2. *Abrogata* penitus & reapse sublata fuit ipsa morte Christi, qui post expiatam peccati impuritatem, rerum omnium usum nobis vindicavit & postliminio restituit; ipsum enim fecerat Deus *potestatem habere in opera manuum suarum: omnia posuerat sub pedes eius.* Psal. 8:7. conf. Rom. 8:20. &c. 3. *Abrogata* & oblitterata denique fuit usu, ex ipso tempore ascensionis Christi, post confirmatum Euangelium, Act. 10:11. &c. quando jam asserto in gloriam capite, beneficia ejus pleno alveo in membra redundabant; quod distinctius videbimus.

Probata.

XI. Generale 1. profert effatum Apostolus Rom. 14:14, 17. *Novi & persuasum habeo nihil esse pollutum per se. Non enim est regnum Dei esca & potus.* 2. propius quiddam definit idem Apostolus, ex quo solo tota hæc res confici potest, 1. Cor. 10:25. *Comedite quicquid in macello venditur, nihil interrogando propter conscientiam.* 3. At non solum concessa liber-





libertas, verum legis hujus noxa etiam ostenditur, quando Col. 2:16, 17, 20, 21. cibi inter *umbras* recensentur. 4. Unde etiam Cretenses Judaizantes damnantur hoc edicto: *Omnia munda sunt mundis*. Tit. 1: 15. 5. Quin imo gravissime in ciborum abstinentiam, tanquam *demoniorum doctrinas*, invehitur Paulus 1. Tim. 4:1-4. adjecta ratione, quia *creavit eos Deus, & πᾶν κτίσμα θεῶν καλόν, καὶ ἐδὲν ἀπόβλητον σίτ*: *sanctificatur enim per verbum Dei & intercessionem*. v. 5.

XII. Quid quod totum hoc negotium jam prædictum fuerit sub Vet. Test. Zach. 14:21. *Et erit omnis olla in Hierosolyma & in Juda, Sanctum Jehova, Deo exercituum: & venient omnes sacrificantes & capient ex illis & coquent in eis*. Ut læsæ libertatis Evangelicæ rei sint, qui nunc impurum aliquid esse filii Dei pronunciant; quales olim Tatiani, Manichæi &c. deinceps Monachi, ac cum maximè Papa.

XIII. At minuenda hic restat difficultas quædam circa legem de *sanguine & suffocato*, quæ in N. Test. stabilita & rata fuisse videtur Act. 15. ubi jubetur abstinentia, 1. *Idolothytorum*, com. 20. & 29. id est, ciborum qui reliqui ex sacrificiis idolorum, in convivio apponebantur, 1. Cor. 8:9, 10. 2. *Sanguinis & suffocati*; quorum duorum eadem est ratio. 3. *Fornicationis seu scortationis*; in qua multum laborant interpretes, quorum omissis disputationibus, nobis vero non fit dissimilis eorum sententia, qui, præter ordinariam, illam etiam intelligunt fornicationem, quæ pro re quæ indifferenti habebatur, tam à Judæis, quam à Gentibus: scilicet *περνεία* quæ consistebat in Polygamia & divortiis: quæ à Judæis p̄missa fuisse conficitur ex Matth. cap. 5. & 19. de Gentilibus res in liquido est. Ne igitur libertas an fam daret licentiæ vel scandalo, cavetur hic; vel eo ipso, quod Polygamia & divortium pro *περνεία* & scortatione habeatur.

XIV. Insolens autem & mirum prima fronte apparet, qui *περνεία* accenseatur rebus indifferentibus, atque ut pari modo necessariò conjungantur: at vero vox *ἐπιβάλλουσες* com. 28. proprie non notat *necessarium*; adeo, ut quamvis una ex hisce quatuor rebus simpliciter sit necessaria, nempe scortatio; à potiori tamen numero reliquarum trium omnes dicantur propemodum necessariae.

XV. In hac autem lege nihil necessarium est ex materia rei, aut per se; sed ex fine, scilicet scandali vitandi causa, ne nimium offenderentur Judæi zelotæ, si viderent Gentiles credentes omnes plane ritus Mosaicos negligere; unde injuncta ab Apostolis abstinentia illarum rerum, quas Judæi maxime horrebant; ut nihil inde intertrimenti acceperit libertas Christiana,

*Qua legis
hujus ne-
cessitas?*

stiana, quamvis exercitium illius ad tempus per charitatem temperatum sit, ne cederet in scandalum proximi. *Ne blasphemetur bonum nostrum, ne propter escam destruat opus Dei. Omnia quidem sunt munda; sed malum homini, qui per offendiculum manducat.* Rom. 14:16, 20.

Per quantum tempus obligaverit?

XVI. Hinc patet, quid responderi possit iis, qui definiiri petunt illud tempus, per quod lex hæc obligaverit & obtinuerit; quibus quidem respondere possemus 1. quamdiu periculum scandali fuit à fratribus infirmis. Verum addemus illud etiam 2. quod propius est; diruto jam templo & confirmato ab omni parte Evangelio, cessavit illius necessitas: tum enim *fons apertus propositus fuit domui Davidis, & habitanti Hierosolymam pro peccato & menstruo.* Zach. 13: 1. 3. Quomodo particulatim defierit, ex historiarum monumentis repetendum est; paulatim nempe hic tardius, citius ibi decoxit atque abolita est, pro eo quo erant homines ingenio, & majore aut minore intelligentia rerum sacrarum præditi. Ex qua varietate factum est, ut variis etiam modis, conciliis Ecclesiasticis pœnisque politicis fuerit quandoque renovata; sicut etiamnum à plerisque in Græcia, & paucissimis quibusdam in occidente præpostere ex infelici καλοστασίᾳ observatur:

CAPUT XXII.

De Munditie, Immunditie & Purificationibus Legalibus.

Sequitur
MUNDI-
TIES &
IMMUN-
DITIES.
qua varia.




I. Ræter amictus & edulia, ut vidimus, diligenter distincta, cautum etiam voluit Deus populo suo de munditie; ut ita omni ex parte eos ornaret amplissimè: quam ut pertractemus; 1. *diversas immunditiei species.* 2. *purificationes illis oppositas* lustrabimus.

II. Erat autem omnis immundities pro vario hominis statu quatuor generum; vel in ipso ejus ortu, circa *generationem*: vel in naturali ejus constitutione circa *esculentia*: vel affecta valetudine, circa *morbos*; vel in fine ejus, circa *mortem*.

1. circa
generatio-
nem.

III. Circa generationem immundus erat 1. *Gonorrhæus*, Lev. 15: 2. 2. contaminabat omne sperma, etiam conjugale. Lev. 15: 16. 3. mulier men-





menstruata, com. 19. 4. mulier fluxum patiens extra statum tempus, com. 25. 5. puerpera, Lev. 12:2. quæ impura erat diebus septem, ut menstruata; tum diebus 33 manebat in purgatione sanguinis, si edidisset partum masculum, v. 4. Si fœmellam, tempus hoc geminabatur, com. 5. unde & circumcisionis ad octavum diem extractæ ratio patet. Vide Lev. 12:2. coll. cum 3. Qua generationis impuritate externa, peccati originalis turpitudinem internam generationi adhaerentem expressit Deus.

IV. Quoad *edulia*, non tantum esui & esculentis immunda erant animalia quædam, de quibus supra; sed & ipso contactu quibusdam, licet non adeo certò, immunda alia videntur, ut sus &c. præcipue vero contaminabant *mortua*; ut infra videbimus.

V. *Morborum* præcipua impuritas in lepra, quasi in summam subducitur; illa enim scabiei omne genus, aliaque lues comprehendit. Lev. 13. atque ea vel *homines*, vel *vestes*, vel *domos* denique inficiebat.

VI. In *corporibus* indicium lepræ faciebat 1. pilus in loco plagæ mutatus in album, Lev. 13:3. 2. Si viva caro tumori permixta esset. com. 10. Ubi ergo color unus erat, ibi sanitas; ubi coloris varietas, ibi lepra; pessimæ tum notæ, quando foras non efflorescebat. com. 12. & 13. *Vestium* lepra describitur. Lev. 13:47. *Domorum*, Lev. 14:34. dignoscebatur ea ex maculis variegati coloris, de quibus judicabat sacerdos; fuit autem ista terræ sanctæ peculiaris. Quam omnem lepram gravis alicujus peccati, nominatim calumniæ, pœnam esse arbitrabantur Judæi: de qua sententia sic videtur habendum 1. Lepram *corporis*, licet aliquando propter peccatum quoddam grave infligeretur, ut in *Mirjam*. Num. 12:10. & *Gehascho*, 2. Reg. 5:27. apparet; non semper tamen peccati particularis pœnam fuisset. vide 2. Reg. 5. coll. Luc. 4:27. *Multi leprosi erant in Israël sub Eliseo propheta, & nullus eorum purificatus est, sed Naaman Syrus*. 2. Lepram *vestium* & *domorum*, quæ minus vulgaris esset, ut illa corporum, ideo propter peccatum specialius immixtam videri.

VII. Judicium lepræ soli competebat Sacerdoti, ita, ut ne peritissimo quidem medico illud concessum esset. Lev. 13:2. coll. Matth. 8:4. ubi Christus leproso purgato mandat: *Abi, ostende te Sacerdoti, & offer donum illud quod imperavit Moses*. In quo pars haud minima subjectionis populi sub Sacerdotibus in V.T. sita erat. Atque ita leprosus à Sacerdote in publicum prodibat, certis notis distinctus & insignis; 1. *laceratis vestibus*. 2. *capite reiecto*. 3. *ore obvoluto*. Lev. 13:45. Clamabat insuper, *immundus, immundus*. Verum hæc signa ponebantur non nisi in leproso

per iudicium illud Sacerdotis jam conclamato & insanabili; gravi argumento, ubi tales Christo occurrebant, eos ab ipso sola vi divina sanatos esse.


Lepra significatio.

VIII. Representabatur illa lepra 1. imago naturalis nostræ corruptionis, ad instar lepræ nobis adhærentis & fœde deturpantis: usque adeo ut *purum ex impuro ne unus quidem daturus sit.* Job. 14:4. 2. figura Servatoris nostri, qui in similitudine istiusmodi status compariturus erat: *Spretus & deficiens virorum, vir dolorum, & notus infirmitate; & ut res tecta facie averfanda præ nobis.* Esai. 53:3. 3. effigies peccati, quod sane ubi intus latet, & externa specie sanitatem mentitur, periculosius multo magisque formidabile est; quam ubi prorumpit & forinsecus conspicitur. *Nulla enim pernicietas vitæ major inveniri potest, quam cum in malitia inest simulatio.* Cic. 3. off. unde hypocritis, Sacerdotibus & Senioribus populi dixit Jesus: *Amen dico vobis, publicani & meretrices præeunt vobis in regnum Dei.* Matth. 23:31. 4. Peculiaris etiam usus ejus videtur in delineando populi Judaici statu, qui, dum externam habebat puritatis speciem, propter impuritatem suam à tribubus Israël separandus erat, Deut. 29:21. 5. Sic & lepra domus impuritatem familiæ sive gentis Iudæorum denotabat, quæ sensim impura facta, dissipata est per omnes gentes, & regno cœlorum exclusa.


4. circa mortem.

IX. Atque ita per omnem ætatem in omni statu, ab ipsis usque incubulis, immunditiei huic obnoxius erat Judæus, ne quidem ipsa morte eximiâ; à qua quæ proficiscebatur contaminatio, reliquas omnes ferme superabat. Erat autem ea vel in brutis, vel in hominibus: bruta mortua, tam immunda, quam munda, solo contactu inquinabant. Immunda animalia ex quorum tactis cadaveribus impuritas contrahebatur, enumerantur Lev. 11:24-27. quibus adduntur octo reptilium species. com. 29, 30, 31. quin imo contaminabatur omnis res quæ tale cadaver attigisset. com. 32, 33. munda vero tacta contaminabant, si morticina, Græcis *νεκρίβρωα*, aut *θνησιμώα*, essent, id est, sua sponte nulla vi extincta; vel suffocata, absque amissione sanguinis. Lev. 11:39, 40. At ipsius hominis cadavere nihil erat contagiosius; illud enim vel ex præsentia sola, non tantum ex contactu suo contagione inficiebat omnem qui in eodem erat loco. Num. 19:14. eaque immunditiei, quæ non nisi cinere vaccæ rufæ erat tollenda. *ibid.* Quibus omnibus Deus, cujus regnum est vitæ, mortem, ut *ὁ ψῶνις* peccati, Rom. 6:23. horrere se & abominari, operumque mortuorum communionem vitandam esse, luculenter testatum volebat.

X. Hæ









X. Hæ potissimum erant immunditiæ cerimoniales; pro quarum varia ratione, vario etiam modo, immundi à castris arcebantur. Num. 5:2. Deut. 23: 10. vide 2. Chron. 23:19. *Restituit quoque janitores in portis domus Jehovæ; ut non ingrederetur immundus ulla re.* Immundorum separatio à castris.

XI. Causa & rationes harum impuritatum ex Dei voluntate arcessendæ sunt; illud vero præcipuum teneri debet: in hisce magnam partem servitutis V. T. positam fuisse; quando tam severe & diligenter harum rerum anxia observatio exigebatur, quam præstare difficulter ac ne vix quidem poterant. Interea 1. sub hac impuritate sceditatem peccati, & impuritatem nostram internam inde redundantem agnoscere licet. Vide Hebr. 9: 13, 14. *Si sanguis taurorum & hircorum, & cinis vacca irrorans contaminatos, sanctificat ad carnis mundiciem, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum se ipsum obtulit immaculatum Deo, purificabit conscientiam vestram a mortuis operibus ad serviendum Deo viventi?* 2. Exilium illud immundorum, quod extra castra vivere cogebantur, docebat, peccatores & intus impuros, quorum personam illi gerebant, à communionem Dei & fidelium proscriptos arceri. Apoc. 21:27.

XII. Deteximus morbos & malorum fontes; atexamus nunc remedia, seu purificationes & piacula quibus expurgari solebant immunditiæ, & violata cerimoniarum religio expiari: quod fiebat tum in *sacrificiis*, tum in *lotionibus & aspersionibus*. Totus enim ille carnalis cultus vertebatur *ἡνὶ βρώμασι καὶ πόμασι, καὶ Ἀεθόποις βαπτισμοῖς, καὶ διευώμασι σαρκός, ἠμωσὶς ad tempus διορθώσεως.* Hebr. 9: 10. Impuritatibus opposita PURIFICATIONES.

XIII. *Sacrificium* puerperæ præscribitur Lev. 12: 6, 7, 8. gonorrhæi Lev. 15:14. mulieris fluentis Lev. 15:29. Leprosi Lev. 14: 10. quod omnes offerebant postquam probe purgati & abluti essent. Cum autem sacrificia hæc non solum eucharistica essent, sed simul etiam pro peccato offerrentur, Lev. 15:15, 30. 12:6. 14:19. significabant simul remissionem peccati & expiationem impuritatibus à peccato nobis inhærentis, quam externa impuritate designatam fuisse diximus. Hinc & in nativitate Servatoris sacrificium hoc oblatum fuit, Luc. 2:22-24. coll. Lev. 12:8. Primum enim rudimentum earum rerum in ipso depingi oportebat, quarum ipse erat implementum.

XIV. Communis purificationum ratio & quasi caput consistebat in *lotionibus & aspersionibus*. Lev. 15: 16. in quibus aqua viva totum corpus abluebatur; quæ ablutio Hebræis טבילה dicitur. Qua lotura non solum fordibus & illuvie purgabantur, sed peccatorum etiam ablutio significabatur. *Lavate vos,*


emundate vos, amovete malitiam facinorum vestrorum à coram oculis meis. Esai. 1: 16. conf. Ezech. 36: 25. & Esai. 52: 15. Affinis erat huic baptifimo, *manuum lotio*, quam anxie & fuperstitiofe jam inde ab antiquis temporibus obfervabant. Quare *Pharifai & quidam ex Scribis, quum vidiffent quofdam ex difcipulis Jefu, pollutis manibus, id eft, illotis edere panem, conquefti funt.* Marc. 7: 2. Atque ita undecunque planum eft eos non nifi diligentiffime lotos ad rem facram faciendam accessiffe.

Purificatio leprofi, & significatio ejus.

XV. Solemnior erat *leprofi* purificatio; quæ fiebat adhibitis duabus avibus mundis, cedro, hyffopo, lana coccina, aliifque in lege expreffis cerimoniis. Lev. 14: 2. & feqq. Quibus peractis, feptimo die radendus erat leprofus, corpusque ejus lavandum. Lev. 14: 8, 9. inde feptimo die iterum radi & lavari, octavo denique die facrificia offerre, fanguine afpergi & oleo inungi debebat, v. 10. &c. Simili fere modo domus etiam expurgabantur, v. 49. &c. In quibus notandum; 1. afperfonem fanguinis defignaffe imputationem meriti Chrifti. Fide enim accedimus ad *N.T. mediatorem Jefum, & fanguinem afperfonis, meliora loquentem præ Abelis fanguine.* Hebr. 12: 24. *Asperfi corda à mala conscientia & abluti corpus aqua pura.* c. 10: 22. *Electi fecundum præagnitionem Dei Patris, in fanctificatione Spiritus, ad obedientiam & εὐαγγελισμόν & ἀγάπην Jefu Chrifti.* 1. Pet. 1: 2. Hyffopus denotabat Chriftum, ut fructum terræ, feu hominem vilem: cedrus Spiritum in ipfo habitantem: filum coccinum imputationem peccati, quæ inftar coccini rubere dicuntur Esai. 1: 18. & fanguinolentam paffionem ejus Esai. 63: 2. avicula maclanda Chrifti mortem, conjunctam cum obedientia fervente, inftar aquæ vivæ illi affufæ, unde aqua & fanguine veniffe dicitur, 1. Joh. 5: 6. altera avicula viva dimittenda, ipfum ex mortuis vivum, quærentemque domicilium, h. e. Ecclefiam, in qua in toto mundo habitet, exhibebat. Lotio purificandi & detonsio crinium renovationem & fanctificationem perpetuam significabat. Oleum quo poft feptimum diem, peracto facrifício, afpergendus erat, notabat Spiritum S. & fanctificationem, quæ fanguini & Spiritui Chrifti debetur: ficut ideo regenerari dicimur ex aqua & Spiritu. Joh. 3: 5.

Polluti è morticinio purificatio quomodo fiebat?

XVI. Præ cæteris omnibus fingularis erat purificatio polluti è morticino; quæ *aqua separationis*, feu aqua cinere vaccæ rufæ confperfa, peragebatur. Num. 19: 19. &c. Vacca autem hæc, 1. erat tota rufa. 2. Comburens eam erat princeps Sacerdotum, fecundus à Pontifice, qui per feptem dies eum in finem feperabatur ab uxore. 3. Educebatur vacca è templo ad montem Olivarum, in quo comburebatur, & fanguis ejus afpergebatur.





tur. 4. Aquæ ita resperſæ cinere hujus vaccæ, ſervabantur, & valebant ad purgandam immunditiem ex contractato cadavere contractam.


XVII. Non ſine myſterio erant hæc omnia. Nam 1. vacca bove in-*Illius ſi-*
firmior, notabat infirmitatem Chriſti, quam noſtri cauſa ſubivit. 2. Color *guſficatio:*
ejus rufus, peccatum, quod non ſolum in ſe ſuſcepit, ſed ipſum etiam pec-
catum pro nobis factus eſt. *Si peccata veſtra rubuerint, inſtar coccini, ut*
lana ſient. Eſai. 1: 18. 3. Integritas, innocentiam Chriſti. 4. deductio
extra caſtra ſignificabat mortem Chriſti extra portam. *Quorum enim*
animalium ſanguis pro peccato inferitur, in Sancta, per Sacerdotem, horum
corpora cremantur extra caſtra; ideo & Jeſus, ut ſanctificaret per proprium
ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Hebr. 13: 11, 12. 5. Sacer-
dos qui hæc faciebat, deformabat verum Sacerdotem, qui ſe ipſum ſtitit
victimam. 6. Quando maſtabatur & ſolvebatur in favillas, mors Chriſti
ab ipſo ex amore oppetita, indicabatur. 7. nec ipſe locus etiam ſenſu va-
cabat; in eodem enim monte Olivarum, ubi maſtabatur hæc vacca, Chri-
ſtus ſanguinem ſtillavit. Matth 26: 30. 8. Quod lignum cedrinum, hyſ-
ſopus & coccum ſimul comburentur cum vacca, notabat, fideles, quo-
rum peccata in Chriſto extinguntur, ſimul cum Chriſto quoque morti
obnoxios eſſe. 9. Aſſervatio cineris hujus vaccinæ, perpetuum valorem
mortis Chriſti repræſentabat. 10. Effuſio aquæ vivæ ſuper illos cineres,
ſpiritum propter mortem Chriſti effuſum. 11. Aſperſio ejuſdem aquæ,
accommodationem & inſinuationem ſanguinis Chriſti in juſtitiam &
ſanctitatem teſtabatur. reliqua omittimus.

XVIII. Ad hunc ritum alluſit David, veram ejus ſignificationem
ſubinnuens, Pſal. 51: 9. *Expiabis me hyſſopo & purus ero; lavabis me &*
præ nive albeſcam. Eundem reſpexit quoque Paulus. 1. Cor. 15: 29. non
levi argumento reſurrectionem mortuorum inde efficiens: quando enim
βαπτιζόντες ὕδατος νεκρῶν id eſt, à pollutione mortis purificati, in ſan-
ctuarium redibant; quid aliud ſignificabant; niſi reditum noſtrum ex
morte, qua polluimur in hac vita? Inepti igitur & fruſtra ſunt Pontificii,
qui aquam hanc cum luſtrali ſua aqua conferunt: contra ac Paulus, qui
eam ad ſanguinem Chriſti refert Hebr. 9: 13, 14. In quo loco myſterii
hujus clavis eſt.

C A P U T X X I I I.

De abrogatione legis Cerimonialis.

Legis ceremonialis
ABRO-
GATIO.

I.  Ost consideratam legis ceremonialis naturam, cum generalitatem, tum speciatim; superest, ut videamus illius abrogationem: quam Judæi, unâ cum urbe & templo suo, æternam credebant. Nos autem primum *de jure*, quo abrogari debuerit; deinde ut *de facto* abrogata ea fuerit; quoque *gradu* res ea processerit, & quæ Ecclesiæ ratio ac *praxis* fuerit, videbimus.


Quam docet; præceptorum ejus natura.


Ejus cultus affixus uni genti & loco.

Prophetia.

Messias promissus.

II. Abrogationem legis hujus docet 1. *Præceptorum natura*, quæ cum nec bona nec mala in sese essent, nec ulla naturali æquitate niterentur, à solo autem legislatoris placito haberent quod bona essent, nihil in iis erat quod æternitatem sponderet, quodque ea mutari vel abrogari vetaret. 2. Accedit, quod ea illorum conditio erat, ut *uni solum genti & populo*, certâ in *terrâ* constituto, convenire possent, non autem omnibus toto orbe fidelibus. Multa enim instituta repugnabant. Cum cultus omnis affixus esset uni templo, quod ter in anno religiose adiri debebat; unique hominum ordini. Unde Scriptura passim legem hanc Israëlî soli imponit, *in generationibus*, Lev. 7:36. & 24: 3. *inque terra* illorum, Deut. 4: 5, 14. 6: 1. 11: 31, 32. Unde, dilatatis jam Ecclesiæ pomeriis, simulque Judæis extra terram suam exulantibus, hæc ipsa tacita fuit legis hujus abrogatio. 3. Sed & *prædixit* eam Deus olim futuram, dum *foedus novum* promisit *domo Israëlî & Judæ*, *non ut foedus quod pepigerat cum patribus ipsorum, die quo apprehendit manum ipsorum, ut eos educeret ex Ægypto* &c. Jer. 31: 31, 32. Quam felicitatem & mutationem expressè Messia temporibus addixit. *Dimidio septimana faciet cessare sacrificium & donum* &c. Dan. 9: 27. *Illo die erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes labio Canaan* &c. Esai. 19: 18. *Abortu Solis usque ad occasum ejus magnum est nomen meum in Gentibus; & in omni loco hostia offerretur nomini meo & munus purum*, Mal. 1: 11. 4. Et certè *Messias* non minor futurus erat Moïse, sed potius major: *Prophetam ex medio tui instar mei excitabit tibi Dominus*. Deut. 18: 15. Unde instituta ejus melioribus commutare fas ipsi erat. *Dicit ei mulier: Novi, quod Messias venat, quum*





quum venerit ille, renunciabit nobis omnia. Joh.4:25. Quin ipse venturus promittitur ut Sacerdos, non de ordine hieratico, vel ex Aaronis stirpe, sed ad instar *Melchizedechi*, Psa.110:4. *Manifestum enim, quod ex Juda germinaverit Dominus noster. inquam tribum nihil de Sacerdotio Mcses locutus est.* Hebr. 7:14. *Translato autem Sacerdotio, necessario etiam legis translatio & abrogatio sequitur; ut concludit Apostolus* Hebr. 7:12.

III. Processit autem abolitio hæc spatio ac mora. Unde quadruplex *Status* cærimoniarum status considerari potest, vel vigentium, vel languentium, *caremoniarum quadruplex.* vel emorientium, vel emortuarum denique ac sepultarum. *Vigentium.*

IV. *Viguerunt* ex toto ante Christi adventum tempore, dum instar pædagogum & custodiæ Ecclesiæ appositæ fuerunt, eamque in officio continuerunt.

V. *Languere* cœperunt Christo nato, & Euangelium prædicante. *Languentium.* Quamquam enim Christus ipse totâ vitâ illas observaverit, aliosque observare iusserit, & leproso à se purgato mandaverit: *Abi, ostende te Sacerdoti, & offer donum illud quod imperavit Moses,* Matth.8:4. tamen imperfectionem legis illius non dissimulavit, & jam tum dixit, *non impurare hominem quod in os intrat,* Matth.15:11. & *Legem & Prophetas prophetare usque ad Johannem,* cap.11:13.

VI. Moriente autem Christo simul *mortue* sunt; & præstito vero sacrificio, *chirographum* nostrum deletum, conceptum, cumque ipso *crucifixum* est, Col.2:14. Moxque Ecclesia de libertate sua divinitus admonita est; quamquam dum staret templum, cui omnis hic apparatus serviebat, ex ad tempus toleratæ, & à Judæis ad Christianam fidem conversis observatæ fuerint. *Emorientium.*

VII. Everso denique templo, quod instar ingentis montis fidelibus obstabat, ac latè dispersa religione Christianâ, cum ejus ruderibus sepultæ quoque sunt cærimonie; ipsoque facto Deus Ecclesiam in libertatem asseruit; eamque ipsis quoque Judæis ostendit ac obtulit, cum sine sanctuario exerceri illæ non possent. Ac tunc impletum, quod dictum erat de *frangendo iugo oneris,* Jes. 9:3. Atque *fons publicè apertus est pro peccato & menstruo,* Zach. 13:1. ut sine sacrilegii piaculo conditi riteque compositi legis illius cineres refodi non possint; cum Deus ipse templum, sacrorum istorum omnium officinam, deleverit; nullique amplius jam ad acrum illum clivum receptus sit, nisi *cui anima non est sincera in ipso,* Hab. 2:4. Unde severa Apostoli vox: *Testor omni homini — exsortes facti estis Christi,*

Christi, qui in lege justificamini: gratiâ excidistis. Gal. 5:3, 4.

*Praxis
fidelium;
qui*

VIII. Atque hi abrogationis hujus gradus fuerunt. Fidelium autem praxin quod attinet, duplex hic distinguendum est tempus, vel ante destructum templum, vel post illud. Ac illi quidem demum post eversum templum libertatis suæ bona plenissimè degustarunt. Ante illud tempus autem, stante adhuc illa æde, & manentibus pristinæ servitutis reliquiis, libertas ipsorum longe restrictior erat: dum vel *ex caritate Christianâ* infirmis, libertatem, quanquam jam in limine stantem, nondum respicere audentibus, sese accommodant; vel ipsi *ex judicio errante* templum istud, quod, à Deo ædificari jussum, ejus in terris veluti regis religionisque universæ compendium hæctenus fuerat, immoti ac sine animi religione præterire non possunt.

*vel ex ju-
dicio er-
rante,*

IX. *Judicium errans* erat in millenis Judæorum, qui ad Christi fidem conversi, legem & cærimonias retinebant. *Vides, frater, quod sint millia Judæorum qui crediderunt, suntque omnes accensi zelo legis, Act. 21: 20.*

*vel ex ca-
ritate
Christia-
na legem
& cæremo-
nias retine-
bant.*


X. Multi autem *ex caritate Christianâ*, ut infirmioribus, libertatis adhuc impatientibus, se accommodarent, se ipsos quoque pleno libertatis usu ad tempus deprivabant. Idque vel *ex privatiâ prudentiâ*, ut exemplo Pauli liquet, qui *siebat Judæis, ut Judæis, ut Judæos lucrifaceret; is qui sub lege erant, ut si esset sub lege, ut eos, qui sub lege, lucrifaceret, 1. Cor. 9: 20. conf. Gal. 2: 11-14.* vel publico *Ecclesie judicio*, quæ ut scandalis occurreret, canonem illum de lege cibariâ, ad tempus observandum, edidit; de quo *Act. 15: 28, 29.*

*Quas in
Ecclesiam
iterum in-
ducere ne-
fas est.*

XI. Nemini ergo nunc fas est cærimoniarum choragium in Ecclesiam iterum inducere, istâque scenâ eam iterum pascere velle. Alia enim earum ratio nunc est, ac olim. Tum enim erant elementa mystica, & solamina infantis populi, quæ istis veluti picturis rudes Ecclesiæ annos erudiebant, Christi que absentiam, ostensa tantisper ejus imagine, leniebant. Nunc autem contra Christum adhiberentur, ejusque gratiæ ac saluti abnegandæ servirent. *Nunc autem, quum cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus de cætero servire vultis? Gal. 4: 9. Si cum Christo mortui estis ab elementis mundi: quid ut viventes in mundo, dogmata suscipitis? Col. 2: 20. Testor omni homini, qui circumciditur, eum esse debitorem totius legis servanda. Exsortes facti estis Christi, qui in lege justificamini: gratiâ excidistis. Gal. 5: 3, 4.*

Cujus cri-

XII. Quo in genere gravissimè peccat Romana Ecclesia, quæ Novi Test.





Test. cultum, sola simplicitate olim venerabilem, tot cærimoniis obscuravit, erecta rursus religionis fede ac metropoli; instituto sacerdotio, atque ordine hierarchico; reducta servitute hominum; latis legibus de discrimine dierum, ciborum, deque variis lotionibus ac lustrationibus; imposita denique servitute ac timore mortis &c. quod est, juxta Danielis vaticinium c. 7: 25. *tempora & legem mutare.*

*minis iā-
men rea est
Romana
Ecclesia :*

XIII. Nullas ergo sub Nov. T. leges cærimoniales agnoscimus. Quæ enim circa cultum externum, sacramenta, ac disciplinæ ordinem Dominus instituit, admodum pauca sunt; & partim meri sunt ritus circa externum cultus sacri ordinem & decorum, sine ulteriori significatione; partim gratiæ jam præstitæ signa sunt & sigilla, non autem ejus adhuc præstandæ typi ac imagines. Unde augeri illa, Ecclesiaque iis onerari non debet.

*cum sub
N.T. nullæ
leges cæri-
moniales
agnoscendæ
sint.*

LOCUS VIGESIMUS SEXTUS

CAPUT XXIV.

De LEGE FORENSI.

I. **P**ostquam cultum suum tradidisset Deus, naturalem illum quidem ex origine; at ea ratione ordinatum, quæ non à natura, sed à solo Dei arbitrio dependebat, & illius Ecclesiæ statui erat conveniens; peculiari etiam modo politiam Judaicam instituit, summumque ejus regimen penes se esse voluit; ne gravi fati cerimoniarum jugo pressi, humanæ quoque libidini parere necesse haberent: atque ita absolutissimi statui, & quasi *θεοκρατίας* specimen exhibuit; cujus formula est lex forensis: quam generatim duntaxat delibaturi, in illa strictim spectabimus 1. naturam ejus. 2. usum. 3. abrogationem.

*Succedit
LEX FO-
RENSIS.*

II. Naturam ejus tenes, si dicas esse consuetudinariam legis moralis, quæ officia ejus, in societate Israëlitica singulariter definit & determinat, accedente etiam sanctione poenarum & judiciorum in transgressiones populi. Ut non adeo mirandum sit, si forte quædam specialia tam exacte non conveniant cum lege morali. Quando igitur, verbi gratia, connivebatur ad polygamiam & libellos divortii, nec omnis pars legis exigebatur, aut transgressio vindicabatur, non pertinebat id ad legem moralem, sed propriè ad

*1. naturam
ejus*

forensem; quare nihil inde in præjudicium aut vituperium legis moralis sub V.T. effici potest.

et offi-
cium.


III. Rigida erat hæc lex, & absque omni venia aut indulgentia pœnas irrogabat. Nam *infringens quis legem Mosis, sine commiseratione duobus, aut tribus testibus moritur.* Hebr. 10: 28. *Et qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis transgressio & inobedientia accepit justam retributionem.* cap. 2: 2.


Seniorum
hic pote-
bas.


IV. Et sicut in lege cerimoniali subiecta erat plebs sacerdotibus; ita in forenfi senioribus, qui pœnarum sanctione cerimonias tuebantur; Deut. 17: 8-12. unde appellantur *Dii*. Psal. 8. & 82. & 97. Joh. 10. 1. Cor. 8. & *Patres carnis*, Hebr. 12: 9. Quæ plebs erat servitus. Duo præsertim Seniorum erant officia. Sedebant primo in cathedra Mosis. Matth. 23: 2. Verbumque Dei ad illos fiebat. Joh. 10: 35. Ab his igitur populus fidei mysteriis initiabatur, & promissiones edocebatur; quamvis in eo defecerint: unde triste illud *ὡς τοῖς νομικοῖς* ingeminatur à Servatore; *Quod sustulissent clavem cognitionis.* Luc. 11: 52. Alterum eorum munus erat, legis auctoritatem defendere, ejusque observationem urgere, populumque intra ejus angustias & servitum elementorum mundi cogere, transgressionum pœnas constituendo & repetendo, interdum etiam res cæterorum non illicitas vetando; quibus rebus legi sepem quasi circumjiciebant, pondusque & auctoritatem adferebant. *Nam illi quidem ad paucos dies κατὰ τὸ δούξν αὐτοῖς cohibebant.* Hebr. 12: 10. Quibus sic consentibus & decernentibus obtemperare nihilo secus debebat populus, dummodo nihil injungerent verbo Dei contrarium. *In cathedra Mosis sedent Scribae & Pharisei. omnia ergo que dixerint vobis, ut servetis, servate* &c. Matth. 23: 2, 3, 4. coll. Deut. 17: 11, 12. quod & factum ab ipso Christo, qui fuit *מֹשֶׁה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל* servus potestatem habentium. Esai. 49: 7. vide Luc. 2: 22, 23, 24, 27.


2. Vfus.

V. Hinc jam, secundo, videre licet legis hujus civilis usus. Quando 1. Judæis gentium communione interdicebatur, ut etiam aliqua à cœtu Israël excluderentur. Deut. 23: 2-8. Neh. 13: 1. & seqq. *Ne dicat peregrinus, qui agglutinatur Jehovæ, dicendo, separando separat me Dominus a populo suo.* Esai. 56: 9. quod fiebat non sine tristitia sanctorum, quibus promissa erat gentium hæreditas. 2. Multa scelera & vitia è medio populi tollebat, compescens illum & pœnis suis atque suppliciiis ad obedientiam legis cogens. Deut. 13: 1. 3. Difertim etiam peccatis quibusdam, eorumque pœnis, execrationem interminabat; ut suspensio è ligno: quæ male-









maledictio peccati expiationem nondum factam arguebat. *Exsecratio Dei, suspensus.* Deut. 21: 23. atque ita tanquam infecto freno, una cum lege cerimoniali, aurigabat populum ad Christum. *Antequam venisset fides, sub lege custodiebamur, conclusi in fidem, qua futurum erat, ut revelaretur.* Gal. 3: 23. Nam legis $\tau\acute{\epsilon}\lambda\omicron\varsigma$ est Christus, ad justitiam omni credenti. Rom. 10: 4.

VI. Superest tertiò, ut sicut legis cerimonialis, ita etiam hujus, videamus abrogationem; cui jam olim prælusit ipse Deus, quando transgressiones hujus legis interdum permetteret. E. G. in supplicio filiorum Saulis, qui suspensi, lignoque ad aliquod tempus suffixi manserunt. 2. Sam. 21. coll. Deut. 21: 23. Tandem vero ipsam penitus abrogandam fuisse, patet 1. ex eo, quod Seniores illi regnum hoc tantum obtinere dicantur ad præstitutum tempus. Hab. 2: 3. post quod munere suo abdicandi erant, & abolenda eorum dominatio. *Scriptum est enim, abolebo sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium tollam è medio; ubi sapiens? ubi Scriba? &c.* 1. Cor. 1: 19, 20. quare *Dii* quidem, sed *mortuari*, dicuntur Psa. 82: 7. & *hujus sæculi, qui abolentur*, ab Apostolo 1. Cor. 2: 6, 8. Unde etiam in cruce Christus *exutos principatus & potestates, traduxit palam, triumphum de ipsis agens in semet ipse.* Col. 2: 15. 2. patet ex natura ejus; quia innitebatur sacerdotio Mosaico, ex quo fundamento excitata erat hæc moles; subtracto autem illo tibi sine ruëbat necessario, quæ illi superimposita erat lex. *Cum enim transfertur sacerdotium, necessario & legis translatio fit.* Hebr. 7: 12. 3. etiam affixa erat populo terræque illi, extra quam, maximam partem exerceri non debebat. Unde clarum est, cum maxime sub N. T. in regno Christi & cælorum, nemini hominum competere potestatem & jus ferendi leges, qualis olim legis hujus antistitibus data fuit.

VII. Minuenda hic venit quæstio; an etiamnum nos aliqua ex parte lege hac teneamur? Lex hæc duplici modo spectari potest, vel quatenus ad solos pertinuit Judæos, vel quatenus ex morali lege petita concernebat omnes homines eidem legi subjectos; priori modo nullus nobis cum illa intercedit nexus aut obligatio; posteriori modo, nos ut obliget quid impedit? non ea de causa quod sit civilis Judæorum lex, sed quod humanitas eam jubeat, & communis æquitatis sit derivatio & quasi divergium quoddam.

VIII. Iniquissime igitur Pontificii Ecclesiam N. T. in hanc servitutem emancipant, ut certo hominum cœtæ cathedræque alligata, Papæ tandem

Quomodo
nos obli-
get?

Contra
Pontificios

& senatui ejus subjiatur, cujus imperioſæ lubidini obſecundet, durifque legibus pareat. Alieni etiam à veritate ſunt Sociniani, qui legem hanc ſub N.T. exiſtimant abrogatam hiſce de cauſis 1. Quia, cum ſub V.T. rigor & ſeveritas obtinuerit, ſub novo benignitas & miſeratio locum habeat. 2. Quia ſub Vet. bonorum terreſtrium duntaxat, ſub Novo autem Teſt. vitæ etiam æternæ diferta promiſſio facta ſit. 3. Quia ſub Vet. fœdere populus Dei gaudebat terrena politia; qua cum careamus ſub Novo, legibus etiam civilibus opus non habemus. Quæ, pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa. Specialia legis hujus alias preſſius expediemus.

LOCUS VIGESIMUS SEPTIMUS

DE

Oeconomiam legis & gratiæ ſub V. Teſt.

CAPUT XXV.

De Oeconomiam legali ejusque attributis.

A triplici
hac Lege
OECO-
NOMIA
Vet. Teſt.




I. Tque hæc quidem fuit νομοθεσία V. Teſt. quæ triplici iſta Lege conſtabat; unde Oeconomia iſtius Teſtamenti Legalis appellata eſt; præſertim cum non ſine terrore, ac execrationis ingeminatione, Legis διεισώμα urgeretur, ac peccatorum expiatio quotidie flagitaretur.

LEGALIS
appellata
eſt.

Quæ tam-
men longè
differt à
lege & fœ-
dere ope-
rum. Pon-
tificiorum
& Luthera-
norum
hic erro-
res.

II. Sicut autem oeconomia iſta Teſtamenti Vet. ab ipſo Teſt. Veteri, cujus adjunctum ſolummodo erat, differt; ita longè diverſa ſunt, lex atque fœdus operum ipſum, atque oeconomia illa legalis; quæ non aliud erat, quam certa oeconomia fœderis gratiæ, ſub qua lex operum repetita, & gratiæ adminiſtrationi lex tanquam pædagogus immixta erat. Ut malè Pontificii, quemadmodum etiam Lutherani, Teſt. Vet. ac Novum eodem modo ut Lex ac Evangelium differre velint; cum etiam gratia ac Evangelium ſub Vet. T. obtinuerit. Comederunt enim omnes patres nobiſcum eandem eſcam ſpiritualem, & biberunt eundem potum ſpiritualem, teſte Apoſtolo 1. Cor. 10:3,4.

III. Di-





III. *Distinctio* autem omnis œconomix Veteris Testam. à Novo in diversis illius attributis, sive perfectionis gradibus, sita est : sive *internum* utriusque statum quoad fidelium in hac vita justificationem, consolationem, illuminationem, fidem, sanctificationem, aliaque Sp. Sancti dona consideres ; sive *externum*, quoad servitutum & cultum externum, ac sacramenta, eorumque facilitatem & claritatem ; denique loci & temporis spatia, quibus concludebatur. Quæ omnia arctiora ac minora erant Vet. T. tempore, quam nunc sub Nov. Test.

Distinctio
ATTRIBUTORUM
œconomia
Vet. Test.
à Novo.
i. respectu
interni
utriusque
status.
Quoad fi-
delium in
hac vita
justifica-
tionem.

IV. I. *Justificationem* quod attinet, cum illius causa nondum exhibita, nec mediatoris sanguis fusus foret ; &, reatu adhuc extante, peccatum in sollemni cultu exprobraretur potius, quam deleretur : *Nihil enim consummavit lex*, Hebr. 7: 19. *Sed in ipsis*, hostiis legis, esset commemoratio peccatorum anniversaria. *Impossibile enim sanguinem taurorum & hircorum auferre peccatum*, ibid. c. 10: 3, 4. inde illorum temporum *πάγεσις* magis erat ; & peccati ommissio, seu dissimulatio (de qua egimus l. III. c. IV. §. 15. & seqq.) quam plena ejus remissio, ac peccatoris, sine ulla amplius querela, *δικαίωσις*, seu justificatio ; quæ beatorum Ecclesix sub N. T. statui servabatur. *Hoc est fœdus meum* — *peccatorum ipsorum & iniquitatum ipsorum & iniquitatum ipsorum non amplius recordabor*, Hebr. 10: 16, 17. & 8: 12: conf. Jer. 31: 34. quando *expianda erat pravitas & adducenda justitia aterna*, Dan. 9: 24. Cujus respectu & comparatione ita describitur V. T. quasi non obtinuisset ibi peccatorum remissio, Jer. 31: 31. Hebr. 10: 18. scilicet plena illa. Conf. Rom. 3: 25.


V. 2. Unde minor quoque Ecclesix illius fuit *consolatio*. Erant enim tunc temporis positi sub *excandescencia*. Dan. 8: 19. & *fervoris particula*. Esai. 54: 7, 8. *Parvo momento dereliqui te ; — pauxillo fervoris abscondi faciem meam à te*. Lex enim, cui tum à peccato aliqua etiam manebat vis, & necdum omnes nervi erant succisi, *iram operabatur*. Rom. 4: 15. adeoque non exhibebatur *gratia*, nuda illa scilicet & *vera*, Joh. 1: 17. Licet enim ex formula fœderis istius Deus esset populi sui Deus, ut ex primo, secundo, tertio, quarto & quinto præcepto, Exod. 20: 2, 5, 7, 10, 12. & ex institutione fœderis claret, Exod. 24: 8. non tamen secundum omnem plenitudinem & *ἐμπλήρωσις* ipsorum Deus erat ; qualis futurus erat *post illos dies*, Jer. 31: 33. Nec ipsi fideles, licet *filius Dei* dicti fuerint, Exod. 4: 22. & Deut. 14: 1. hoc tamen respectu & plena notione filii aut populus Dei erant : quomodo deinceps futuri. Jer. 31: 33. conf. Jer. 3: 19. *Et ego dixeram ; quomodo ponam te in filiis ? & dabo tibi terram desiderii, hereditatem*.

Consolatio

tem decoris, exercitus gentium. & Joh. 1: 12. *Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem, ut filii Dei fierent.* Unde rarerer admodum Patris nomine compellabatur Deus, nec disertata adeo ac nunc, mediatoris fiebat mentio; ut ne quidem discipuli Christi *huc usque in nomine ejus petiverint*, Joh. 16: 24. Et generatim sub illa ἀναμύσει rigoris legalis, major erat timor & minor fiducia. Atque hinc etiam proficiscabatur pervulgatum illud inter illos verbum; mortem obeundam, si quis vel in symbolo Deum conspexisset. Jud. 13. & alibi. Cum sub N. T. frequentiores & magis perpetuæ ac propriæ sint promissiones, & solidiores Evangelicæ consolationes. Ut nunc sine Sacerdote ac interprete eum alloqui, tenerumque illud Patris, raro adeo in Vet. T. auditum nomen, quotidiana prece ingeminare liceat. *Non enim accepimus Spiritum servitutis rursus ad metum; sed Spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba, Pater.* Rom. 8: 15. conf. Gal. 4: 6.

Cognitio-
nem.

VI. 3. Ita tenuis valde erat mysteriorum fidei notitia; cum *tacitum esset Christi mysterium temporibus secularibus.* Rom. 16: 25. & *a saculis atque ætibus absconditum.* Col. 1: 26. Cum intricata omnia, nihil apertum aut planum: umbris & figuris involuta; ipsique fideles, puerorum instar, primis mundi elementis exerciti & occupati, quorum usum etiam pauci perspectum habebant; affixi *Legi, que umbram futurorum bonorum habens, non ipsam rerum imaginem, nunquam potest accedentes consummare.* Hebr. 10: 1. *inhærentes elementis exordii sermonum Dei, & indigentes lacte & non solido cibo &c.* Hebr. 5: 12, 13, 14. *Infantes, qui nihil differebant à servis.* Gal. 4: 1. Quando erat, *preceptum post præceptum (sive regula post regulam) litera post literam, parum ibi, parum ibi.* Esai. 28: 10. Ut Christus ipse non nisi per parabolas palam ad populum verba fecerit: quas quidem parabolas audire poterant, Marc. 4: 33. non tamen sermonem Christi audire poterant. Joh. 8: 43. Quo quidem legali schemate, & operoso cultu, ipsum fœdus gratiæ, tanquam velo coopertum, & tantum non penitus oblitteratum fuit. *A saculo non audiverunt, non auscularunt, oculus non vidit Deum præter te, qui faceret præstolanti se.* Esai. 64: 4. *Que oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.* 1. Cor. 2: 9. Atque eo proclivior erat nonnullorum lapsus, ansam hinc arripientium justitiam quærendi ex operibus. Rom. 9: 32. *Quamobrem? quia non ex fide, sed ex operibus legis; offenderunt enim in lapidem offensionis.* Cum sub N. Test. lex Dei fidelium cordibus inscribenda esset, Jer. 31: 33. & nomen Dei manifestandum,





dum, Joh. 17: 26. Accedebat etiam quod institutio legis sub V. Test. sæpe firmanda erat signis, & miraculis corroboranda, propter infirmitatem fidelium illius temporis: *Judæi idcirco signa petebant.* I. Cor. 1: 22. quibus nunc non indigemus, quando *beati qui non viderint & crediderint.* Joh. 20: 29.

VII. 4. Neque tunc tantopere fides obtinebat, quæ demum sub Nov. *Fidem.* Test. temporibus revocata est. Gal. 3: 23. *Antequam autem venisset fides, sub lege custodiebamur conclusi in fidem, quæ futurum erat, ut revelaretur.* Verum prævalebat spes, ideoque etiam spei nomine venit, eorum fides. Eph. 1: 12. *Ut simus nos ad laudem gloriæ ipsius, qui ante speravimus in Christo.* Omnia enim ibi futura respiciebant, deerantque argumenta & testimonia, atque annunciatio coram existentis Messæ, aut redemptionis ejus præsentis. Nam *juxta fidem mortui sunt hi omnes, non acceptis promissionibus, sed eminus visis, & persuasi, salutatis.* Hebr. 11: 13. Quam expectationem, unde tempus illud vocabatur, comitabantur anxietas, desiderium & scrutatio rerum nobis donandarum; utpote *de qua salute quasi verunt & scrutati sunt propheta, qui de ventura in eos gratia prophetarunt.* I. Pet. 1: 10, 12. *Multi propheta & justi desiderarunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audiverunt.* Matth. 13: 17. *Ad quam, promissionem, duodecim tribus nocte atque die colentes sperant se deventuras.* Act. 26: 7. *Symeon erat expectans consolationem Israël.* Luc. 2: 25. *Omnibus, qui redemptionem expectabant Hierosolymis.* Ibid. 38. Quas ob causas Ecclesia illorum temporum *sitiens* erat, atque eo nomine insigniebatur. Esai. 55: 1. conf. Jer. 31: 25. unde emerfit discrimen Ecclesiæ *sitientis & satiatæ.* Deut. 29: 19. & Jer. 31: 14. & fideles dicebantur *vincti in puteo aquam non habente.* Zach. 9: 11. *Vincti expectationis.* Esai. 61: 1. *Custoditi sub lege.* Gal. 3: 23.


VIII. 5. Cumque ita cognitio eorum levis esset, cumque spe magis *Sanctificationem* lactarentur, quam fide implerentur; minores quoque fidei fructus erant, minorque erat illa cordis circumcisio; parca enim manu & illiberali mensura, dona sua distribuebat Sp. Sanctus; plurimi erant carnales Judæi, qui hypocritarum more, externæ tantum legis obedientiæ studebant, aut illius stimulis agitati, non sine murmure & tacito adversus Deum odio inviti obsequebantur. Vide Deut. 29: 4. Necdum enim præstabatur promissa illa cordis circumcisio, Deut. 30: 6.


IX. 6. Sic & fidelium vulgo parcius tum *Spiritus S.* præbebatur. *Spiri- & Spiritus*

3. *donn.* *tus S. enim, quem accepturi erant credentes, nondum erat, quia Jēsus nondum erat glorificatus.* Joh. 7:39. Spiritualium donorum copia, in universam Ecclesiam spargenda, sub N. T. demum promittebatur. Sub quo *non dat Deus Spiritum ex mensura,* Joh. 3:34. *Dabo illis cor unum, & Spiritum novum dabo in medio ipsorum &c.* Ezech. 11:19, 20. *Spiritum illum gratiæ & supplicationis,* Zach. 12:10. *Ut promissionem Spiritus acciperemus & fidem,* Gal. 3:14. Atque isto cum comitatu Christus sub N. T. venit; Spiritusque tum *in omnem carnem effusus est,* Joël. 2:28. tanta ubertate, ut cum aquarum cœlestium prius nonnisi guttæ & stillæ in Ecclesiam depluerent, jam Spiritus & rivi & flumina erant. *Qui credit in me, quemadmodum dixit Scriptura, fluvii ex ventre ejus fluent aquæ viventis.* Joh. 7:38.

2. *respectu*
status
utriusque
externi.
quo ad
serviutem.

X. Non mirum ergo, ingens quoque discrimen fuisse inter illos & nos quantum ad statum *externum*, & in eo 1. servitutem attinet: tum maxime enim *heres servus* erat, in statu externo spectatus. Gal. 4:1, 2. & Spiritus Sanctus fideles agens, *Spiritus servitutis* erat, Rom. 8:15. distinctus à Spiritu adoptionis, *quem emisit Deus in corda nostra.* Gal. 4:6. Quæ servitus varia erat. 1. *Elementorum mundi* quibus exercebantur & quæ tractabant. Gal. 4:3. ad quæ spectabat sollicita cautio *ciborum, potuum, lotionum ac purificationum,* quotiescunque cadaver aut impurum quid attigerant. Col. 2:16. Hebr. 9:10. *Dierum & festorum.* ibid. & Gal. 4:4, 5, 10. Quibus omnibus *Chirographum sibi* *ἐν ἀρκίῳ* consignabant. Col. 2:14. Jer. 17:1. Quando & Sacerdotibus erant obnoxii, per quos, cum ipsi ab altari removerentur, ad Deum accedebant. Ezech. 20:26. *Et impuros illos declaravi, cum donis suis &c.* quod maledictionem illis incumbentem arguebat. Gal. 3:10, 13. *Quicumque ex operibus legis sunt, sub execratione sunt &c.* Quin imo templo erant affixi. 1. Reg. 8:48. Dan. 6:11. & terræ Canaan; cujus tranquilla possessio & longævitas in illa, felicitatis futuræ obses erat. Exod. 20:12. Et ex horum omnium violatione impendebat illis metus mortis. Hebr. 2:14. 2. Servitus erat, quando *Angelis* subiciebantur, tanquam vindicibus & tutoribus legis, ex ipsorum concilio promulgatæ. Act. 7:53. *Qui accepistis legem eis* *ἄγγελοις ἀγγελῶν.* Lex, *injuncta per Angelos.* Hebr. 2:2. *Sermo per Angelos locutus, firmus est.* quæ jam abrogata est; *Non enim Angelis subiecit habitabilem futuram.* Hebr. 2:5. 3. Servitus erat, quam *Senioribus* serviebant; unde illis populi principibus & sacrorum antistitibus *Deorum* nomen dabatur. Psal. 82:6. qui in omni re difficiliore, adeundi, consulendi & audiendi





diendi erant. Deut. 17 : 8, 9, 10. ad quos pertinebat mysteriorum omnium & ænigmatum explicatio. Luc. 11 : 52. & facrorum cura; cui rei, onera etiam quaedam populo imponere illis licebat. Matth. 23 : 3, 4. à quibus mox Ecclesia Novi Test. liberata est. Col. 2 : 14, 15. *Postquam deleverat subscriptionem manus adversus nos ad placita, quæ erat contraria nobis — Exiens principatus & potestates traduxit publice, triumphans de ipsis in se ipso.* Cum omnes nunc Deum cognoscant. Joh. 6 : 45. secundum promissionem Jer. 31 : 34. & Esai. 45 : 13.

XI. 2. Ita & *cultus* tum erat *operosior*, multisque ritibus gravis & impeditus; quique fideles magis lassare, quam sitim eorum extinguere, animasque fatiare poterat. Non palam enim & in ipsa luce Deus adibatur, sed multiplicibus sub umbris; quæ fidei parum exercitæ ferè tenebras faciebant. *Nunc autem venit hora, quod veri adoratores Patrem in Spiritu & veritate adorent,* Joh. 4 : 27. Univerſaque tandem cultus ratio nunc clarior est; cum disjectis tenebris, quæ expectationis tempora morabantur, pulsisque umbris ac figuris, quæ in ista nocte, vel venturæ lucis crepusculo, obtinebant, quæque à paucissimis intelligi poterant, Ecclesia nunc in sereno versetur, & nudatâ facie Deum intueri possit. Unde Christus *beatos prædicat discipulorum oculos, qui viderent, & aures, quæ audirent, quæ multi olim propheta & justi desideraverant videre & audire.* Matth. 13 : 16, 17.

XII. 3. Ac *Sacramenta* quibus fidelium inter sese & cum Deo communio constabat, quanquam crebriora, tamen non adeo suavia tunc erant; cum non sine iræ specie peragerentur; & vel humanum, ut in circumcissione, vel vicarium pecudum sanguinem, in Paschate, & sacris in templo epulis, postularent; nec tam promiscuè ab omnibus usurpari poterant. communio enim sacra tunc arctior erat. In N. Test. vero *sanguis* Salvatoris palam & *pro multis effunditur ad peccatorum remissionem,* Matth. 26 : 28. & clarissimis sigillis fidelibus obſignatur.

XIII. 4. Accedit his *loci temporisque* circumstantia. Cum enim antea omnia in Israëlitarum gente conclusa forent, eaque fœderis vernacula, & sola in mundo sacra esset; non nisi unico tantum, toto in orbe, *loco, quem elegerat,* Deut. 12 : 5. Deus adibatur: nunc verò laxatis Ecclesiæ pomœriis, omnes gentes in civitatem Dei acceptæ sunt, & *omni loco sanctæ attollende sunt manus,* 1. Tim. 2 : 8. Et, circumactò prisca fœderis orbe, quod non nisi ad Christi adventum durare debebat, nunc eadem Ecclesiæ facies ad mundi fines perennabit, quando ea plenissimè consummabi-

mabitur; nec alii interim tempora, aliæve salutis administrandæ vicissitudines expectandæ sunt.

CAPUT XXVI.

De permansione Promissionis & gratiæ sub Veteri Testamento.

Per Vet. T. I. ejusque æconomiam non aboletur Promissio.



Cujus Promissionis & Legiæ sub Vet. Test. MIXTURA propius consideratur.

Non tamen per Vetus Test. ejusque æconomiam legalem abolita fuit promissio. *Testamentum* quippe ante ratum factum à Deo in Christum, Lex, quæ post 430 annos extitit, non facit irritum, ad abolendam Promissionem. Gal. 3:17. Ut hic speciatim consideranda occurrant 1. Promissionis & Legiæ sub Vet. Test. facta conjunctio & mixtura. 2. Ecclesiæ sub illo Testam. mixtus quasi status. 3. Denique fidelium sub hoc statu fides & spes.


II. Ante legem, ut vidimus, obtinuit *Promissio*, quæ indicabat æternam Dei voluntatem ac Testamentum de salute hæredibus danda, in filio: *Qui Novi Testam. Mediator est, ut morte obita, ad redemptionem quæ sub priori Testam. erant transgressionem, promissionem accipiant vocati æternæ hæreditatis*, Hebr. 9:15. Quod Test. proprie nec Vetus est, nec Novum, sed æternum.

III. Accessit huic Promissioni *Lex*, & cum eâ hæreditaria possessio terræ Canaan, in pignus cæli; quæ proprie Vetus Testamentum constituit.


IV. Post legem autem & Testamentum hoc violatum, successit *jugum cerimoniarum*: & status Ecclesiæ hætenus liber, cœpit esse servilis.


V. Habuerunt ergo Israëlità quædam à Patribus, quædam à Mose, Joh. 7:22. à Patribus, promissionem gratiæ, ac per eam peccatorum remissionem, & vitam æternam; à Mose, legem, atque illa violatâ, jugum cerimoniarum; quod quamvis spem vitæ æternæ non tolleret, sed potius confirmaret, non tamen illam propriè dabat; cum ea jam ante per Promissionem vigeret.

VI. Atque ita duplex distingui potest ministerium Mosis; unum commune ipsi cum Patribus, repetere scil. promissiones Patribus datas; alterum, ipsi proprium, ministerium videl. legis. *Contestor in vos hodie cælum*









et terram: vitam et mortem proposui vobis, benedictionem et execrationem. Et eliges vitam, ut vivas tu, et semen tuum. Deut. 30: 19. Conf. 2. Cor. 3: 7. Rom. 10: 4.

VII. Hæc duo ergo cum pariter haberent Israëlita, illud quod propriè à Mose habuerunt, non abolevit illud quod fuit à Patribus; nec lex promissioni contraria, sed ei tantum superaddita fuit; ut usum istum præstaret, quem salva promissione habere poterat.

VIII. Huc enim aurigabat universa doctrina Mosaica; cujus scopus & finis primarius hoc unum agebat, ut promissio Evangelica exhiberetur & elucidaretur. Huc tendebat omnis illius institutio; quæ licet; ut omnes illius ritus, carnalis esset; nihil tamen nisi Redemptorem & Mediatorem sanguinemque ejus præfigurabat, & per sacrificia, reliquosque ritus ad divina illius *ὑποτέλεισματα* & spiritualia ac æterna illius bona populum manuducebat.

IX. Cumque ita commixta foret lex & gratia, pariterque mors & vi- *Vi et Ec-*
 ta, maledictio & benedictio audiretur; mixtus quoque tum fuit *clesia sub*
illo Testa-
mentio
mixtus
quasi sta-
tus.
 status. Eratque illa quidem hæres, sed infans, & curatore egens; nec libera prorsus, nec prorsus serva, sed ab utroque aliquid trahens. Quo conferebat omnis externi illius cultus ratio, quæ mediatorem quidem, sed in imagine, & de longinquo, ostendebat; & fidem quidem crigebat; sed ut ab alterâ parte, dum reatum quotidie ingeminabat, & in sacrificiorum sanguine fidelium fatum pingebat, eam rursus deprimeret.

X. Quâ mixtura, & lucis ac umbrarum viciniâ, Ecclesiæ quoque fidem non nihil obscurari contingebat, dum accurato discrimine opus foret. Et fideles quidem hæc duo, Legem ac Promissionem, discernere, ac utrumque ad fines suos referre satis noverant; infideles autem, dum hanc Legis & Promissionis mixturam non satis caperent, nec rite inter illa distinguerent, occasionem hinc acceperunt à legis justitia aberrandi; cum, legis scopum non intelligentes, ex illius operibus justitiam quærent. *Israël*
prosequens legem justitiae, ad legem justitiae non pervenit. Quamobrem?
quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. Offenderunt enim in lapidibus
offensionis. Rom. 9: 31, 32.

XI. Atque hinc patet quoque tertio, quænam fidelium sub hoc sta- *Denique*
 tu fuerit *fides* ac *spes*; eadem nempe, quæ Patrum sub Promissione *fidelium*
 fuerat, in Christum solum, ejusque sacrificium & redemptionem directa. *sub hoc*
 Unde Apostolus: *Per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos serva-* *sum fides*
et spes.
sum iri, quemadmodum et illos, Act. 15: 11. *Ad quam spem promissionis*
dua

duodecim tribus nostra Deum nocte & die assidue colentes sperant se deventuras, Act. 26: 7. coll. v. 23, 26, 27. Quam spem non ex lege, nec proprie ex Testam. Veteri, quod typicum erat, hauriebant: *Lex enim, habens umbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, quotannis isdem hostiis, quas offerunt perpetim, nunquam potest accedentes consummare*. Hebr. 10: 1. sed ex antiqua Promissione, quam, quoniam cum Patribus communem haberent, per fidem juxta amplexi sunt.


Quam per-
eram So-
ciani ab-
negant.

XII. Ut non ferendus sit *Socinianorum* error, qui, Patres sub lege, æque ac illos qui ante eam vixerunt, fide in Christum, ac certa remissionis peccatorum & vitæ æternæ spe, ac denique Spiritus S. dono, quæ omnia videl. ad Novi Test. promissa referunt, caruisse volunt.

qui resu-
tantur.

XIII. 1. Contraria enim exempla, *Israëlem* nempe eo tempore non fuisse *exsortem Christi, nec sine spe*, Eph. 2: 12. occurrunt; præsertim Mosis ac Davidis. Quo pertinent loca, Joh. 5: 46. *Si enim crederetis Mose, crederetis mihi; de me enim ille scripsit*. Luc. 24: 27. *Exorsus à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de se scripta erant*. Act. 3: 22. *Moses ad Patres dixit, Prophetam suscitabit vobis Dominus &c.* Hebr. 11: 27. *Moses majores divitias estimavit Egypti thesauris improprium Christi, aspiciebat enim in remunerationem*. Act. 2: 30. *Qui (David) Propheta quum esset, sciebat Deum jurejurando sibi jurasse, fore ut ex fructu lumbi ipsius, quod ad carnem attinet, Christum illum suscitaret, quem collocaret super ejus throno*. Conf. Psal. 110. ubi Christum agnoscit non tantum ut Regem, sed ut Sacerdotem, adeoque ut verum mediatorem.

XIV. 2. Ita & Christum quoque auctorem habebant vitæ æternæ: quam vel ipsa promittebat lex, dicendo: *Qui fecerit illa, vivet in iis*, Lev. 18: 5. quod & Christus supponit Matth. 19: 16, 17, 18. Hinc *præceptum ad vitam* esse dicitur, Rom. 7: 10. unde & veteribus fuit *proposita vita & benedictio*, Deut. 30: 19. & ipsa vita æterna nominata est ante Christum; non solum à Mose, Gen. 3: 22. sed & à Davide, Psal. 21: 5. à quo sæpius *to v* dicitur: ab Esaia c. 65: 18. *Usque ad aternitatem, quam ego creo: & à Daniele, c. 12: 2. Quam vitæ æternæ spem simul comitabatur illa de resurrectione mortuorum sub lege. Ut liquet ex dictis, tum Mosis, Deut. 32: 39. Videte nunc, quod ego sum & non est Deus mecum, quod ego mortifico & vivifico, ego vulneravi & sano; tum Prophetarum: Vivent mortui tui. Cadaver meum? surgent. Evigilate & cautate, procumbentes in pulvere. Nam ros olerum est ros tuus, & terram orcus pariet.* Esai. 26: 19. *Abole-*



vit mortem in perpetuum. Esai. 25: 8. *Ex manu orci redimam ipsos: à morte vindicabo ipsos. ubi pestes tuæ (vel aculei tui) ò mors? ubi virus tuum, orce? pœnitudo occultata est ab oculis meis.* Hof. 13: 14. *Et multi ex dormientibus terra pulveris evigilabunt. Hi in vitam eternam erunt. Et hi in opprobria, in ignominiam seculi.* Dan. 12: 2. Conf. Ezech. 37: 14. *Omnium denique Israëlitarum: Nunc vero ob spem promissionis factæ Patribus nostris a Deo, sto in iudicium vocatus: ad quam duodecim tribus nostræ, nocte & die assidue colentes sperant se deventuras: de qua spe postulor, rex Agrippa, a Judæis. Quid? incredibile iudicatur apud vos quod Deus mortuos suscitet? Act. 26: 6, 7, 8. Unde & mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alii vero distenti sunt, non admissa redemptione, ut meliori resurrectione potirentur.* Hebr. 11: 35.

XV. 3. Denique cum Christo, Spiritus quoque ejus communionem habuerunt veteres. Unde ejus crebra sub Vet. T. mentio. Esai. 63: 10, 11. *Et ipsi inobedientes exierunt, & dolore affecerunt Spir. Sanctum ejus. Ubi, qui posuit in medium ipsius Spiritum Sanctum suum?* Hagg. 2: 5, 6. *Ego vobiscum sum, ait Jehovab, cum Verbo quod promisi vobis; & Spir. meus stat in medio vestri.* Psal. 51: 12. *Spiritum firmum innova in medio mei.* Psal. 143: 10. *Spiritus tuus bonus ducet me in terram planam.* 2. Cor. 4: 13. *Habentes igitur eundem Spiritum fidei.* coll. Psal. 116: 10.

XVI. Nec abludunt *Episcopii* commenta; qui omne ante Messiam *Ad Socini* *tempus, ignorantie* ac noctis fuisse differit, juxta Act. 17: 30. & Rom. 13: *errores* 11, 12. Populo autem Israëlitico, quantum in lege clarè deprehenditur, *accidunt* data fuisse promissa hujus vitæ tantum; cum remissione peccatorum non- *Episcopii* *voluntariorum per sacrificia; quæ tamen non nisi pœnarum à Mosis lege commenta.* constitutarum relaxationes, & honorum à lege promissorum, id est, temporariorum, communionem dicebant. Messia vero gratiam, olim præstandam, interea quoque leviter adumbratam fuisse, tum in die expiationis magnæ, tum in veniæ promulgatione, sine ullo peccatorum discrimine, per Prophetas nonnunquam facta. Quæ cuncta Socini virus habent.

XVII. Sequuntur, ut solent, *Anabaptista*, legemque antea solam, *Quos se-* *quuntur* *Anabapti-* *sta.* nunc Euangelium obtinere contendunt; quorum vocabulorum vim & sensum nec ipsi satis intelligunt, & imperitè nimis divellunt, ac sibi mutuo opponunt. Quod & patet, ubi de Vet. & N.T. deque Vet. & N. Fœdere loquuntur; quæ omnia cum lege & Euangelio confundunt; omniaque ejusdem generis faciunt. Vide contra Act. 20: 27. conf. 26: 22, 23.

XVIII. Præter *fidem*, sub hac œconomia norma *obedientiæ* fuit præcipue Decalogus reliquaque legis divinæ præcepta; quæ simul *cultum* externum præscribebant. Quibus tribus capitibus theologia Patrum sub Lege quoque absolvebatur.

Αὐτὴν
Φαλαίω-
σις.

XIX. Ut ergo omnia colligamus, & quid in mundo ac Ecclesia olim fuerit uno visu perlustremus: fuit in mundo, 1. ante peccatum lex naturæ, seu *foedus operum*. 2. ingressum est *peccatum*, quod factus istud inutile reddidit. 3. mox audita est *Promissio* de salute, per semen mulieris. 4. Quæ voluntatem ac *Testamentum* Dei de hæredibus Filio dandis, eosque salvandi per *fidem*, declarabat. 5. Ejus testamenti, ut hæres, ita *sponsor*, fuit filius Dei. 6. Adjuta autem fides in hunc sponsores est diversis *sacrificiis* ac signis. 7. Accessit *Testam.* typicum, seu *Vetus*; quo Test. gratiæ figuratum, ampliusque confirmatum fuit, datâ Cananæ in pignus cœli. 8. Propter apostasiam populi impositum deinde est *cerimoniarum* jugum. 9. Advenit tandem *Christus*. pristinæ servitutis finitor, & peccato, omnique ejus accusazione, per sacrificium suum deletâ, Novo Testamento, ex quo justitia & libertas, initium dedit.

CAPUT XXVII.


De Antiquatione Veteris Test. ejusque approximatione ad abolitionem.

Vet. Test.
ANTI-
QUATIO.
quam ostendit
I. ejus imperfectio.



I. X quibus jam patet, Veteris Test. œconomiam aliquando immutandam fuisse.

II. 1. Suadebat enim hoc Testamenti illius *imperfectio*, in quo deerant quoad perfectionem bona illa maxima, plenissima peccatorum expiatio, Ecclesiæ in hac vita consummatio, sanctificatio, conscientiæ læta tranquillitas, libertas, aliaque Spir. S. dona, quæ aliquando præstanda erant. Sicut Apostolus Veteris T. non fuisse ἀμεμλον *absque querela*, testatur Hebr. 8:7. Unde nec fœderis hæredes in officio continere potuit. Hinc neglectus à Deo hæbiti, & partim in deserto occisi, partim gravi jugo onerati sunt; aliudque tandem fœdus promissum fuit: non enim semper durare poterat prisca illa severitas. *Vituperans enim eas, dicit: Ecce dies veniunt &c. quoniam ipsi non manserunt in Testamento*





mento meo; & ego neglexi eos, dicit Dominus. Hebr. 8: 8, 9,

III. 2. Nec interiora solum istius Testam. hanc imperfectionem habebant, sed & ipse cultus externus talis erat, ut satis ostenderet se perpetuum esse non posse. Non enim semper Ecclesia in jejuniis istis elementis obhærere poterat; quæ ad emendationis tempus solum imposita erant, Hebr. 9: 10. & cedere aliquando debebant umbræ adventuræ luci.

IV. 3. Prædictum quoque fuit Novum ac melius Testamentum. *Ecce dies veniunt, ait Jehovah, & pangam cum domo Israël, & cum domo Juda Fœdus Novum,* Jer. 31: 31. conf. Hebr. 8: 8, 9. *Et recordabor ego fœderis mei, tecum facti in diebus adolescentiæ tuæ, & erigam tibi fœdus sæculi — Et dabo illas tibi in filias, sed non ex fœdere tuo.* Ezech. 16: 60, 61.

V. 4. Idemque præfiguratum fuit in Vet. T. institutione per Mosem; quod & cum de monte primum descendens legis tabulas, non sine omine ac futurorum præfagio, confregit. *Si id, quod aboletur, fuit gloriosum, multo magis id quod manet, gloriosum.* 2. Cor. 3: 11. *Moses imponebat velamen faciei suæ, ne oculos defigerent filii Israël is τὸ τέλ & καταργουέμεν, ad finem ejus, quod aboletur, v. 13.*

VI. 5. Ac tandem reipsa hæc abrogatio peracta fuit; duobus maxime gradibus: 1. *de jure*, oblato Christi sacrificio; quo tempore Vetus Test. fuit ἐν τῷ ἀφαισιμῷ, prope abolitionem, Hebr. 8: 13. ad quam sensim quoque appropinquavit, diminuta paulatim illius gloria; sæculis novissimis Christi adventum antegressis. 2. *de facto*, ubi advenit ejus ἀφαισιμῷ; & de factum per Apostolorum prædicationem; ac præcipuè Cornelii per Petrum conversionem, qui primus ab Apostolo baptisatus, Act. 10: 44, 48. salutem gentium dedicavit, ut inquit Hieron. Et ita corruptum fuit jugum propter oleum. Esai. 10: 27. tum denique ac potissimum excisa urbe ac templo, veloque isto ab Ecclesiæ oculis remoto; quo Dei judicio Ecclesia plenè in libertatem asserta, ac Veteris Test. œconomia, una cum terræ istius hæreditate, terra anathemate percussa, Mal. 4: 6. planissimè sublata est.

LOCUS VIGESIMUS OCTAVUS

D E

Revelatione & Verbo sub Œconomia
L E G A L I.

C A P U T XXVIII.

De Mose, omnique ejus ratione.

REVELA- I.
TIO &
verbum
hujus œco-
nomia.



Ost legem ejusque ministerium, sequitur alterum œconomia illius caput, Revelatio ac Verbum, quo Vetus Testamentum nixum ac propagatum fuit. Quæ consideranda, tum in auctoribus suis, quibus divina revelatio facta fuit, five Mose, five Pontifice, qui per Urim & Thummim oracula accipiebat, five denique Prophetis reliquis; tum in effecto revelationis, verbo sc. ipso, quod fuit Lex Dei scripta.

Considera-
tio MOSES.


II. *Mosē* quod attinet, consideranda ejus 1. persona. 2. munus. 3. revelatio ipsi facta. 4. miracula. 5. denique personæ munerisque ejus mysterium ac significatio.

Illius no-
men.

III. Appellatus fuit vir hic, qui, excepto solo Christo, in Ecclesiâ Dei maximus fuit, *Moses*, ab Ægyptiis, quod ex aquâ extractus & servatus foret, Exod. 2: 10. Quod & aliorum ducum ac imperatorum fatum fuit. Magnumque eum fore illo prodigiorum in nativitate ejus rudimento ostensum fuit. Quod Apostolus observat Hebr. 11: 23. *Fide Moses natus occultatus est trimestre a parentibus suis, quia videbant elegantem esse infantem &c.*

Educatio.

IV. *Educatio* habuit regiam, inque aulâ Ægyptiacâ omni sapientia (quæ tunc ferè Ægyptiorum erat) eruditus, litterisque eorum instructus fuit, Act. 7: 22. Quod ipsi ad magnas deinceps res gerendas adjumentum & dignitatem addidit. A Pharaonis quoque filia in genus familiamque regis adscitus, honorem istum repudiavit; *Magis eligens vexari cum populo Dei, quam temporariam habere peccati fruitionem; majores divitias estimans Ægypti thesauris improprium Christi. Aspicebat enim*





enim remunerationem. Hebr. 11: 24, 25, 26.

V. Vita ejus tribus periodis definitur: quadraginta annos in aulâ vixit: *Vita.* totidem annos vitam privatam egit in Midianitide: totidemque annos Israëliitarum exulum agmini præfuit, populique Dei ducem egit.

VI. Extrema ejus singularia erant. Deo enim jam olim familiaris, per- *Extrema.* acto laborum cursu, sanus valensque ad eum in montem Nebo ascendit, juxta os ac mandatum Dei ibi moriturus. Deut. 34: 5.

VII. Ignotum mansit ejus sepulchrum, Deut. 34: 6. procul dubio peculiarem ob rationem. Quæ occasio videtur fuisse certaminis inter Michaëlem Archangelum & Diabolum, de corpore Mosis, de quo est Jud. v. 9. An corpus ejus rursus excitatum, ac tandem in cœlum receptum sit, licet verisimile, attamen incertum est, nec ex Matth. 17. peremptoriè concludi potest.

VIII. 2. *Munus* ipsius, quod in Ecclesia gessit, illustre imprimis, & *Triplex obivit munus Redemptoris.* supra omnes, quotquot extiterunt unquam homines, eximium fuit, atque hisce tribus absolvebatur. 1. Quod populi Dei *Redemptorem* egerit; dum gregem in deserto pasceret, ad munus illud, per Angelum ex ardentis rubi igne loquentem, vocatus. Exod. 3: 2, 4. Missus inde, cum expressa nominis Jehovæ nuncupatione, v. 14. cujus vim ac mensuram omnem Deus suo tempore impleturus, promissaque olim Patribus facta repræsentaturus erat; Israëlitas, imbellis ac miserabile agmen, ante ora hostium minantium ac frementium, multis cum miraculis ac prodigiis, eduxit; Ægyptumque divinis jussis repugnantem cœlestibus plagis perdomuit; ac de ea idolisque ejus tantum non triumphavit; non alio effuso, quam agni Paschalis sanguine. *Hunc Mosem — Deus misit principem & λυτρωτην, ductu Angeli, qui visus fuerat ei in rubo.* Act. 7: 35.

IX. 2. Perductos deinde ad sacrum montem Israëlitas Deo veluti *Mediatoris.* præsentis stitit; ejusque nomine legem populo dedit, Exod. 19. & fœdus cum universâ gente iniit, Exod. 24. stans ipse inter Deum hominesque medius; ut fœderis illius *Mediator, ac Dei hominumque interpres & inter-nunciatus.* Deut. 5: 5. Gal. 3: 19. *Lege injunctâ per Angelos, in manu mediatoris.*

X. 3. Tandem & *Prophetam* ac Doctorem Ecclesię egit; quo in munere ita excelluit, ut nemo ipsi par aut secundus extiterit. Cum enim primarius in *domo Dei foret servus,* Hebr. 3: 5. veræ doctrinæ plenissimam formulam ac fœderis summam tradidit; cunctaque Ecclesię fata descripsit, atque universum ejus statum ordinavit. Speciatim autem & illu-

strem in modum de Christo vaticinatus est, Joh. 5:46. atque alium Prophetam, alium Ecclesiæ statum, alia denique ac meliora ejus fata promisit. Deut. 18:15, 18.

*Revelatio
illi facta.*

XI. Ad prophetiam Mosis pertinet 3. *Modus revelationis ipsi factæ*: qui singularis planè fuit, & supra reliquos Prophetas aliquid eximium habuit. Cum, Deo videlicet familiaris, adire cum ac consulere quoties vellet; vocesque ejus ac responsa, non per ænigmata, aut nubem, sed tanquam humanum sermonem claro auditu percipere ac haurire posset. Num. 7:89. Exod. 33:9, 11. Inque isto cum Deo commercio, non voces solum divinas audiret redderetque, sed, cum in monte occultis sacris operaretur, ipsam celestium spèciem viderit; quod nemini præterea contingit. Exod. 33:18. Num. 12:8. Quod quomodo factum fuerit, & quæ ista gloria ac similitudo Dei fuerit, quam extremo visu carpsit ac delibavit Moses, quæque ejus præ aliis prophetis præterea fuerit excellentia, lib. III. c. v. §. 15. paulò latius executi sumus. Non exiguæ vero gloriæ fuit, quod, cum Moses de monte rediret, facies ejus, divina luce perfusa, radiaverit. Exod. 34:29. *Adeo ut non possent filii Israel intentis oculis intueri in faciem Mosis, propter gloriam illam faciei ejus,* 2. Cor. 3:7. conf. Luc. 2:9. *Gloria Dei circumfulsit eos.* conf. Act. 7:55. 1. Cor. 15:41.

*Miracula
ab illo
facta.*


XII. Ad munus ejus spectant 4. *Miracula*, quæ patravit ingentia prorsus & stupenda, inque omni fere naturæ parte, ac maximo numero; ut ea sola, juxta Judæos, omnia reliquorum prophetarum miracula fuissent: *Cum non surrexerit propheta in Israël par Mose, quem agnovit Jehova facie ad faciem, cum omnibus signis & prodigiis, ad quæ misit cum Jehova &c.* Deut. 34:10, 11, 12, 13.

XIII. Blasphemè autem Athei ac Libertini miracula ejus negant, ac magicis artibus imputant. Cum contra magorum cum ipso certamina legamus; quorum artes, atque omnem carminum & nefariorum rituum potentiam, operum suorum magnitudine oppressit ac superavit. Sicut & magiæ hostem infensissimum ipsum Mosè fuisse ex legibus ejus patet; Exod. 22:18. *Præstigiaticem ne sinete vivere.* Ac revera tanta, & tam multiplicia, ac tam publica fuerunt ejus miracula, ut nulli spirituum ministerio adscribi queat: nisi Deum, relicto mundi regimine, omne ejus arbitrium nefandis illis genis permisisset credamus.

*Mystica
ejus signi-
ficatio.*

XIV. 5. Tandem Mosè umbris suis evolvamus, ac detractò velo faciem ejus deinde, & quæ hætenus de eo observavimus, cum Christo nostro comparemus. *Quod maximum hujus personæ est mysterium:*

Et









Et *narrivitas* quidem utriusque infantum cæde nobilitata, atque uterque in Ægypto non sine miraculo servatus fuit. *Educatio* Mosi regia, Christo propemodum plebeja fuit. Atque hoc superior eo Christus, quod tenuitur habitus, & ignobili ministerio exercitus, eo paterna officina repente tamen sapientissimus & eloquentissimus prodierit. Cum Moses in aula ad tantum virum, qualis post exitit, formatus, *μογιλάλ* fuerit, & ore non satis rotundo: quod mysticè Légis impotentiam arguebat, Rom. 3:19. *Mors* ejus extra Cananæam, ministerii ejus rationem edocebat. Lex enim utcunque viam salutis de longinquo monstret, & ad Cananææ limitem adducat, eo tamen neminem introducit; sed peracto ministerio suo, Josuæ, h. e. Christo, homines beandos & salvandos tradit. *Sepulchrum* denique ejus ignoratum ceremoniarum ab ipso traditarum fatum, legesque ipsius olim sepeliendas nec unquam refodiendas, ostendebat.

XV. Similiter *munera* ejus quod spectat: *Redemptio* ac liberatio populi veram Ecclesiæ redemtionem per Christum docebat, qui *agnus* ille incontaminatus est, cujus sanguine illa expiata & Deo in peculium acquisita est, in *λαὸν ἐκ. ὠελπίησιν*, 1. Pet. 2:9. Tit. 2:14. *Mediatoris* ac Interpretis munus, quod in celebri illa legislatione gessit, Christum verum Mediatorem præfigurabát, qui non solum mediator, sed & fœderis sponsor fuit; nec bestiarum cruorem, sed proprium sanguinem libavit: nec deleri solum è libro vitæ optavit, ut olim Moses, Exod. 32. sed revera *execratio factus est*, Gal. 3:13. Utque Moses tandem *Propheta* fuit, supra omnes extra controversiam maximus; uti servus in tota domo Dei probatus & fidelissimus; ita Christus ipso Mose fuit major, & familiæ divinæ non servus, sed filius, & dominus, & hæres fuit, Hebr. 3:5, 6. Unde & supra Mosem *audiendus fuit*, Matth. 17:3.

XVI. *Revelationis* peculiaris modus & gradus, utcunque Mosen inter mortales maximum, inter quos nullus tam propinquæ apud Deum admissionis fuit, Christo tamen inferiorem ostendebat, qui de ipso sinu Patris veram sapientiam lucemque nobis attulit: *Deum nemo vidit unquam, unigenitus Filius, qui est in gremio Patris, illum edisseruit*, Joh. 1:18. Et vidit ille quidem gloriam Dei, sed veluti discedentis, ejusque *posteriora*, ac veluti fugientis lucis umbram levi adspectu delibavit. Qua tamen celesti luce perflusus, cum de monte descenderet, non nisi obvelato oris habitus inter Israëlitas versari potuit. Quæ partim legis fulgorem ac sanctitatem, quam peccatores ferre nequeunt, partim opacas ceremoniarum

tenebras & noctem, velumque veteris Ecclesiæ figurabant. Quod tandem velum Christus Mofi de facie detraxit, sibi que illum testimonium perhibere iussit, Joh. 5:46. *Si crederetis Mose. crederetis mihi, de me enim ille scripsit.* tandemque & Judæis ipsis velum illud auferet, ut *retectâ facie gloriam ipsius videre queant.* 2. Cor. 3:16:17.

XVII. Miracula quoque ejus, præsertim populi exitus, traductio per mare, mannæ aquarumque suppeditatio, tabularum legis delatio, & quadraginta annorum ductus, ac in desertis locis conservatio, totidem Christi miracula, seu *ἀπειθέματα* divina adumbrabant. In quibus omnibus tamen Christus Mose multis nominibus major fuit, ut proximè vidimus. Ex qua comparatione, Christi præ Mose prærogativa innotescit: utque ille omnibus Prophetis fuit superior, ita hunc ipso Mose esse majorem. Quod non obscurè Moses ipse prædixit. Deut. 18.

CAPUT XXIX.

De revelatione Pontifici factâ per *Urim & Thummim*, reliquisque prophetiis.

Oraculum
URIM &
THUM-
MIM




quale fue-
rit?


I. Equitur ut agamus de oraculo *Urim & Thummim*, qui modus erat divina responsa accipiendi solis Pontificibus peculiaris. Legitur de eo Exod. 28:30. Lev. 8:8. Num. 27:19. Deut. 33:8.

II. Jusserat autem Deus amiculo Sacerdotali, *Ephod* appellato, medio in pectore illigari pannum pretiosissimum, palmi magnitudine, quod pectorale seu *שן* dicebatur; cui duodecim uniones stupendio opere inserti erant, duodecim tribuum nomina præferentes. Qui quaterni gemmarum ordines (quadruplici enim serie dispositi erant) vel ipsa *Urim & Thummim* erant; quæ voces luces & perfectiones dicunt; quod ex collatione locorum Exod. 39:8, 10. & Lev. 8:8. patere videtur; vel certe fuere illa secretius ac sanctius aliquid, à Deo artifice Mofi traditum, & mystico illi panno inscriptum, Scripturis vero tacitum, adeoque ignotum.

Quomodo
responsa

III. Modus oraculum consulendi talis erat; ut Pontifex, extra adytum, facie ad arcam obversâ staret, & qui responsum petebat, à tergo ejus
se





se componeret. Quo habitu ille ad id quod animo conceperat, certissima *reddide-*
 responsa accipiebat, & consulentibus reddebat. Quæ ex novo ac insolito *riti?*
 lapidum fulgore, vel literarum ex pectorali prominentium, ac ordine
 protuberantium serie ab ipso deprehensa, Judæi autumant. Quod tamen
 incertum est; cum in longis variisque adeo oraculis locum illud habere
 non potuerit. vide Jud. 1: 1, 2. 2.Sam. 5: 19, 23, 24. 1.Sam. 23: 11, 12, 13.
 Unde cum Urim & Thummim certus prophetiæ gradus in Pontifice fue-
 rit, verosimilius est, vel externa voce ex adyto, vel saltem per internum
 instinctum in mente Pontificis, Deum respondisse.

IV. Consultum illud oraculum maximè sub tabernaculo legimus; *Quando*
 sub templo autem, cum Deus per Prophetas crebrius responderet, paulatim *deseris?*
 desiisse: sicut & sub secundo templo, una cum aliis rebus sacris illud pror-
 sus desideratum fuit. Frustra autem Judæi sub Messia illud restituen-
 dum putant, male intellecto loco Ezz. 2: 63. & Neh. 7: 65.

V. Usus ac causæ istius oraculi erant: 1. ut Deus sese populo suo præ- *Illius usus*
 sentem testaretur. Quæ singularis illius præ aliis mundi nationibus erat *ac signifi-*
 gloria. *Quæ gens maxima, cui Deus est propinquus, sicut Jehova Deus*
nostrus est, quotiescunque invocamus eum? Deut. 4: 7. conf. Psal. 147: 19,
 20. *Indicat verba sua Jacobo — non fecit sic ulli genti &c.* 2. Atque il-
 lum à Gentium superstitione totque oraculorum ac sortium ludibriis ab-
 straheret, cum domesticum in templo oraculum haberet, Deumque ipsum
 familiariter accedere ac consulere liceret. Unde tam severe ariolos omnes,
 ac divinos artesque illas impias & nefandas ex republ. ista proscripsit.
 3. Denique & Christi imagini figurandæ & adornandæ hi pectoralis lapi-
 des, & hæc lucæ ac perfectiones inserviebant. *Erat lux illa vera, quæ illu-*
minat omnem hominem, veniens in mundum. Joh. 1: 9. *In eo inhabitat*
omnis plenitudo deitatis corporaliter. Col. 2: 9, 10. Ille enim solus iste
 sacerdos est, qui in pectoris sui adyto lucæ ac perfectiones insculptas ha-
 bet; quique Dei hominumque interpres unicus, per quem solum accede-
 re possumus, certissima mortalibus responsa reddidit. Ut non alio oracu-
 lo nunc opus sit, ne in Ecclesia quidem, ut male Pontificii præferunt.
 Cum lucis hujus fulgor & radii universum Dei templum collustraverint,
 omnemque ejus doctrinam perfectissime abolverint: ut alias fortes mo-
 vere, mendacemve spiritum vel in specu aliquo mugientem, vel in templo,
 vel ex capitolio denique proloquentem audire nefas sit.

VI. Atque hæc de divina revelatione Mofi & Pontifici facta suffici- *Revelatio-*
 unt. Reliquos autem prophetas quod spectat, supra de iis egimus; lib. III. *nes prophæ-*

*sic sub
œconomia
legali.*

c.v. §. I. variosque prophetiæ gradus vidimus. Neque in hac periodo ulla ejus mutatio facta est; nisi quod crebrius interdum prophetæ visi fuerint, & clarius illustriusque de Messia vaticinati sint; ut speciminis loco pauca hæc sunt, quæ agunt de missione illius, qui diceret & faceret ea, quæ Filium Dei dicere & facere oportebat, Esai. 61: 1, 2, 3. Zach. 9: 9. de matre ejus, Esai. 7: 14. nativitatis loco, Mich. 5: 1. tempore, Dan. 9: 24. Mal. 3: 1. de ejus passione, Psal. 22. & 69. Esai. 50: 6. 53: 4-9. Mich. 4: 14. Zach. 11: 12, 13. 13: 7. resurrectione, Psal. 16. Zoph. 3: 8. gloria, Psal. 68, 110, 118. effusione Sp. S. Joël. 2: 28. cum dono linguarum, Zoph. 3: 9. Esai. 28: 11. miraculis Apostolorum, Esai. 8: 18. prædicatione Euangelii in gentibus, Esai. 42: 4. Templi, urbis populique everfione, Esai. 66: 6. Dan. 9: 27. Iudæorum dispersione per totum mundum, Hof. 9: 11. idololatriæ extinctione in maxima parte mundi, Zach. 13: 2. Gentium traductione ad Christianum nomen, Esai. 44: 5. Psal. 22: 30. 87: 4, 5, 6. Regno Bestiæ & defectione &c. Esai. 57. Ezech. 38. & 39. Dan 11. rursus autem sub ultima ejus tempora prophetæ paulatim desierint; quando facer ille chorus, expleto ministerio suo, Christo de viâ cessit, ipsumque tanto præconio celebratum & commendatum, unicum ac perpetuum Ecclesiæ suę doctorem reliquit.

C A P U T X X X.

De LEGE SCRIPTA.


VERBUM
*sub hac
œconomia*




scriptum.

I. Tque hisce auctoribus sive ministris per divinam revelationem verbum Dei ad homines pervenit. Qui revelationis hujus fuit effectus ac finis. Est autem hoc discrimen annotandum inter verbum Dei, quod sub Promissione, quodque deinde sub Legis œconomia obtinuit; quod ibi illud maximam partem ἀγγελον, hic ἐγγραφον & scripto comprehensum fuerit; ut in Decalogo, universâ Lege, Scripturisque reliquis. Ita ut hic primum in ordine temporum Scripturæ mentio occurrat; hique ejus tractandæ opportunissimus locus sit. Cum autem initio operis illam ut doctrinæ revelatæ principium considerare necesse habuerimus, & plerasque quæstiones eo spectantes absolverimus, nunc campum istum non ingredimur. Huic Legi scriptæ Judæi deinceps, si non opposuerunt, saltem conjunxerunt, patrias traditiones; ex quibus serioribus sæculis lex eorum oralis nata est. de quibus suo loco.

II. Hic





II. Hic cum univērus Legis revelationisq̄ue sub ea fuerit ambitus, *Principia doctrina Moisaica* pronum est ex dictis colligere, quānam Theologiæ seu doctrinæ Moisaicæ fuerint principia & fundamenta, quibus illa superstructa fuit. Illa autem ad hæc tria præcipuè recidunt. 1. Revelationem divinam unicam esse normam & regulam omnis cultus religiosi, qui Deo gratus & acceptus futurus sit. Quod principium licet perpetuæ fuerit necessitatis, in lege tamen præcipuè repetitum & maximo rigore adstrictum fuit, juxta illud Deut. 4: 2. *Ne addito ad verbum illud quod ego vobis præcipio, ne demito de eo.* Conf. c. 12: 32. 2. Vitam & justitiam, Deo placituram, non nisi ex mera gratia per semen promissum ejusque sanguinem esse expectandam. Quod ut prior œconomia omnis testabatur, ita sub Lege palam & aperte fuit explicatum. Hoc enim clamabat omnis institutio legalis, omniaque sacrificia, præsertim sollemne illud & anniversarium sacrum die expiationis quotannis offerendum, Lev. 16. Unde Apostolus Hebr. 9: 22. *Sanguine propemodum omnia mundantur secundum legem & sine sanguinis effusione non fit & Θεοις remissio.* Ex quo infert com. 23. *Neceesse ergo, figuras quidem eorum quæ in cœlis sunt, hisce mundari; ipsa autem cœlestia melioribus hostiis præistis.* 3. Univerfos hosce cultus religiosi typos & formulas, utcunque præcellentes & gloriæ plenas ad præstitutum duntaxat tempus duraturas esse, donec nempe Messias veniret, cui omnes obedituri essent. Deut. 18: 17-19. Conf. Joh. 4: 25. In quæ fundamenta omnis Judæorum, quæ posterioribus sæculis insecuta fuit apostasia, incurrit.

LOCUS VIGESIMUS NONUS

D. E.

Sacramentis & signis sacramentalibus sub
L E G E.

C A P U T XXXL

De P A S C H A T E.

SACRA-
MENTA
sub œcono-
mia Legis.

I. Equuntur nunc, quod tertium œconomiae legalis caput est; Ecclesiae illius sacramenta, sub hac periodo vel ab antiquo retenta, vel de novo instituta. Et licet in hunc censum sacrificia quoque omnesque ceremoniae legis referri possent; eminebant tamen illa quae proprie appellamus sacramenta, vel signa sacramentalia. Quae fuerunt tum illa, quae vulgò ordinaria, tum quae extraordinaria appellantur.

CIRCUM-
CISIO.

II. Ordinaria erant: 1. *Circumcisio*, quae olim Abrahamo data, sub hac œconomia permansit; nisi quod novus rigor accessit; quumque sub Patribus aliquid Euangelici haberet; nunc in Legis ministram, & acerrimam Mosaicorum rituum exactricem conversa, universae legis compendium, ac manifestata servitutis confessio ac tessera facta fuit, juxta Gal. 5: 3. *Testor omni homini, qui circumciditur, cum esse debitorem totius legis servandae.*


PASCHA;
in quo con-
sideranda


III. 2. *Pascha*, per Moysen, licet in Ægypto & libertatis exordio, institutum. In quo consideranda occurrunt, 1. *Nomen*, 2. *Institutio* & celebratio. 3. *Ufus & significatio.*

1. *nomen.*

IV. Nomen ejus Hebraicè est פסח *transitus* seu *translittio*, à transitu Angeli. *Erit sanguis ille vobis in signum super illas domos ubi eritis, & videbo sanguinem illum*, אֲנִי עָפָר & *transibo praefer vos*. Exod. 12: 13. Hellenisticè dicitur φασχῆ; Iosepho Φάσχα; Philoni πάσχα: quod in N. T. usitatum, *scitis post biduum Pascha fore*. Matth. 26: 2.

V. Notat hæc vox 1. proprie Angeli illius transitum. 2. Agnum Paschalem. *Comedetis eam cum festinatione, Pascha est Jehova*. Exod.





12:11. *Accipite vobis parvam pecudem per familias vestras, deinde jugulate ipsum Pascha* v. 21. *Jugulantibus autem illis Pascha, sacerdotes spargebant sanguinem &c.* 2. *Chron. 3:5:11. Tum coquebant Pascha igne pro ritu* v. 13. *Venit dies azymorum quo oportebat mactari Pascha.* Luc. 22:7. 3. *Festum Paschatis. Præcepit Rex toti populo, dicendo: celebrare Pascha Jehovæ Deo vestro &c.* 2. *Reg. 23:21, 22. Appropinquabat autem festum azymorum, quod dicitur Pascha.* Luc. 22:1. 4. *Sacrificia, tum temporis offerri solita: Tum mactabis Pascha, pecudes & boves Jehovæ Deo, in loco quem elegerit Jehova ad collocandum nomen suum ibi.* Deut. 16:2. *Illi non intrarunt in pratorium, ne polluerentur, sed, ut ederent Pascha.* Joh. 18:28. 5. *Christum, verum Pascha,* 1. *Cor. 5:7. Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, nempe Christus.* 6. *Sacramentum, quod consistebat in agni paschalis mactatione & comestione. quo sensu id hic usurpamus.*

VI. *Quæritur autem, an Pascha Sacramentum sit, an potius sacrificium?* Resp. utrumque fuisse, sed diverso respectu. *Quoad mactationem enim agni, effusionem sanguinis, ejusque oblationem ad altare, &c. fuit sacrificium. Quod & nomen* זבח פסחא, (*Non poteris* זבחן mactare Pascha, *intra aliquam è portis tuis, &c.* Deut. 16:4, 5, 6. *victima Paschatis est Jehovæ.* Exod. 12:27. *conf. c. 23:18. 34:25. Non pernoctabit usque mane* זבח פסחא *sacrificium festi Paschatis.* Num. 9:13. *Vir ille qui est mundus, aut in itinere non est, si deserit* זבח פסחא *celebrare, facere Pascha, excindetur anima illa è populis suis.* Marc. 14:12. *Primo autem die azymorum, &τe τὸ πᾶσχα ἔθουον, quando Pascha mactabatur.* Luc. 22:7. *Venit dies azymorum, quo oportebat θύεσθαι mactari Pascha.) & res ipsa ostendit; quoad epulum vero & sacrum convivium, fuit sacramentum.*

VII. *Institutionem & celebrationem ejus quod attinet, injuncta illa primitus fuit in Ægypto, peragenda ultimâ nocte, quâ populus Israeliticus inde excessurus erat, Exod. 12:1. &c. certis cum cerimoniis ac ritibus.* 1. *enim ad istud sacrum adhibendus erat agnus, aut hædus, masculus, anno non major,* Exod. 12:5. 2. *ille decimo die mensis Nisan, qui à novilunio nostri Martii incipit, ab ovili separandus, domi asservandus, & die* 14. *mactandus erat,* Exod. 12:3, 6. 3. *mactatio peragebatur die 14. inter duas vespertas, v. 6. id est, inter initium sacrificii vespertini, & occasum Solis.* 4. *Sanguis allinendus erat postibus & superliminari domus, fasciculo hyssopi, v. 7, 22. Quo signo Angelus vastator admoneretur, ædesque ipsorum præteriturus foret, v. 13, 23. Nemini vero licebat illa nocte*

(*an Pascha sacramentum sit, an sacrificium?*)

2. *institutio & celebratio ejus in Ægypto.*

domo egredi, usque ad mane, v. 22. 5. Comedebatur agnus die 15. statim ab occasu Solis, à circumcisis duntaxat, Exod. 12: 8, 44. & convivarum numero, qui non erat infra decem, nec supra viginti. Ille autem, non crudus, nec aquis excoctus, sed assus, una cum capite, cruribus & visceribus manducandus erat. 6. Cum panibus azymis, lactucis, & herbis amaris, v. 8. ut recens semper esset memoria afflictionis Ægyptiæ; unde & panis afflictionis dicitur, Deut. 16: 3. Hinc Judæi nocte pervigilium festi præcedente fermenti expurgationem peragebant, summa cura omnes domus angustias ac rimas lustrantes, collectasque fermenti particulas, non sine diris ac execratione, flammis absumendas tradentes. 7. Comedebant agnum habitu festinantium, lumbis accinctis, calceis induti, baculis in manum sumtis, v. 11. 8. Nullum os festi hujus agni frangendum, v. 46. quodque ex epulo reliquum erat, mane igni concremandum erat, v. 10. nefas enim erat carnes sacras corrumpi. 9. Denique universi istius sacri religio eadem nocte liberis tradenda erat, illique de tota re edocendi, Exod. 13: 8. Quæ *Haggadab*, sive annunciatio Paschatis dicebatur; quo respicitur 1. Cor. 11: 26. *Quotiescunque ederitis panem hunc & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate, usque quo venerit.*

*in deserto.
in terra
Canaan.*

VIII. Ita celebratum fuit primum Pascha in Ægypto. In deserto tunicum tantum legitur celebratum Pascha, Num. 9: 5. In terra *Canaan* mox iterum Pascha celebrarunt, Ios. 5. c

Festum azymorum.

IX. Cum Paschate autem concurrebat semper festum panum azymorum, de quo supra. c. 11. p. 13.


X. Superfunt duo adhuc quærenda 1. quis Paschatis mactandi fuerit locus? 2. qui ministri ejus?

*Paschatis
mactandi
locus,*

XI. Resp. Ad 1. Locus in Ægypto erant privatorum ædes. *Accipientes ex ipsius sanguine, imponent duobus postibus & superliminari, in domibus illis in quibus esuri sunt ipsam.* Exod. 12: 7. deinceps vero tabernaculum, aut templum, sive ejus atrium, ubi victimas mactare moris erat. *Non poteris mactare Pascha in portis tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi. sed in loco quem eliget collocandum ibi nomen suum, ibi sacrificabis vel parabis Pascha in vespere,* Deut. 16: 5, 6. coll. Ios. 5: 10. 2. Chron. 35: 3, 6. Luc. 2: 41, 42. *Ibant verò parentes ejus quotannis Hierosolymam in festo Paschæ, secundum morem illius festi.* Manducabatur autem in privatis ædibus. Matth. 26: 17, 18. *Ubi vis paremus tibi ad edendum Pascha? Ipse vero dixit, abite in urbem ad quendam, & dicite ei, præceptor dicit; tempus meum prope est, apud te faciam Pascha cum discipulis meis.*

XII. Ad







XII. Ad 2. ministri Paschatis in *Ægypto* erant patresfamilias, aut ^{et ministri.} filii primogeniti, Exod. 12: 3. sub lege autem simul patresfamilias cum Sacerdotibus & Levitis. Patres quidem familias agnum mactasse; hi autem sanguinem ad altare detulisse & effudisse videntur. vid. 2. Par. 30: 15, 16, 17. & 35: 5, 6, 10, 11. Esr. 6: 20. Matth. 26: 28.


XIII. Præter ordinarium hoc Pascha instituerat Deus Pascha secundarium; quod celebrandum erat mense secundo, die decimo quarto, ab iis, qui priori mense sive immundi, sive absentes fuerant. Cujus occasio refertur Num. 9: 6, 10, 11. Idem autem per omnia illud erat cum paschate ordinario, nisi quod hic non constringerentur ad omnis fermenti expurgationem è domibus suis; & quod unicus tantum dies festus & *ἁγίασμα* esset. Atque hoc tempore ordinarium Pascha specialis de causa celebravit olim Ezechias Rex, 2. Chron. 30: 2, 3, 15.


XIV. Sequitur tertio Paschatis usus & significatio; quæ vel Iudæos <sup>3. Pascha-
is usus et</sup> solos, vel nos etiam spectabat.

XV. Ratione Judæorum usus ejus erat, in *Ægypto* Angeli destructo- <sup>significa-
tio;</sup> ris transitum, ac Israëliitarum exitum obsignare, Exod. 12: 12, 13, 23. ac deinceps annuam ejus beneficii memoriam colere, Deut. 16: 1. ac <sup>etiam respectu Iudæo-
rum,</sup> denique festivitate illa Iudæorum gentem ab *alienigenis* incircumcisissimis, determinare, Exod. 12: 43, 44, 45, 48.

XVI. Primaria autem ejus significatio, quæque ad nos etiam pertinebat, fuit, annuo isto sacrificio, in sollemni univèrsi populi conventu, <sup>etiam nostris
quoque.</sup> tanta cum pompa & frequentia peracto, præcipuum religionis mysterium, Christi, veri agni, mortem & expiationem perpetuo recolere ac commemorare: istaque fide, usque ad adventum ejus, Ecclesiam pascere ac solari. Cujus sacrificium & beneficia, nostrique cum iis communio, annuo isto sacro, omnibus suis partibus mirè adumbrata & expressa fuerunt. 1. enim *agnus* notabat *agnum Dei, qui tollit peccata mundi*, Ioh. 1: 29. qui non alia pecude melius præfigurabatur; cum in ea imago sit, tum nostræ aberrationis & petulantiae, Christo imputatæ: (*Omnes nos tanquam oves aberravimus: quisque ad viam suam versi fuimus: & Jehovah in eum fecit incurrere pravitatem omnium nostrum.* Esai. 53: 6. *Et statuet, oves quidem ad dextram suam, hædos autem ad sinistram.* Matth. 25: 33.) tum Christi obedientiæ & patientiæ: *Exigebatur & ipse submittebat se, & non aperiebat os. ut agnus ad macellum ducebatur, & ut agna coram vulsoribus suis obmutescens.* Esai. 53: 7. *Masculus* autem ille erat, ad significandum robur Christi. *Dignus est agnus, qui mactatus est, ut accipiat*

piat potentiam & vires & honorem & gloriam & benedictionem. Apoc. 5:12. & *sine labe*, ad purissimam Christi hostiam representandam; *qui est Pontifex nos decens, pius, sine vitio, impollutus, separatus à peccatoribus.* Hebr. 7:26. *Nec anno major*, ut constaret, Christum non diu inter homines versaturum; sed promtissimè mandatum patris impleturum. 2. *Segregatio agni* à reliquo grege, aliquot diebus ante facta, Christum solum ad id munus electum, solumque dignum esse docebat, qui pro genere humano Pascha fieret. 3. *Ut ille mactabatur, suspendebatur, & assandus clavis configebatur, nec os in eo confringebatur*; sic noster in cruce eadem passus est, eodem loco, mense, die, & præcisè eadem horâ. *Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, nempe Christus.* 1. Cor. 5:7. *Ecce in medio throni & quatuor animalium & in medio Seniorum Agnus stans, ut mactatus.* Apoc. 5:6. *Dignus accipere librum & aperire sigilla ejus: quia mactatus es & emisisti nos Deo &c.* v. 9, 12. *Facta sunt hæc, ut Scriptura impleretur: os non conteretur ei.* Ioh. 19:36. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Marc. 15:25. 4. *Hyssopi frutex*, Christum, fructum terræ, vilem, nec decore ullo præditum; *sanguis*, Christi obedientiam & meritum; *aspergio* ac irroratio ejus, mortis Christi imputationem, tum à Deo, Psal. 51:9. tum à Christo, Esai. 52:15. tum à nobis ipsis per fidem, 1. Pet. 1:2. Hebr. 12:24. factam; *domus & limen superius*, tum corda nostra; tum externa bona omnia, quæ nobis per Christum sanctificata sunt; tum denique Ecclesiam, veram Dei domum pingebant; ex qua *egredi* non licet; dumque *judicia Dei* toto orbe defæviunt, in ista domo quiescendum, Esai. 26:20. & Pascha comedendum est; & sacrificii Christi confessione, veluti *impresso postibus signo*, Deus publice honorandus, & *destructor angelus*, omnisque mortis potestas averruncanda est. Christus quippe *carnis & sanguinis particeps factus est, ut per mortem aboleret eum qui mortis imperium habebat, hoc est, Diabolum.* Hebr. 2:14. 5. *Manducatio agni* fidem in Christum signabat. Et sicut *multi de uno agno* comedebant; sic unus multorum *justitia & vita est*: nam *per obedientiam hujus justis constituuntur multi.* Joh. 6:51. Rom. 5:19. & multi in uno unum fiunt: *Quoniam unus est panis, unum corpus nos illi multi sumus: nam omnes ex uno illo pane participamus.* 1. Cor. 10:17. 6. *Utque assi* erat comedenda sacrificii caro, non cruda, vel aquis excocta; eaque omnis absumenda, *nec quicquam in crastinum relinquendum*: sic Christus non leviter afflictus, sed divinâ ira gravissime oppressus, & charitatis suæ ardore tandem consumptus est: totusque, cum omnibus bene-





beneficiis suis, integra fide, amplectendus & possidendus est; nec unquam procraftinandum; post perceptam autem communionem in eo toto corde acquiescendum est; cum iterari sacrificium ejus non possit, nec iteratū opus habeamus. 7. *Panes azymi* vitæ novitatem significant: *fermentum* enim & acor à vetustate & corruptione est. Idque omne è regno Christi, quod regnum novæ lætitiæ est, ante *vesperam*, id est, initium ejus, & novi sæculi exordium, tum quoad doctrinam, tum quoad vitæ scandala, *eliminandum* est. *Tunc intellexerunt eum non dixisse ut caverent à fermento panis, sed à fermento doctrinæ Pharisæorum.* Matth. 16: 12. *An recessit paululo fermenti totam massam fermentari? Expurgate igitur vetus fermentum, ut sitis nova massa.* 1. Cor. 5: 6, 7. *Herbæ amara* passionis ac crucis Christi communionem: (Nam oportet per multas afflictiones nos ingredi in regnum Dei. Act. 14: 22.) & mortificationis dolores, (Hoc scientes, veterem nostrum hominem una crucifixum esse, ut aboleatur corpus peccati. Rom. 6: 6.) & vitæ præsentis tædia ac labores, & patientiam denique docebant. *Gloriamur in afflictionibus, scientes, quod afflictio patientiam operetur. Patientia autem experientiam, experientia autem spem, spes vero non pudefacit.* Rom. 5: 3, 4, 5. *Peregrini & ad iter accincti* habitus mundi fugam, animi promptitudinem ac robur, interimque sacri epulæ, ceu viatici, fulturam, & sæpe gustatas, in hoc itinere, ac raptas veluti à festinantibus cæli delicias testabatur. *State igitur cinctos lumbos habentes in veritate, & induti thoracem justitiæ.* Eph. 6: 14. *Qua propter succincti lumbis mentis vestrae, sobrii, ad finem usque sperate in eam quæ vobis defertur gratiam.* 1. Pet. 1: 13. 8. Utque *circumcisi* solum ad convivium Paschale admittebantur; peregrinis autem præputiatis, & inquilinis, ac mercenariis eo accedere nefas erat: ita nemo nisi fidelis communionem habet cum *agno Dei, qui portat peccata mundi*; nec ad signa hujus communionis admittendi, qui certis signis, qualis præcipuè est confessio justitiæ Dei, & redemptionis per Christum, de vero Israëlè censerentur non possunt. 9. *Septem dies* universum Nov. T. tempus, in septem partes distributum, (*Sed, vel nisi, in diebus septimi Angeli, quum buccinaturus est, & consummabitur mysterium Dei, quemadmodum nunciavit servis suis Prophetis.* Apoc. 10: 7.) usque ad magnum Ecclesiæ Sabbatum: & *primi ac septimi diei* peculiaris sanctitas, & quies, publico præconio indictæ, beata Ecclesiæ tempora, in prima ac ultima ejus periodo, significant; dum primâ tubâ, promulgato primum Euangelio, gentes pariter & Judæi ad festivitatem hanc vocati fuere; atque septimâ, sive ultimâ, Euangelium regni

regni toto mundo prædicabitur, ac tunc erit finis & Sabbatum.

XVII. Transitus autem, qui in Paschate fiebat, triplex notari potest.

1. Severitatis & mortis, quoad primogenitos Ægyptiorum, Exod. 12:11, 12. 2. gratiæ, quoad primogenitos Israëlitis, v. 13, 23. 3. liberationis è servitute, in libertatem & hæreditatem terræ Canaan, v. 11, 17. Quæ omnia rursus mystice, tum in Christo, tum in nobis, adimplentur. 1. Christus enim quidem, ut primogenitus Dei occisus est. 2. Nos autem per ejus mortem servamur. 3. Tandemque plene è mundi ac peccatorum servitute liberabimur, & ovantes in terram promissionis deducemur. Quem transitum ac cursum partim in hac vitâ magnis passibus conficimus, tum in justificatione: *Qui sermonem meum audit & credit ei, qui misit me, habet vitam aternam & in judicium non venit, sed transit ex morte in vitam.* Joh. 5:24. tum in sanctificatione nostrâ: *Nos scimus quod transiverimus è morte ad vitam, quia fratres diligimus.* 1. Joh. 3:14. præcipue autem in morte ac resurrectione nostra plenissimè absolvemus, Ioh. 13:1. 2. Cor. 5:8. ubi verum erit Paschatis nostri implementum: *Dico vobis me non amplius esurum ex eo, Paschate, usque quo compleatur in regno Dei.* Luc. 22:16.


Significatio
Paschatis
secundarii.

XVIII. Typicum etiam fuit Pascha secundarium, seu secundi mensis; ac indicabat, nos gentiles, qui impuri eramus, imo mortui in peccatis, quique procul eramus, olim per Christi sanguinem adductum iri. *Nunc autem in Christo Jesu vos, qui olim eratis procul, facti estis prope in sanguine Christi.* Eph. 2:13. & veluti in secundam spem venturos.

XIX. Ex qua multiplici picturâ ac analogia agnus ille non solum signum transitus, Exod. 12:13. sed ipsum Pascha ac transitus appellabatur, v. 21. pari modo, ut & Christus, 1. Cor. 5:7. Quam figuram præstare non possunt Sociniani, qui & agnum & Christum sacrificium, sanguinemque eorum λύτρον fuisse nolunt: contra 1. Pet. 1:18, 19. Ioh. 1:29, 36.

Judæorum
in hoc my-
sterio ex-
planando
cæcitas.

XX. Atque ex hoc mysterio, quod paululum evolvimus, quodque in Vet. Testam. præcipuum erat, atque omni sua parte tam vividis coloribus Christum cum beneficiis suis repræsentabat, profunda Judæorum cæcitas & ignorantia patet; qui in re sanctissima ludentes, omnemque festi sui religionem profanantes, naturalem, aut ad summum moralem significationem huic mysterio adaptarunt.





CAPUT XXXII.

De reliquis Sacramentis.

I. **S**igna extraordinaria præcipuè exhibita sunt in longo isto per deferta errore, sub ductu Mosis; quod tempus miraculis illustrius fuit: fueruntque præcipuè hæc quinque: 1. Miraculosæ nubis ducatus. 2. Baptismus maris. 3. Manæ pluvia. 4. Mysticæ rupis aqua. 5. Serpentis imago, ex ære, in altum erecta.

II. *Nubes*, Dei ante castra Israëliitarum procedentis sedes augustissima, de qua videre licet Exod. 13: 21. & 14: 24. Psal. 105: 39. significabat 1. Angeli vindicis præsentiam, qui ista nube vehebatur, ac circum Israëliitarum castra metabatur. *In omni angustia ipsorum non oppugnabat quisquam ipsos, & Angelus faciei ipsius servabat ipsos, in dilectione sua & clementia sua, ipse asserebat eos, & bajulabat omnibus diebus sæculi.* Esai. 63: 9. 2. Perpetuam Ecclesiæ protectionem ac illuminationem, quam tanquam castra sua, per mundi hujus mansiones, præfenti curâ ambit & incingit. *Et creabit Jehova super omnem stationem montis Zion, & super convocationem ejus nubem de die, & fumum, & splendorem ignis flammantis nocte &c.* Esai. 4: 5. 3. Præcipuè Angeli fœderis incarnationem: qui sicut nunc in nube habitabat, inque eo signo ab Ecclesia videbatur; ita olim in humano corpore hospitaturus foret, istaque veste majestatem dissimulans sese eidem populo olim videndum & contrectandum præberet. *Verbum caro factum est, & ἐκείνωσεν ἐν ἡμῖν (& vidimus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti a Patre) plenum gratiâ & veritate.* Joh. 1: 14.

III. *Transitus* per mare rubrum describitur Exod. 14. coll. Psal. 106: 9. quem fide peractum docet Paulus, Hebr. 11: 29. eumque tanquam populi lustrationem ac baptismum considerat, 1. Cor. 10: 2. *Baptisati sunt in Mosen, in nube & mari* (licet quidam plane alio sensu hunc locum accipiant. conf. Exod. 19: 10.) cui simili imagine, tanquam ἀντίτυπον, respondet baptismus noster. 1. Pet. 3: 21.

IV. Mysterium ejus erat, 1. obsignare liberationem Ecclesiæ ex gravi-

vissimis afflictionibus, Esai. 51: 9-11. 2. Isto veluti baptismo populum lustrare; simili modo ut in Nov. T. Ecclesia aquam & baptismum suum habet. *An ignoratis, nos, quotquot baptisati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptisatos esse? conssepulti sumus ergo ipsi per baptismum & mortem &c.* Rom. 6: 3, 4. 3. Ac tandem mortis transitum figurare: ex quibus aquis, ac inferna veluti palude, submersis impiis, fideles incolumes ad cœlum enatant.

MANNA. V. De *Manna* agitur Exod. 16. Qui erat panis ille cœlestis, in nubbibus coctus ac præparatus, quem non sine miraculo Deus quotidie in castra Israëliitarum depluebat.

*Ejus causa
& ratio.*

VI. Quanquam enim naturale quoque istis in locis manna detur, sicut non omnes naturæ manus à cibi hujus paraturâ excludimus; tamen miraculosâ sunt quæ de hoc manna narrantur. Nec pauculum illud, quod certis anni temporibus, vel autumnii fidere, vel verno flatu sæcundum æthera exudare facit, tot hominum millibus tot annis alendis sufficisset.

VII. Forma ejus describitur, quod instar pruinae rotundum & albicans, magnitudine autem ut semen coriandri foret, Exod. 16: 14, 31. Num. 11: 7. gustu vero pingue ac suavissimum, qualis olei liquori, vel placentis mellitis sapor adest; quorum alterum coctum, alterum crudum videtur habuisse.


VIII. Ut vero continuo miraculo populus pasceretur, atque ille de Dei sui manu in diem veluti viveret; ubi quisque demensum accepisset, reliquam copiam Solis ardore consumsit; ac quicquam præterea ejus cibi in crastinum asservari severè vetuit. Quod Exod. 16: 19, 20, 21. cum quidam tentarent, corruptum id invenerunt. Excepto eo, quod die sexto collectum erat; quando Deus servis suis annonam duplicavit, ut sequenti die Sabbatum agerent, v. 22, 23, 24. quod simul cum mannae miraculo initium cœpisse manifestum est, v. 29.

IX. In memoriam autem miraculi, ut populi in desertis locis passus, & diurna cibi mensura, nunquam oblivioni traderentur, Homer mannae auræ in urnâ, coram arcâ depositum, & per aliquot sæcula asservatum fuit Hebr. 9: 4. quo alluditur Apoc. 2: 17. cum dicitur *manna occultum.*

X. Continuata fuit mannae pluvia per quadraginta annos, excepto unico mense. Initium enim ejus factum est die 16 mensis secundi post exitum, Exod. 16: 1. finis vero, cum Gilgalem intra Cananæ terminos pervenissent, 16 die mensis primi, postridie Paschatis. Ios. 5: 11, 12.

Mysterium

XI. Mysticus fuit ille cibus, quod ipsis etiam Cabbalisticis visum fuit. Pau-





Paulus vero noster expresse 1. Cor. 10:3. *βρωμα πνευματικὸν ἐσται spiritalis* appellat. Myſterium ejus docet Servator, Joh. 6:32,33,35,45,48, 50,51,58. & Filium Dei, qui vita Iſraëlis & mundi eſt, cœlo olim dimittendum, eo miraculo adumbratum dicit.

XII. Ac manifeſta figuratio eſt. Ut enim manna 1. cibus erat cœleſtis, 2. nulla hominum opera ac labore, 3. in æthere excoctus; 4. indeque in caſtra Iſraëliſtarum, in locis deſertis ac incultis deſcendens. 5. A quibus vel aqua, vel igni ſubactum, in varios uſus præparabatur; 6. tandemque menſæ inferebatur & comedebatur, 7. donec in Cananæam perveniſſent. 8. Sabbato autem in agris non videbatur, 9. ſed poſtero mane, qui ſeptimanæ primus erat, rurfus apparebat. Ita hæc omnia totidem lineæ ſunt, ad Chriſti imaginem in cibo iſto exhibendam. *Caro enim ejus verè eſt cibus, & ſanguis verè eſt potus*, Joh. 6: 55. nulla hominum induſtria aut merito, ſed ſola Dei benignitate ac placito, cœlo, ex paterno ejus ſinu, dimiſſus, & in terram hanc, quæ deſerti inſtar habebat, inque nullam adhuc frugem exulta erat, deſcendens. Ubi, antequam fide comederetur, multa pati, ac mori tandem debuit. *Accipite, edite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur*. 1. Cor. 11:24. Illo autem cibo fideles in hac mundi viâ ac exilio ſeſe roborant, commemorantes ac prædicantes mortem ac triumphos ejus, donec redeat; atque ipſi, Dei convivæ facti, cum eo cœleſtis Cananææ dapes deguſtent. Cum autem in terrâ ageret, ſimiliter Sabbato viſus non fuit, ſed in ſepulchro quievit; poſtero autem die, qui ſeptimanæ primus erat, iterum vivus apparuit; in novi temporis auſpicium.

XIII. Mannæ miraculum ſequitur *potus*, ſimili miraculo è petra POTUS E productus. Quod bis factum fuit. 1. ad rupem Horeb, quam Moſes, RUPE. adſtante in nube Deo, ac petram inumbrante, fatali virga percuffit, atque aquarum ſcatebras exoriri, lateque exundare fecit. Exod. 17:6. Pſal. 78:15. *Findebat petras in deſerto, & potavit tanquam abyſſus terram amplam*. Pſal. 114:8. *Qui mutat petram in ſtagnum aquarum, ſilicem in rivum aquarum*. 2. rurfus quadrageſimo poſt exitum anno, cum iterum, exercitu aquarum penuriâ laborante, Moſes in deſerto Zin, in Kades, prope Idumæam, ſimili modo percuffa rupe aquas elicuit, Num. 20:1-14. Ad quam rupem non leviter peccavit ipſe Moſes; tum quod petram alloqui ſolum juſſus, eam commotior ſemel iterumque percuffit, tum quod præ impatientia ac dolore in hæc verba eruperit: *Audite nunc, ô rebelles &c.* Num. 20: 10. Quod graviter adeo accepit Deus, ut Cananææ ingreſſu

ipsum arcuerit, & in deserto, nondum peractis erroribus, moriturum prædixerit. *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me ante oculos filiorum Israël, idcirco non introducens congregationem istam in terram, quam ego do ei.* Num. 20: 12.


Illius mysterium.


XIV. Sacramentum hujus petrae tradit Apostolus, 1. Cor. 10: 4. *Et petra erat Christus.* Nec abludunt singulae mysterii partes. Nam & Christus ob divinam vim & firmitatem non semel rupi in Scripturis comparatur. *Date magnitudinem Deo nostro: petrae, cujus integrum opus est.* Deut. 32: 3, 4. *Fescurim impinguatus pro scelerato tractavit rupem salutis suae.* v. 15. *Rupem, quae peperit te, negligis.* v. 18. *Et recordabantur, quod Deus rupes ipsorum esset.* Psal. 78: 35. Utque 1. rupes hæc, in vastis locis extans, externa specie nullas aquas promittebat; 2. quas tamen Mosis virga percussa ubertim dedit; 3. populoque præ siti languenti, totisque campis projecto, cum non procul exitio foret, largas aquarum venas aperuit; 4. totoque deinde deserto rivis undisque *sequacibus*, 1. Cor. 10: 4. puros haustus præbuit. Similiter è Christo, quanquam externa specie impari, cum mortalium foret *abjectissimus*. Esai. 53: 10. Legis maledictione percusso, & ad mortem adacto (*Nos reputavimus ipsum plagâ affectum, percussum Deorum, & subactum. Conterebatur ob pravitates nostras.* Esai. 53: 4, 5.) unica nobis salus fuit. *Nam non est in alio quoquam salus. Nec aliud nomen est sub cælo &c.* Act. 4: 12. Quæ petra spiritualibus suis undis nos totâ vitâ comitatur, sitimque nostram identidem levat. *Certe bonum & gratia persequentur me, omnes dies vite mee: & versabor in domo Domini in longitudinem dierum.* Psal. 23: 6. Ac pariter, in secundæ petrae imagine, mutata figura, Moses Pastorem illum stultum representat, de quo Zacharias c. 11: 15. qui Christum in corpore ac Ecclesia sua percussurus & persecuturus erat: sed ne tum quidem defecturis aquis, quas in medio afflictionum æstu Deus benignè suppeditaturus erat.


SERPENS
ÆNEUS.

XV. Ultimum in deserto signum fuit *Serpens æneus*; cujus historia describitur. Num. 21: 4-10. Murmure enim populi coorto, ex longinqui itineris tædio, cum nec panis, nec aqua amplius superesset, ac cælestis mannae fastidium eos caperet, Num. 21: 5, immixtis serpentibus, quorum in deserto illo magna copia erat (*Qui duxit te per desertum illud maximum & formidabile, abundans anguibus, præsteribus & scorpionibus &c.* Deut. 8: 15.) puniti sunt: qui שרפים & presteres, aut potius hydri, vel cherfydri fuisset videntur.

XVI. Mirabilius autem pœnæ remedium fuit. Dum erecta æneâ Ser-









Serpentis imagine; sive ut illa longe in castris refulgeret, sive ut Serpentum rutilantem in Sole pellem imitaretur; quicumque Serpentum morfu virus traxerant, ea aspecta sanati sunt. Nimirum non externo aspectu, sed fide potius & animi visu eum contingere necesse erat. Nec serpens ille, sed Dei verbum, fide acceptum, faucios sanabat.

XVII. Erat enim illa in re insignis imago crucifixionis Christi; ut ipse *illius m̄j.* Servator explicat Job. 3: 14. *Quemadmodum Moses extulit Serpentem sterium in deserto, ita efferrī oportet filium hominis.* Et c. 12: 32. *Et ego, cum elatus fuero ex terra, omnes traham post me.* conf. Esai. 11: 10. *Et erit in die illo radix Isai, quae stat in signum populorum, ad illam gentes consulendi causa attendent.* In quo tamen disquirendum, an Serpens ipse figuram Christi gesserit (quod plurimis placet;) an vero ille Serpentem antiquum potius significaverit; qui, veneno omni exuto, in cruce Christi palam exponendus & ostentui habendus foret. Col. 2: 15. ut praecipua figuratio in erectione serpentis fuerit; qui, à Mose in oblongo ligno suspensus, Christi in cruce exaltationem vi itidem legis ac maledictionis Mosaicæ factam, adumbrabat; qua pariter sanarentur illi, qui letaliter à veteri serpente ic̄ti fidei oculos ad Christum intenderent, istoque in visu inconnivo aspectu hærent. Atque hæc de sacramentis & signis hujus periodi. Cultum illius externum ipsa legis dogmatum tractatio exhibuit.

LOCUS TRIGESIMUS


D E

ÉCCLESIA SUB LEGE.

C A P U T XXXIII.

De latitudine & statu Ecclesiae, sub Lege, in

G E N E R E.

I.  Est ultimo loco Ecclesiae, sub Lege, latitudo & status. Quae vel in genere, vel in specie, pro variis istius temporis periodis, considerabimus.

II. Ac in genere quidem, quoad latitudinem, Ecclesia illa

ECCLESIA sub Lege latitudo. intra

daos con-
clara.

intra unam nationem continebatur, & nondum toto orbe diffusa, circa Hierosolymam, tanquam matrem suam, lactabatur; donec postea lacertos movere cœpit, atque perexiguus de finibus orta tetendit in geminos axes, parvaque à sede profecta, dispersit cum Sole manus, cunctas mundi plagas luce sua permensa ac pervagata. Ut revera tum *nationalis* fuerit Ecclesia; cum Judæi soli Dei domestici, ac gens illa fœderis vernacula ac depositaria foret; cujus luce universus deinde mundus collustratus fuit.

quod pro-
batur.

III. Patet hoc, 1. ex perpetuâ illâ inter *Gentes & Judæos* oppositione; quæ tam sæpe in Scripturis occurrit. vide Deut. 10: 14. *Tantum in majores tuos propensus fuit amore Jehova — præ omnibus populis.* Psal. 147: 19, 20. *Indicat verba sua Jacobo — non sic fecit ulli genti.* Deut. 32: 21. *Ego faciam ipsos zelare per non -- populum.* Matth. 15: 26. *Non est bonum, panem liberorum accipere, & objicere catellis.* Gal. 2: 15. *Nos natura Judæi, & non ex Gentibus peccatores.* Eph. 2: 12, 15, 16. Quæ in eo consistebat; quod *Judæis*, utpote à Deo peculiariter amatis ac dilectis, verbum Dei, omnesque fœderis prærogativæ, concessæ sint, Psal. 147: 19, 20. *Gentibus* in tenebris ac nocte sua relictis, & errare ac palpare jussis, Act. 14: 16. Esai. 9: 1. Act. 17: 30. tanquam impuris & profanis, & à fœdere Dei excommunicatis. Matth. 18: 17. 15: 26. Apoc. 22: 15. Matth. 10: 5.


IV. 2. Atque ipse quoque eventus hoc probavit. Datum enim palam gentibus repudium est, ablatis ipsis sacrificiis, & sacerdotio illorum profano habito, ut nulla ipsis spes accedendi ad Deum foret. Nam *sine effusione sanguinis non erat remissio.* Hebr. 9: 22. Quod factum præsertim elapsis quatuor illis sæculis, quem Deus ipsis terminum præstituerat, Gen. 15: 16. ac Judæorum Republicâ & Ecclesiâ formata; & *sæpe illa ceremoniarum* inter ipsos gentesque reliquas erecta. Eph. 2: 14, 15.

V. Ut quicumque deinceps ex gentibus salute potiri vellent, ad Ecclesiam Judaicam aggregari, sese circumcidere, & ceremonias Judaicas, omnesque eorum religiones, accipere tenerentur. Quales erant pii isti ex gentibus, quorum in Evangelio mentio; Centurio, Luc. 7. Syrophœnissa, Marc. 7: 26. Cornelius, Act. 10. Æthiops Eunuchus, Dynastes Candaces reginæ Æthiopum, Act. 8. Qui omnes, si non profelyti, saltem Catechumeni erant. Quod ante quatuor illa sæcula, cum circumcisio non- dum publicum Ecclesiæ sacramentum esset, necessarium non erat.

Cum reje-

VI. Ut rejiciendus hic sit error Pelagianizantium, *Vivis, Thoma, Be-*
cani,





cani, Grotii, Anabaptistarum, aliorumque; qui, ut Patres solâ lege naturæ servatos volunt; ita & eadem duce Gentes extra Judaïsmum salvatas; nec easdem obligatas fuisse ad observandam Legem Mosis, quia Israëlitis lata erat; quin & inter Gentes Judæosque vix aliud quam externum ceremoniarum ac rituum, quibus uti liberum prorsus fuerit, discrimen fuisse statuunt. Quod est fœdus Dei universum, & gratiam ejus, tollere; Judaicæ Ecclesiæ prærogativam extinguere, nihilque ipsis *ᾠριστὸν* relinquere, Rom. 3:1, 2. conf. Eph. 2:12. ac denique Libertinismo latam portam aperire.

Etione contrariorum errorum.

VII. Quem errorem diversâ facie reducunt *Remonstrantes*, cum universalem earum vocationem in Noacho liberisque ejus factam docent: à qua non nisi voluntariâ secessione se subdixerint: Cum Deus speciali judicio gentes excluderet. *Deus præteritis ætatibus sivit omnes gentes suis ipsarum viis incedere.* Act. 14: 16. Nec felicius est *Franzii*, Lutherani; commentum. Qui verbum gratiæ cunctis ætatibus ad gentes quoque permanasse; quin ipsum Messiæ nomen iis auditum creditumque statuit.

VIII. Atque hæc de latitudine istius Ecclesiæ in genere. Statum enim illius generalem quod attinet, illum totâ hac parte, sub Lege ac ministerio ejus, prolixè executi sumus.

Ecclesiæ sub Legæ status.

IX. Itaque ut ad specialis hujus ætatis periodos veniamus: in deserto, in quo hæctenus hæsimus, populi ac Ecclesiæ hujus veluti infantia erat: sub *Josua ac Judicibus*, juvenia; sub *Davide ac Salomone* matura quædam virilitas spectabatur. Donec senescente regno, Ecclesiæ quoque fata retro ire cœperunt. Nisi quod extremis temporibus post captivitatem *Babylonicam* ea rursus refluoruit, novumque juventæ robur aliquantisper consecuta est: donec, omnibus in novissimâ corruptionem prolapsis, extrema ejus fata accelerata sunt.

CAPUT XXXIV.

De Ecclesia sub Iosua & Iudicibus.

*Triples
temporis
interval-
lum à
Mose ad
Messiam.*

I. **P**RO triplici temporum differitate cui obnoxia fuit Ecclesia, postquam intrasset in terram Canaan, per tria etiam hæc intervalla eam considerabimus; à Mose scilicet ad captivitatem Babylonicam, rerum prosperitate, licet variis & maximis quandoque calamitatibus temperata, gaudentem; in ipsa captivitate ad incitas redactam; postmodum ex ea restitutam & libertati redonatum. In qua triplici rerum serie, videndum sese aperit triplex illud factum, quod ab omni ævo Ecclesiæ incubuit. In primo intervallo, vel Josuæ & Iudicibus fuit subdita, quamdiu nempe se modulo suo continuit; vel postmodum, gentium contagione afflata, præ inani gloria, imperioso regum nomini lubens paruit.

*Status Ec-
clesiæ sub
IOSUA.*

II. Josua duce & rectore occupat & dissecta, licet non omni ex parte, fuit terra Canaan. Occupatione illa transacti sunt anni septem, seu sex toti. Jos. 14:7,10. totidem annis septem distributio ejus absoluta est. Quarto decimo autem anno tabernaculum Schilunte statuerunt, quod ad hoc Gilgale fuerat. Jos. 18:1. Israëliitarum nullus qui terram hanc occupabat, solis Josua & Calebo eximiis, erat annorum 60. Vide Num. 14:29,30.

III. Tempus quo Josua præfecturam gessit, multorum calculo, fuit annorum 17. ætas ipsius annorum 110. Jos. 24:29. Anni vero, quibus Israëliitæ terram Canaan tenuerunt & possiderunt, à Josua nempe usque ad captivitatem Babylonicam, sunt 840. inde ad mortem Christi, anni 560. atque iterum ad excidium templi, anni 40. Qui sunt universi 1440. à templi autem excidione, ad Adrianum Imperatorem usque, quando Judæi ex hac terra prorsus sunt exacti, numerantur anni 60. ut ex omnibus hisce numeris subductis, colligantur anni 1500. quibus has terras possederunt. Quod tempus variis portionibus dissectum & partitum fuit.

*Illius my-
sterium.*

IV. Præsignificancia autem sunt hic omnia. Ipsa terra pignus erat cœli & auctoramentum beatitudinis cœlestis; quod superius expeditum. Eamque ob rem Patriarchæ tantopere desiderarunt in hac terra sepeliri, ad restandam scilicet fidem suam. Pressiorem similitudinem inter cœlum & hanc





hanc terram omittimus. Quies etiam in hac terra mystica erat; quod docet nos Paulus Hebr. 4. vide & lib. III. cap. VII. §. 7. Post hanc enim nova promissa est. Psal. 95. à Messia, ejusque temporibus præstanda: *Itaque superest sabbatismus populo Dei.* Hebr. 4: 9. quum nempe ipse quievit in sepulcro, defunctus labore pro peccatis nostris suscepto, & cum eo, populus ipsius fidelis. Quæ genuina est quies à peccato, terrore conscientia & omni servitute. *Nam qui ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requievit ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus.* Hebr. 4: 10. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur à nunc. nã, dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis.* Apoc. 14: 13. Quæ per hanc priorem quietem adumbrata fuit. Præterea etiam mysticus fuit auctor hujus quietis & pararius Josua; ille enim juvenem & novitium Israëlis populum introduxit in Canaan, quod præstare nequiverat Moyses: ita spretis & à communione Dei repudiatis incredulis Judæis, subdito novo gentilium populo, in spiritualem Canaan nos transvexit Iesus noster; cui rei Lex non erat par. Rom. 8: 3. *Nihil enim consummavit Lex: introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum.* Hebr. 7: 19.

V. Regimen illud Josuæ exceptit Judicum dictatura, qui quasi præ- Sub
tores populi præter ordinem erant, singulariter à Deo exciti difficillimis JUDI-
temporibus; ut ex gravissimis calamitatibus populum extricarent, & for- CIBUS.
tū manu assererent. Floruerunt illi per annos admodum trecentos. Anni enim 450 quorum mentio fit Act. 13: 20. non sunt de annis Judicum intelligendi, verum à nativitate Isaac videntur inchoandi, (in quo, ut femine Abrahami, *elegerat Deus Patres*) & terminandi in κληρονομία seu fortione terræ. vide vers. 17, 18, 19. quo temporis intervallo lapsi sunt anni 447. id est, quasi 450. ut etiam textus sonat; *ὡς ἔσσι τετρακισίοις ἢ πεντήκοντα.*

VI. Tredecim numero fuerunt hi judices. Othniel è Juda. Ehud è Benjamine. Samgar filius Anathi. Debora Ephraimitis. Barac Naphtalites. Gideon è tribu Manassè. Thola ex Isaschare. Jair è Manassè. Jephta Gileaditis. Ebzan è tribu Juda. Elon Zebulonites. Abdon Ephraimita. Simson Danita. Quibus accesserunt Heli & Samuel Levitæ, & tyrannus Abimelechus.


VII. In quorum gestis observare licet 1. res maximas, levibus plerunque minimisque instrumentis esse patratas. Ita Ehud scævus percussit Eglonem Moabitem. Samgar stimulo bovis pulsavit sexcentos Philisthæos. Debora & Jaël deleverunt Siferam, & hæc quidem clavo per

tempora adacto. Gideon confractis urnis posttravit exercitum 135000. hominum. Simson afini maxilla neci dedit mille Philisthæos. 2. Advertendi sunt eorum defectus & infirmitates; & quomodo Deus nihilominus, per finistrum Ehudem, pusillanimum Baracum, Gideonem *ὀλιγόπινον* & in fide infirmum, spurium Jephtham, uxorium & scortatorem Simsonem, Abimelechum tyrannum, quæ voluit effecta dedit, & in optatum finem perduxit. 3. Observatione etiam non indigna est eorum successio; quando strenuum Ehudem decessorem excepit Debora mulier; Gideonem largum & munificum, crudelis Abimelech; nobilem Iairum, spurium Jephtham; grandævum Heli, adolescens Samuel. Quibus omnibus, mira dexteritate populum suum, nulla hominum ratione habita, sibi omnia deberi, & in suam voluntatem refundi, docebat Deus.

VIII. Nobilitata sunt hæc tempora horribilibus peccatis populi, subitis hostium invasionibus, & fortissimis Judicum liberationibus. Populi scelera, agmine quasi facto, late exundabant statim à morte Josuæ & Seniorum; *Cum coluerat populus Jehovam, omnibus diebus Josuæ & Seniorum* &c. Jud. 2:7. Consistebant autem illa maxima in idololatria, quam exercebant cum *Baal & Astaroth*. *Et reliquerunt Jehovam — & abierunt post Deos alienos — & coluerunt Baalem & Astaroth*. Jud. 2: 12, 13. In scedissimam hanc idololatriam prima delapsa narratur tribus Dan. Jud. 18:30, 31. Eamque ob causam non absurde visa fuit effigiasse Anti-Christum, ejusque apostasiam in Ecclesia: & mysticum est, quod Apoc. 7:8ola, inter omnes tribus Israël non compareat hæc tribus. Unde jam veteres arbitrabantur ex hac tribu oriturum Anti-Christum. Fidei hanc apostasiam in populo Dei consecuti sunt, ut fieri amat, mores perditissimi & flagitiosissima vita. Jud. 19. &c. Oppressiones hostium sextuplices ferme fuerunt; à Syris, Moabitis, Canaanitis, Midianitis, Ammonitis & Philisthæis. Quas omnes totidem liberationibus & vindictis rependit Deus, ut resipisceret populus & ad meliorem mentem rediret.

*Merum
significatio.*

IX. Singulariter hic observavit Augustinus, in hisce judicibus, ut & subsequenter regibus, variis modis representatum fuisse statum Christi & Ecclesiæ: sicut verbi gratia, priores fuerunt judices, quos deinde exceperunt reges: ita primo iudicium exequitur Christus, denuo regnum suum fundaturus & consummaturus.



CAPUT XXXV.

De Ecclesia sub Regibus.

I. **N** antecessum delibanda hic est quæstio; an tribui Judæ ^{*An primus*} datum fuerit regnum mox à vaticinio & promissione Jacobi. ^{*tus datus*} Gen. 49: 10. eaque hoc nomine eminuerit supra reli- ^{*fuerit*} quas tribus? Quod sane neque ex promissione illa evincitur, ^{*tribui*} neque aliunde etiam patet. Addicit enim Iacobus Iudæ hæreditatem ^{*JUDÆ?*} benedictionis, cujus vi & prærogativa oriturus ex ipso erat Messias; non vero dominationis externæ, nisi post multa duntaxat secula adeundæ. Tum quoque 1. singulæ tribus suos dederunt & habuerunt judices, nulli obnoxia. 2. Variis tribubus per alternas vices in iudiciis, suis tribulibus, concessum fuit imperium. 3. In deserto regimen summum non penes Judam fuit, sed Mosén; quò multi referunt locum Deut. 33: 4, 5. *Qui præcepit legem, & qui factus est in Jeshurim Rex, congregatis capitibus populi, una tribubus Israelis.* 4. A Mose derivatum est in Iosua Ephraimitam, prætermisso Calebo, qui ex tribu Iuda erat. 5. Inter Judices; solus Othniel ex Iuda fuit, præter quem nullum judicem dedit ista tribus. 6. Regum primus fuit Saul Benjaminita. 7. Quinimo Davide jam Rege, ægré ferebant reliquæ tribus, usque eo, ut de secessionè cogitarent, Iudam primas sibi sumere in reducendo Davide. 2. Sam. 19: 40. & 20: 1, 2. Ut hac parte tenus nulla fuerit Iudæ prærogativa.

II. Igitur tribus Iudæ dignitas demum se exseruit in Davide, in quo ^{REGNUM} jus regni proprium ei fuit factum; 634. annis post vaticinium Jacobi. ^{*in illa.*} Ex quo tempore regnum in domo Davidis hæsit non interruptum, ad Zedechiam usque: post illum spiritali modo continuatum fuit ad Messiam usque, ablato jam sceptro, per annos 606. Cum Davide igitur cæpit regnum & majestas Judæ; eoque etiam tempore Messias simul promissus Rex futurus; quod adhuc tam diferte dictum non fuerat.

III. Davidis & Salomonis temporibus integrum mansit regnum Israë- ^{*Illius*} lis; quod discissum deinceps fuit Roboamo Rege, opera & artibus Jero- ^{*Schisma.*} boami, secessionè decem tribuum, sola Benjamine ad Iudam adhærente, ut & Levitis, qui in Iuda remanserant. Proprietas totius regni & jus tum etiam ad domum Davidicam pertinebat, licet usus ab aliis interciperetur.

Peccavit interim populus defector, ut & Jeroboamus usurpator; nam quamvis hæc statuisset Deus, expectandum fuerat illi æquo animo, donec regnum promissum illi præstaretur, non dolo malo invadendum. Atque inde regnum hoc breve fuit, nec lætum; ubi contra Judæ regnum firmius & stabilius fuit, qui fideles Regi suo manserant.


Regni
Israëlis
corruptio

IV. Confirmatum fuit hoc schisma & omnino insanabile redditum introducto sacrorum dissidio, quod insigni fraude invexerat Jeroboamus, exstructis vitulis in Dane & Bethel, adjecta interdictione ne quis è populo Jerosolymas ascenderet. 1. Reg. 12. Sicut fraude prorsus eadem Papa subditium & falsum cultum obtrulit Ecclesiæ N. T. quo facilius in eam dominari, & justo domino surreptum peculium in se transferre posset. Præterea in hac 10. tribuum apostasia, typus quoque fuit Israëlitarum, Christum spernentium. Sicut enim decem hæ tribus, ipsis triginta annis post excitatum templum Salomonis, illud rejiciunt & pro virili sua destruunt; ita Christus templi hujus antitypus, tricenus, Luc. 3: 23. à Judæis contemnitur, & brevi post excinditur, quibus edixerat; *Solve templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Joh. 2: 19.


V. Jeroboami idololatriæ mantissam adjecit & Baalifimum superaddidit Achabus. 1. Reg. 16. templo in honorem Beli exstructo, statuis aris, sacerdotibusque delectis, ut omnes idololatriæ numeros ex asse compleverit. Ex initiis hisce male auspiciatis, & infeliciori processu, regnum fuit hoc breve admodum, & multis mutationibus conscissum; cum enim non steterit ultra 257. annos, novendecim tamen regibus fuit regnatum. Quorum hæc sunt nomina; Jeroboam, Nadab, Baësa, Ela, Simri, Omri, Achabus, Achazias, Joramus, Jehu, Joachafus, Joazus, Jeroboamus alter, Zacharias, Sallumus, Menahemus, Pekahia, Pekahus, Hofeas. Omnes mali commatis. Ubi notari potest, æquali temporis intervallo durasse regni Israëlis idololatriam, adeoque ignominiam & opprobrium domus Josefhi; ac ante duraverat ejusdem domus gloria à Iosepho usque ad Josuam, ex domo Josefhi oriundum.

& exci-
ditum.

VI. Exspiravit ergo hoc regnum in transportatione decem tribuum, per Salmanassarem Assyrium, qui eas traduxit in *Halab*, id est, Calachem in Assyria, & *Habor*, montem non longe inde distantem; & ad *fluvium Gozan*, qui Mediæ est; & in *urbibus Medorum*, seu Hara: Media enim Hara aliter dicitur: quæ loca enumerantur 2. Reg. 17: 6. & 18: 11. Hic obsederunt decem hæ tribus, usque ad captivitatem Babylonicam tribus Judæ, qua soluta multi Israëlitarum cum Judæis reversi sunt; reliqui in disper-









dispersione manentes partim communionem sacrorum cum Judæis coluerunt, uti patet ex Act. 2: 5. Iac. 1: 1. & 1. Pet. 1: 1. partim in paganismum transferunt, gentibusque intermixti fuerunt, quorum memoria penitus fuit obliterata: ex vi horrendi carminis Deut. 29: 20. *Non volet Jehova condonare — & delebit Jehova nomen ejus, ne sit sub cælo.*

VII. In desolata hac & viduata incolis suis terra, successerunt deinceps Samaritani, qui ut ipsi erant hybridæ, nati partim ex gentilibus eo translati à Rege Assyriæ, partim ex Judæorum reliquiis ibi restantibus, ambigam etiam religionem cuderunt, religionem Judaicam cum idololatria Gentilium miscentes: ut quæ hominum, eadem religionis mixtura foret. Deinceps paulo ante tempora Alexandri Magni, cultu idolorum repudiato, Pentateuchum receperunt, quamvis ipsi etiam inter se variis sectis fuerint distincti. Ab his porro exstructum postea fuit templum Garizitanum, de quo superius. Ex qua sacrorum & populorum vicinitate, capitale & diuturnum odium, inter Judæos & Samaritanos fuit concitatum.

VIII. Regnum Judæ quod attinet, florentius fuit & diuturnius; à Saule enim usque ad captivitatem Babylonicam numerantur anni 480. à tribuum discidio, usque ad templi excidium, 390 anni. Ezech. 4: 4, 5, 6. Reges recensentur numero 22. Saul, David, Salomon, Roboam, Abia, Afa, Josphatus, Joramus, Achazia, Joazus, Amazia, Ozia, Jothamus, Achazus, Ezechias, Menasse, Ammon, Josia, Joachazus, Jojakimus, Jojachinus, Zedekias. Ex hisce tres duntaxat incontaminata probitatis laude fulgent, David, Ezechias & Josias. *Præter Davidem & Hiskiam ac Josiam omnes delictum commiserunt.* Syrach. 49: 5. Ab his secundi Josphatus, Afa & Iothamus: reliqui omnes ferè idololatriæ, & plerique gravissimorum etiam criminum rei fuerunt. Idololatriæ extirpatores & religionis restauratores fuerunt tres; Afa, 1. Reg. 15. Ezechias, 2. Reg. 18. & Josias, 2. Reg. 22.

IX. In exitio hujus regni, notandi sunt gradus, per quos paulatim in ruinam devolutum est, statusque populi Dei in deteriora vergens à Deo fuit succisus & labefactatus: cum enim Regum, Prophetarum & Sacerdotum nominibus gauderent; 1. Reges in Zedekia aufert, ablato ita sceptro à Iuda, Jer. 22: 30. Ezech. 19: 14. 20: 30. Prophetas post captivitatem Babylonicam tollit; post aliquot secula ipsum evertit sacerdotium; 2. Cum regnum illud adumbraret spirituale regnum Messiæ, illo appetente loco cedere debuit. *Hic enim erit magnus — dabitque ei Dominus sedem Davidis patris ipsius.* Luc. 1: 32. Recte in hanc rem

Augustinus : *Regnum Israël omnesque Reges populi Dei magnum fuisse Prophetam regni Christi.*


*Ecclesiæ
Israëliticæ
per inter-
vallum
horum
temporum
à funda-
menti do-
ctrinæ Mo-
sæicæ de-
fectio.*


X. Lubet autem in primo hoc à Mose ad finem usque regni Davidici intervallo, Ecclesiæ istius faciem animo objicere, illiusque ruinam & defectionem considerare. Initium autem illa fecit in apostasia à tribus illis fundamentis, quibus veritatem divinam superstructam, supra cap. xxx. §. 2. vidimus. Cui apostasiæ, ut fieri assolet, accessit insignis morum corruptio: spreta enim divina veritate, quæ omnis obedientiæ norma est, simul pessumeunt hominum mores. Duplex autem fuit illa apostasia, primitus partialis, per divinam clementiam instauratione sarcinda & sarcita quoque: deinceps autem finalis, quam scilicet exceptura erat ultima pœna in gentis *πρωλεθεια*. Apostasiæ partialis nomine complectimur omnes errores, superstitiones, idololatrias aliaque scelera, quorum à prima institutione & legislatione Mosaica usque ad captivitatem Babylo-nicam, variis temporibus reum se fecit populus Israëliticus, tum decem tribuum, tum duarum reliquarum.

XI. A primo fundamento, quod revelationis divinæ perfectionem & sacræ Scripturæ plenitudinem reverebatur, primitus quoque defecerunt; unde illud Dei improperium, quod in cultu religiose observarent, *quæ ipse non præceperat, neque in cor ejus ascenderant.* Ier. 7: 31. Ex quo fonte manavit omnis ille supersticiosus & idololatricus cultus, cui se mox prostitu-erunt; ex quo ad omnium Gentium idolorum cultum, cultusque illius falsi mediæ & instrumenta; populus ille in idololatriam profligatissimus, delapsus est. Quo fundamento subverso, temporis decursu invaluit quoque error de justitia per opera legis & rituum ceremonialium observationem obtinenda perniciosissimus. Quæ opinione inflati, sprete obedientia morali, atque in vitia profusi, in unis sacrificiis & ritibus externis spem omnem collocarunt; justificationem gratuitam & salutem æternam Melliæ meritis & mediatione obtinendam hoc pacto repudiantes. Unde in ceremonias insanientes, earum æternitatem somniare sensim incipiebant; tertii etiam principii curam abjicientes.

*Hinc ex
privatatis
Babylonicæ
ad Refor-
mationem
Rati-
onem
necessitas.*

XII. Fœda harum idololatriarum colluvie volutantem & insanabilem redditam Ecclesiam decem tribuû Deus in captivitatem æternam, sine spe aut promissione reditus, abduci procuravit. 2. Reg. 17: 6. & seqq. Ecclesiam autem Judaicam quod spectat, cum eo usque istis malis corrupta esset, ut impossibilis esset illius per bonorum à malis separationem reformatio; placuit Deo, urbe & templo, totius cultus sollempnis sede unica, ferro igne- que






que vastatis & solo æquatis, populum reliquum in captivitatem Babylo-
nicam abigere, & μετακείσαν catholicam inferre, 2. Chron. 36: 16. & seqq.
ut totali observationum sollemnium intercissione facta, populus redux ab
ipsis quasi fundamentis novam Ecclesiæ reformationem ad normam do-
ctrinæ Moisaicę moliri & denuo ordiri posset.

CAPUT XXXVI.

De Ecclesia in Babylone.

I.  Mmani ergò discrimine versæ sunt rerum vices; florens *Captivitas*
in terra patria regnum, miseræ captivitati in alieno solo fuit BABYLO-
subjectum, & triumphatum Babylonico carceri fuit inclu- NICA.
sum. Accurate hæc à Jeremia prædicta, primo jam Nabu-
chodnozoris anno, c. 25: 1, 9. & juxta cum illo vaticinatus est, sex annis
ante communem illam abductionem à Nabuchodnozore factam, in ipsa
Chaldæa, Ezechiel, c. 1: 1, 2, 3.

II. Captivitas hæc annorum fuit 70. cujus quidem numeri varias *Per annos*
comminiscuntur rationes Judæi, totidem videlicet annos effecisse annos LXX.
dimissionum septennales, & Jubilæorum quinquagenales, neglectos ab
Israëlitis, intervallo annor. 610. quæ terræ Sabbata justo ita judicio exegit
& repetiit Deus: secundum illud Lev. 26: 34, 35. ubi edicit Deus, se terram
vastam facturum, & ipsos disperfurum per terras hostium, ita *terram*
Sabbata acturam &c. coll. 2. Chron. 36. 21. *Ad implendum verbum Fe-*
hove, dictum ore Jeremie, donec acquievisset terra Sabbatis suis: omni-
bus diebus desolationis quievit, complendo septuaginta annos. Plures ta-
men causæ recensentur in laudato loco 2. Chron. 36. forte etiam addi po-
test, Deum voluisse, ut hoc modo omnes aut plerique in Babylone abdu-
cti extinguerentur, cum ætas hominis 70. annis ferme absolvatur. Ap-
paret iterum in hoc numero arcana temporum distributio: duodecima
enim temporis, quo Judæi Terram possederant, pars data fuit captivitati;
quemadmodum & ipsi captivatis anni, reliquique quibus reduces terram
tenuerunt, certa proportione digesti sunt.

III. Dubium est hujus captivatis initium; cum duplex fuerit popu- *Illorum*
li abductio. Altera Iojachini cum decem millibus hominum, jussu Na- *initium*
bu-


buchodnozoris. 2. Reg. 24: 15, 16. Altera post undecim annos, eodem Rege contra eos in bellum profecto contigit, quando Zedekias anno undecimo imperii, & quicquid è populo reliquum factum, vinculis traditur, & captivum in Babylonem abigitur. 2. Reg. 25. 2. Chron. 36. Commodissime in prima abductione (nisi rectius quidam eam inchoent ab alia prior abductione, quæ facta partim tertio, partim quarto Ioakimi anno, 2. Reg. 24: 1. &c. Dan. 1: 1. &c.) ponitur initium captivitatis; ut anno ejus undecimo, altera abductio, templiq; deletio facta sit: adeoque ex hoc calculo, inter prioris templi expugnationem & posterioris excitationem, 59. tantum (quidam adhuc pauciores computant) anni intercesserint; ut utrumque facile ab iisdem conspici potuerit. Ezr. 3: 12.

Illius captivitas ratio.

IV. Ipsa captivitas levis fuit, & populus in ea leniter habitus. Sedes enim agrique ipsis assignati fuerunt, quos colerent novi coloni, atque inde vitam victumque exercerent. Ier. 29: 5. Ita qui contra fas & æquum propriam terram quiescere non siverant, alienam subigere merito coguntur; interim singularis hic elucet Dei gratia, qui dispergi eos non passus, ne fide moribusque avitis prorsus exciderent. Nec omni etiam libertate exuti erant; suis enim moribus non solum vivere permittebantur, sed & regimen quoddam iis concedebatur; habebant quippe *capita tribuum*. Ezr. 1: 5. & 8: 16. & 9: 1. seu *αιχμαλωτάρχαι*; præter ordinem quoque in commune bonum præfecturis fungebantur, & res populi apud Regem procurabant, Daniel sociique ejus. Dan. 2: 48, 49. 3: 30. 5: 29. 6: 29. Neque Deus illos adeo negligebat, ut non aliud tempus Prophetis & viris eximiis fuerit feracius, excitatis inter eos Ezechiele, Daniele, Ezra, Nehemia; at quibus viris! & ab his in hac barbarie erudiebatur populus, animique eorum demissi variis promissionibus & solatiis erigebantur & confirmabantur: nec ignavo otio torpuerunt; ut non ignobili servitute transfacta fuerit custodia, in qua liberalissime servabantur; verum insignibus etiam facinoribus fuerit illustris: ut præclarum typum Ecclesiæ militantis in hac terra referret.

V. Cum duabus hisce tribubus simul etiam in hunc carcerem conjecti sunt (ne de ipsis decem tribubus, in regiones hæc & conterminas, de quibus superius, abductis dicam) multi Israëuitarum, qui se ante ad Iudeos applicaverant. 2. Chron. 31: 1. & 34: 17, 18. qui & soluta captivitate in terram sanctam cum iis reversi sunt. 1. Chron. 9: 2, 3, 5, 10, 14. Neh. 9: 1, 2, 3. Ezr. 8: 17. quibus etiam se adjunxerunt multi è decem tribubus in Media degentibus, Iosepho teste.

VI. Capti-





VI. Captivitati huic quædam notatu non indigna acciderunt. In ea, *illius com-*
aut proxime ab ea, exortum fuit Iudæorum nomen, quod nunquam an- *moda &*
rehac duodecim tribubus, sed Iudæ duntaxat, & postea iis etiam Israë *incommo-*
litis, qui cum Juda agebant, tributum fuerat. Insigne etiam commodum *da.*
dedit hæc captivitas. Hac enim ratione quasi per fenestram transmissa
est ad Gentiles lux veræ religionis, quæ Regibus gentibusque infidelibus
affulsi; ut ita sensim omnia fuerint comparata ad Messiaæ adventum, &
gentium conversionem. Ea enim disseminatio Iudæorum inter gentes
fuit quædam præparatio fermenti ad fermentandum totum mundum,
Deut. 30:1, 2. Jer. 29:11-14. 2. Chron. 36:23. Ezz. 1:2. Dan. 3: 29. 6:27.
At vero incommodum aliquod etiam accidit, quod turbata fuerit per eam
lingua Hebræa; testante Nehemia c. 13:24. *Filios Judæorum ex parte locu-*
ros esse Asdodice, neque scivisse loqui Iudaice; sed ex lingua cujusque popu-
li sui; transferitque, præcipue in ore vulgi, in dialectum Chaldaicam
& Syriacam. Quæ quidem labes & degenera corruptio contracta est ex
linguarum affinitate. Fatalis sane fuit omni tempore Babel linguæ He-
braicæ, quin & Legi.

VII. Ante omnia hic tenendum est, mysticam fuisse Babylonem, at- *Mysterium.*
que hanc captivitatem in ea. Sicut enim illa, in idololatria sua, tyrannide,
sanguinis effusione, humano nomine supra divinum eminente, aliaque per
scelera & dedecora, imago erat spiritualis Babylonis: ita hæc typus fuit
captivitatis spiritualis, cui per aliquot seculorum orbis obnoxia fuit Ec-
clesia, in communitate idololatrarum, durissima servitute gravissimis-
que persecutionibus oppressa; cum tamen in hac Babylone & desperatissi-
mo rerum statu, nunquam doctores defuerint, & nunquam omni solatio
viduam se senserit Ecclesia. Quid quod à plena idololatriæ contagio serva-
ta & præmedicata fuerit, tandemque è spirituali captivitate, divina ope,
emerferit. De quibus adeunda Apocalypsis.

CAPUT XXXVII.

De Ecclesia post captivitatem Babylonicam, sub
Ducibus & Pontificibus.


Solutio
captivita-
tis Baby-
lonica per
CYRUM.



I. Ad finem labentibus 70. annis, Cyrus imperium adeptus, primo statim anno, Judæos è captivitate Babylonica demisit; ducibus præcipuis Zorobabele & Jesu Pontifice. Qua in re adverte. I. Singulari Dei consilio, dudum ante, ad hanc rem designatum & distinctum fuisse Cyrum. Esai. 44: 28. *Qui dico de Cyro: Pastor meus, & omnem voluptatem meam implebit, idque ut dicat Hierosolymæ; adificator, & ò templum fundator.* & cap. 45:1. *Sic dixit Jehova uncto suo Cyro: ò tu, quem apprehendi dextra sua ad subigendum coram ipso gentes &c. com. 2.3. Nam vocavi te nomine tuo, vocavi te, & non nosti me. Ego Jehova, & non alius, præter me non est Deus; cingo te, & non nosti me. com. 4, 5. Ego excitavi illum, propter justitiam, & omnes vias ejus rectificabam; ille adificabat urbem meam, & exules meos dimittebat, non pro pretio & non pro munere. v. 13.* Unde etiam 2. quidam autumant, Cyrum, quamvis paganum, hac in re Christi personam exhibuisse; qui tenui fortuna & imminente periculo non sine summa difficultate eluctatus, in summum rerum fastigium evectus est, evasitque liberator populi Dei; quod luculentius multo, longeque augustius in ipso Salvatore nostro expressum fuit: qui in trivio natus & quasi ex infima hominum face, in ea dignitate positus est, ut ipse confiteri coactus fuerit Satanas: *Scriptum est, Angelis suis præcipiet de te, ut custodiant te. Luc. 4:10.*

Illius signi-
ficatio.

II. Mirabilis autem & Deo gloriosa fuit hæc populi in terram suam reductio; cum sine strenuitate aut vi, solo verbo ac Spiritu Dei perfecta sit; intercedente tamen everfione regni Babylonicæ. Zach. 4: 6. *Quin & externa hæc ac corporalis Ecclesiæ à Babylone liberatio, pulchra fuit figura spiritualis liberationis Ecclesiæ per Christum. Qui liberavit nos e manu inimicorum nostrorum, ut sine metu serviremus ipsi, cum sanctitate & justitia in ipsius conspectu, omnibus diebus vite nostre.* Luc. 1:74,75. Particulatim vero, egressui huic è Babylone plane respondet exitus Ecclesiæ è Babylone mystica. *Et audivi aliam vocem ex cælo, dicentem: Exite ex illa*





illa, popule mi, ne communicetis cum peccatis ejus. Apoc. 18: 4. &c. Porro sicut exitus hic peractus est, postquam, exsiccato Euphrate, alveoque ejus per fossas à Babylone seducto, urbem occupasset Cyrus. vide Ier. 51: 31. *Cursor obviam cursori curret, & judex obviam judici, ad indicandum Regi Babylonia captam esse civitatem ejus ab extremitate.* & Dan. 5: 30. *Ea ipsa nocte interfectus est Belschazar Rex Chaldeus: similiter expugnata est Babylon, multis populis ab ea, aquarum instar, alio derivatis. Et sextus Angelus effudit phialam suam, in fluvium illum magnum Euphratem: & exaruit aqua ejus, ut prepararetur via regum ab ortu Solis.* Apoc. 16: 12.

III. Ecclesia in Iudæam redux facta, varias tulit fortunæ statusque sui *Ecclesia post exitum à Babylone variis status.* mutationes; varios quoque passa est dominos: modo enim Persis paruit, eorumque satrapis Æchmalotarchis, ut Nehemiæ aliisque; inde, simul cum Monarchia Persica in Græcorum potestatem devoluta est, modo sub imperio Alexandri Magni, modo successorum ejus, præcipue Lagidarum, Ægyptiorum & Seleucidarum Syrorum Regum; donec tandem discriminibus hisce eluctata, excusso jugo famulisque lupatis, *αυτονομίαν*, quin & principatum regnumque in Asmonæis sibi recuperavit instauravitque; unde iterum deturbata à Romanis, Herodi subjecta fuit; cujus tempore verus enituit redemptor & Rex Messias.

IV. Hinc ergo triplex emergit periodus, per quas post captivitatem *Sub triplici periodo.* Babylonicam continua serie Ecclesiam deducemus. 1. per regimen Ducum & Pontificum. 2. Asmonæorum principum & regum. 3. Herodis & ejus filiorum.

V. Ducum regimen seu ducatus tantum non principatus dici potest. *Quarum prima fuit sub ducibus.* Zerubbabel enim *דורא דאז* dux Judeæ appellatus, Hag. 1: 1, 14. 2: 2, 21. Mal. 1: 8. Ezr. 6: 7. præter familiæ suæ, Ezr. 2: 2. aut tribus suæ principatum, nullum imperium, nisi Æchmalotarchæ, seu Ethnarchæ, gessit; unde plures illi adjunguntur focii, ejusdemque dignitatis collegæ. *Accesserunt ad Zerubbabel & ad primores paternarum familiarum &c.* Ezr. 4: 2, 3, & 3: 2, 8. & 5: 1, 2. *Auscultavit Zerubbabel filius Schealthielis & Jehosua filius Jehozadaki sacerdos maximus & totæ reliquie populi voci Iehovæ &c.* Hagg. 1: 12, 14. Tales etiam fuerunt ejus successores; sicut Davidicorum ducum ultimus, Janna Hyrcanus, ne quidem Hierosolymis habitavit, sed in festis sibi fratribus & Symeone Pontifice, trans Jordanem concessit. Status ergo, sub regimine ducum, aristocraticus fuit quidem, sed tamen ut non penes solos duces, verum Pontificem etiam, atque complures simul

facerdotes, Pontificum nomine censerī solitos, robur & summa ejus fuerit. Duces hi numerantur sequentes : Zorobabel, Mezullamus, Hannania; Barachias, Hafadias; post quem Asimonæorum imperium cæpit, licet ducēs Davidici non defuerint usque ad Jannam Hyrcanum. In hisce autem & sequentibus ducibus impletum est illud quod promissum erat Esai. 1:26. *Restituam iudices tuos, ut ab initio.*

*Pontificum
sub iis au-
ctoritas.*

VI. Summa erat hoc tempore quoque Pontificum auctoritas, ut planum est in Jaddo, qui tanquam princeps Reipublicæ Alexandrum Magnum excipiebat; sicut & Lacedæmoniorum legati ad Oniam Pontificem ut principem virum missi sunt. 1. Machab. 12:20. Quæ Pontificum dignitas magna accessione aucta est, per Asimonæos, quando principatui fuit adjectus Pontificatus. Pontificum nomina hæc fuisse traduntur. Josua filius Josedechi, Joachim, Eliasib, Iojada, Iohannes seu Ionathan aut Iannæus, Iaddus, Onias primus, Symeon primus, dictus iustus, Eleazar, Manassés, Onias secundus, Symeon secundus, Onias tertius, Iafon, Onias seu Menelaus (cui quidam subjungunt Lyfimachus, alii potius Alcimum seu Iacimum) quem excepit Iudas Machabæus. Horum ambitione & impietate scæde conscelerabatur Pontificatus; quando Iesus, fratri Ianni, ope Bagosis ducis barbari, sacerdotium erepturus, in templo à fratre obruncatur. Ianneo succedebat Iaddus, cujus frater Manassés templum in Garizim condidit. Onias quartus deinceps, tempore Antiochi Epiphaniis ejurata lege, cerimoniis gentilium defunctus, eorum sacra coluit; cui subditur ab Antiocho Eupatore Alcimus, quem post alia scelera, muros sanctuarii diruere parantem mors antevertens opprimit.

et successio.


*Synagoga
magna.*

VII. Excelluit inter antistites sacros horum temporum post captivitatem, Ezras Scriba, cujus genealogia textitur. Ezr. 7. & 1. Chron. 6:4. &c. vigesimus tertius ab Aarone, Eleazarides sacerdos. Huic præcipue adscribitur, tanquam capiti & præfidi, institutio Synagogæ magnæ, consistens ex 120 viris; inter quos erant Prophetæ; Haggæus, Zacharias, Malachias; Hagiographi, ex Iudæorum censu, Daniel, Nehemias &c. Legum consulti, Symeon Iustus, qui Alexandro Magno obviam ivit, alio nomine Iaddus dictus. Multi etiam alii sociantur, omnes appellati viri Synagogæ magnæ, quorum præfēs Efras hic Scriba. Illa vero confessus ratio, cum de eo nihil in Scriptura occurrat, variisque difficultatibus obnoxia sit, dubia magis quam certa est.


*Illius la-
bores.*

VIII. Synagogæ tamen hujus magnæ, qualiscunque confessus fuerit, varia celebrantur opera. 1. Constitutus creditur ab illa canon librorum

Vet.









Vet. T. id est, libros illius in ordinem redegisse dicitur, spuris & adulterinis rejectis; repertique sunt numero viginti duo, aut alio computo, quatuor & viginti. 2. Partiti creduntur libros sacros in tres classes; Legem, Prophetas & Hagiographa. Quam divisionem tempore Christi etiam obtinuisse efficitur; quod Christus dicat discipulis, *oportere omnia impleri, quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de se.* Luc. 24: 44, 3. Textum creduntur plerisque dissecuisse in commata seu versus, eaque distinxisse per notas פסוקי & פסוקי. 4. Attribuuntur etiam illis à multis notæ criticæ פסוקי & פסוקי, vulgo dictæ, seu diversæ lectiones, per quas sæpe mysteria innuunt, sæpe indicant corruptelas textus: at vero cum notæ & emendationes hæ, ipso textu sæpe sint deteriores, & additæ etiam sint libris ultimorum prophetarum, qui tum superstites fuerunt, potior est eorum sententia, qui non à Synagoga magna has lectiones repetunt, sed à Masorethis posterioribus, Tiberiensibus forte. Sunt etiam qui 5. illis adscribunt numerationes singularum literarum, vocum & commatum cujusque libri; qua de re סופרים sive numeratores dicti sunt: sed dubium valde, an his, an Masorethis potius Tiberiensibus, auctoritas hujus numerationis sit imputanda. 6. Præterea testimonia rationesque admodum probabiles non desunt, quæ cum Hieronymo aliisque suaudent credere, characterem antiquum, quo exaratus erat sacer codex, ab Ezra, cum eo qui nunc obtinet, fuisse commutatum: qui cum è Chaldæa cum ipsis in Cananæam deferretur, Chaldæus vel Assyriacus dictus est, sicut alter ille ab antiquo usitatus, nunc vero obsoletus, quia à Samaritanis retentus est, inde Samaritani cognomentum retulit. 7. Anquiritur etiam de punctis seu vocalibus, quas alii ab hac Synagoga, alii à Masorethis Tiberiensibus, aut longè recentioribus saltem hac Synagoga auctoribus, literis adjectas existimant. Prius statuunt Hebræi ferme omnes; & multi Christianorum: posterius, nec præter veritatem, Aben Ezra, Elias Levita, Hieronymus aliique Christianorum, cum veterum, tum recentiorum. 8. Existimant insuper Iudæi, ab hac Synagoga conceptas esse precum formulas, seu תפילות / quibus & hodie in Synagogis utuntur; sed ut illæ piæ sint, novitatis tamen suspitione gravissima laborant.

IX. Omnis hic labor sacer Bibliis impensus, *Masora* vulgo, auctores. *Masora* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. que ejus *Masoretha* nuncupati sunt. Quorum historiam ex iis quæ jam dicta sunt, cognoscere datur. Non enim uni vel auctori vel seculo opus aut nomen hoc debetur. Primordia ejus, collocata in digerendo Canone, divinarumque pandectarum distributione, ad Efram & hanc Synagogam

forte referantur; cætera vero notarum criticarum & observationum humanarum sarrago, sequentium seculorum Masorethis, & præcipue curatissimæ Tiberensium diligentia commodius imputabitur.

*Paraphra-
sis Chal-
daica.*


X. Hoc tempore usitata fuisse multis creditur paraphrasis Vet. Test. Chaldaica; ut liquere putant ex Neh. 8:8. quod sic vertunt: *Et legerunt in libro illo, in Lege Dei explanate, & apposuerunt ei intellectum, & intelligentiam per Scripturam ipsam.* Ubi liber seu lex Dei Thalmudicis est textus Hebræus; *explanatio ejus*, Targum vel paraphrasis Chaldaica: *appositio intellectus* facta illis dicitur per pausas distinguentes versus & accentus; factum hoc propter ignorantiam populi, hebraicè non amplius scientis; ut paraphrasi Chaldaica uti necesse haberet. Verum illa paraphrasis, non recitata est de scripto, nedum ut fuerit Targum Chaldaicum quod hodie extat, quodque longe recentioris ævi est; sed potius fuit extemporalis interpretatio Chaldaica, ore tenus pronunciata, nec scriptis mandata.


*Lectio Le-
gis Sabbat-
ina.*

XI. Ex hac legis prælectione, hisce temporibus originem traxit hebdomadalis illa Sabbatina Legis prælectio in Iudæorum Synagogis frequentata. Quæ tempora inde *antiqua* appellantur, Act. 15:21. *Moses enim ab antiquis aetatibus oppidatim habet, qui ipsum prædicent, quum in Synagogis per singula Sabbata legatur.* Synagogas quippe non ante structas fuisse, nec legem hebdomadatim prælectam, apparet ex Deut. 31:10, 11, 12. coll. 2. Chron. 17:7, 8, 9. & 2. Reg. 22:8. quod supra cap. de Synagogis inuimus. Ut hic mos Efræ & Nehemiæ tempore, ultra mille annos, post legem latam, demum inoleverit; qui postea confirmatus fuit exemplo Christi, qui *Sabbato ingressus in Synagogam, docebat.* Marc. 1:21. conf. Luc. 4:31, 33. & 6:6, 13:10. & Apostolorum, Act. 13:14, 15, 42, 44. & 16:13. & 17:2, 3. Quæ lectio ita à Iudæis ordinata est, ut quolibet anno universa lex absolvatur die magno festi Scenopegiæ; quando simul novam legis lectionem repetunt & ordiuntur; ut superius traditum. Divisi quoque deinceps sunt eodem modo Prophetæ: quo respicitur Act. 13:27. *Tum voces prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, eo damnato, impleverint.* Unde etiamnum in more est, ut utramque lectionem singulis Sabbatis peragant.

*versio
septuaginta
vocalis.*

XII. Ad hanc temporis periodum, licet magis vergentem, referenda etiam est Bibliorum versio Græca LXX. interpretum; quæ propter viam, ut dicitur, lustranda. Transigamus igitur breviter quæstiones quasdam duntaxat de hac versione. 1. quæstio fertur de tempore & occasione ex qua nata. Tribuunt ejus originem multi Ptolemæo Lagi filio; plures Ptolemæo





lemæo Philadelpho, prioris filio, Ægyptiorum regi secundo; quæ communior est sententia, trecentis præter propter annis, ante Christum natum. Hoc autem modo Deus viam sternere voluit ad conversionem gentilium; qui S. Scripturam, lingua hac toti orbi tum intellecta postmodum suo tempore lecturi erant.

XIII. 2. Rogatur de ipsis interpretibus; qui vulgo appellantur LXX. numero rotundo, pro LXXI. secundum eos, qui totum Judæorum Synedrion huic rei incubuisse statuunt; aut pro LXXII. secundum eos, qui putant ex quaque tribu sex, à Pontifice Eleazare, ad Ptolemæum petentem, fuisse transmissos; quod non adeo magnam fidem meretur. Placet ergo aliis, Thalmude teste, quinque seniores duntaxat, ab Eleazare fuisse ablegatos; quod cum factum fuerit à Synedrion magno, constante LXX. aut LXXI. viris, inde versionem hanc ipsis illis LXX. fuisse deputatam, numerumque illum septuagenarium inde ortum.

XIV. Inquiritur 3. in rationem, quo pacto, & locum, ubi hæc translatio facta sit. Pervagatissima est fabula, de duabus & septuaginta cellulis in insula Pharo, prope Alexandriam, totidemque interpretibus, omnibus à se invicem semotis, eodem tamen sensu, quin & iisdem verbis versionem hanc redditam esse; &, ne quid forte in hoc numero desideraretur, duorum etiam & septuaginta dierum spatio: quæ sane non interpretatio, sed disertissima fuisset vaticinatio. Adde quod incredibilis etiam sit illa temporis brevitatis.

XV. Disputatur 4. de exemplari, quo usi fuerunt: quod Hebraicum fuisse videtur, licet quidem Samaritanum arbitrentur, cum hodiernæ versionis LXX. cum Hebraico minus convenire videatur. At hujus concordia aliæ redduntur causæ: verosimile certe non est, interpretes hosce Iudæos textum Samaritanum ut authenticum habuisse, eoque usos fuisse.


XVI. 5. Controvertitur quot & quinam libri fuerint versi. Quibusdam cum Philone, Iosepho & Talmudicis placet, solum Pentateuchum ab his interpretibus fuisse translatum; reliquos libros à Iudæis Alexandrinis deinceps adjectos, unde tempus illud LXX. dierum probabilius faciunt. Alii vero cum Patrum antiquissimis & plerisque contendunt, omnes libros Canonicos, Apocryphis exceptis, fuisse ab iis versos. At cum historia hæc intricata sit, nec liqueat satis, vix certo quicquam ea de re affirmari potest.

XVII. 6. Qua existimatione & successu gavisa fuerit, disceptatur. Maximi illa semper facta fuit à Iudæis Græcis, tam in Ægypto (ubi annum

num illi festum celebratum) quam alibi, ira ut in eorum Synagogis publicè fuerit recitata. Iudæi vero Hebræi, præcipuè recentioribus sæculis, immane quantum illi versioni infensi fuerint, variis conviciis eam proscindentes.

XVIII. 7. Dignissima instituitur disquisitio; quo loco habita sit in Novo Test. & à Christianis, sequentibus sæculis. Scriptores N. Test. quod attinet; sæpe quidem illi, at non semper, ut Pontificiis placet, hac versione utuntur. Nam 1. interdum laudant ipsum textum Hebræum, etiam quibus in locis differt ab hac versione; ut Matth. 2:15. cum Hof. 11:1. Ioh. 19:37. cum Zach. 12:10. Matth. 2:18. cum Jer. 31:15. Matth. 9:13. cum Hof. 6:6. Matth. 4:16. cum Esai. 9:1. 8:17. cum Esai 53:4. 2. vicissim aliquando utuntur hac versione, etiam ubi abit à textu Hebræo: ut Luc. 3:36. cum Gen. 11:12. Act. 13:41. cum Hab. 1:5. multisque aliis locis. 3. Quandoque allegant dicta quædam Veteris Test. quæ hoc tempore, nec in hac versione, nec in Hebræo textu reperiuntur, ut Matth. 2:6. cum Mich. 5:2. Rom. 11:8. cum Esai. 29:10. Quæ omnia explicatiora dare nunc non licet. Quod vero ad Christianos spectat; Græci multis sæculis ea fuerunt usi: Latini etiam longo tempore versionibus Latinis utebantur ex hac expressis, inter quas Augustino maxime laudatur Italica, *Vulgata* dicta; donec post quatuor sæcula à Christo nato, Hieronymus novam Latinam versionem ex Hebræo textu dederit.

XIX. Denique 8. anquiritur; quid statuendum sit de versione illa, quæ nostro tempore sub nomine LXX. interpretum circumfertur. Communis autem Theologorum Reformatorum sententia est, illam, cum multum diversa sit & aliena à textu Hebræo, multis in locis esse corruptam; sive, quod ipsi auctores, (quod tamen vix probabile). exemplaribus non satis accuratis fuerint usi; sive quod non nimium periti fuerint linguæ Hebrææ, sive, quod præcipuum est, à librariis describendo & ab interpretibus cum aliis versionibus commiscendo sensim corruptior sit reddita: quibus aliisque de causis, versio hæc antiquissima tot sæculorum lapsu corruptionem aliquam passâ est. Ut frustra Pontificii veterum fabulis recoctis, versionem hanc authenticam faciant, lapsuque seculorum fœdatam, à Papa Sixto V. è Bibliotheca Vaticana, restitutam & emaculatam esse gloriantur. Omni cæteroque modo committendum, ne versio ista, qualis nitidissima extat, studiosæ juventutis manibus excutiat; utpote quæ non solum antiquitate & dexteritate sua venerabilis est, verum etiam cum eadem constet phrasæologia, qua Novi Test. scriptores usi sunt, utri-



que instrumento illustrando insigniter conduit.

XX. In hisce omnibus videre est typum absolutissimæ, & omnibus *Insignis*
 sæculis memorandæ, quin imo imitandæ, Ecclesiæ illius temporis ad nor- *Ecclesiæ*
 mam legis & doctrinæ Mosaicæ Reformationis; quam tantopere quo- *hujus,*
 que spirant libri Esræ & Nehemiæ historici, Haggæi, Zachariæ & Mala- *temporis*
 chiæ Prophetici. REFOR-

XXI. Cujus Reformationis, quæ à primario illius auctore, Esraïtica di- *MATIO.*
 ci potest, præcipua fuerunt hæc septem capita. 1. Instauratio templi
 altarisque, statim à reditu cœpta. 2. Synagogæ magnæ circa Scripturam
 sacram labor & exactissima cura. 3. Verbi divini frequentior & accura-
 tior, quam hætenus obtinuerat, prædicatio, ut Neh. 8:1. & seqq.
 videre est. 4. Cultus divini, quantum ad festum tabernaculorum, re-
 stitutio, ejuscemodique illius festi celebratio, qualis à tempore Iosue non
 obtinuerat. Neh. 8:15-18. 5. Rejection impurorum hypocritarumque
 Cuthæorum, seu Samaritanorum, falso prætextu religionem præ se fe-
 rentium & structuræ templi se ingerere conantium; quos ab illa societate
 rejiciebant & à se segregabant. Efr. 4:2,3. 6. Cui rejectioni accessit separa-
 tio ab ἀθεμίτω μίξει cum gentilibus & populis profanis: quæ prolixè
 narratur Efr. 9. & 10. Neh. ult. 7. Quin & altius ascenderunt. Consue-
 tudini enim antiquissimæ, à Deo nunquam approbatæ, longa tamen
 sæculorum serie inveteratæ, plures uxores ducendi, easque leviculas ob
 causas legitimè junctas dimittendi, se opposuerunt viri prophetico spi-
 ritu instructi, Mal. 2:14, 16. Et hæc fuit ἀβόνητα illa Ecclesiæ
 post Babylonicam captivitatem Reformatio, alterius post educ-
 tionem illius è spirituali Babylone præludium, qua doctrina Mosaica
 in pristinum honorem restituta fuit, & corrupti mores ad antiquam in-
 tegratem revocati, adeoque in pejus ruituræ Ecclesiæ res per aliquot sæ-
 cula sustentatæ sunt.

C A P U T X X X V I I I.

De Ecclesia sub Principatu & Regno
Asmonæorum.

Altera pe-
riodus sub
Ducibus




Idemus plerunque, ubi in cumulum accreverunt populi peccata, præcipue si summis se sceleribus etiam adstrinxerint Magnatès & Reipublicæ primi; continuo, si non tota peffum detur Respublica, tanto malo non inveniri remedium, nisi mutata regiminis forma. Uñum hujus rei testata sunt omnia retro sæcula; tum maxime, in quibus nunc versamur, populus & temporis periodus, luculentissimum ejus specimen præbent; quando Ducibus & Pontificibus ad summa crimina delapsis, versa est Reipublica, & prioribus deletis, extincto Ducum nomine, successerunt Machabæi, in quibus Pontificatus, primo cum principatu, deinde etiam cum régno sociatus fuit. Vita enim functo Alcimo, populi suffragiis traditusest Pontificatus Judæ Machabæo, filio Matathiæ Sacerdotis, è statione seu classe sacerdotali Joaribi. 1. Chron. 24:7. 1. Mach. 2:1.

MACHA-
BÆIS,

su HAS-
MONÆIS.

II. Machabæi D. Junio appellantur à quatuor literis initialibus verborum Exod. 15: 11. מִיִּכְמָה אֵלֶיךָ יְיָ *Quis sicut tu, Deus? י. ב. ג. ד.* depictis in labaris & vexillis suis militaribus. Aliis aliunde potius petitur vocis hujus originatio. Cæteroquin Aslamonæi vel Hasmonæi dicebantur; sive simpliciter *Præfectos* dicas; sive quod vox illa Arabice idem sonat ac *Venerandi Antistites*, quales illi patriæ religionisque erant. Rerum ab iis gestarum occasio nata fuit, ex oppressione Judæorum ab Ægypti Syriæque Regibus, inter quos fiti erant mediï; præcipue verò à Rege Syriæ Antiocho Epiphane: de quo illustria sunt vaticinia Dan. 8:9, 23. *Et ex uno de illis egressum est cornu unum minus quam parvum; & crevit amplius &c. Et in extremo regni ipsorum, cum consummabunt defectores, surget Rex pertinax, intelligens enigmata. & 11: 21. Et stabit in loco ejus, spreus, cuique non tribuerant Majestatem Regiam; & veniet in tranquillitate, & occupabit regnum per blanditias. Qui criminibus flagitiosissimis in se admittis, Jerosolyman occupat, per summum scelus in templo statuam Jovis Olympii collocat; Baccho festum indicit; Mosi &*

Pro-





Prophetarum libros comburit; sacrificium jure in triennium & semestre tollit; denique fideles per atrocissima suppliciorum cruciamenta conficit & enecat. vide Mach. 1:23; 2.Mach. 5:6, 7.capp. In hujus igitur crudelitatem insurgit Iudas Machabeus; Apollonium ducem ejus cædit, nono Antiochi anno, templum recuperat, illudque scèdissime violatum procurat & expurgat, anno admodum ante Christi Epiphaniam 168.

III. Libertate hoc modo asserta, Alcimoque mortuo, seu etiam vivente, ut alii volunt, populus sui juris factus, Iudæ Pontificatum tradit; quocum per quadriennium functus esset, fortiter vindicans jura patria, infelici in prælio cecidit. 1.Mach. 9:18. Pontifex idem & Princeps. Iudæ succedit Ionathas frater ejus; post illum Simon itidem frater, quem excepit filius ejus Iohannes Hyrcanus, itidem, ut decessores sui, Pontifex simul ac Etnarcha; imo secundum Iudæos, etiam Propheta; cujus filius Aristobulus, missio principis nomine, regium usurpavit, atque Etnarchiam vertit in regnum. Hyrcanus hic, principum ideo Asmonæorum ultimus, Idumæos subegit, illosque ut circumcisionem fusciperent, ritibusque Judaicis defungerentur, coëgit; qua de causa post hæc tempora in unum cum Iudæis populum coaluerunt, & Iudæorum nomine censiti fuerunt.

Qui Principes & Pontifices.

IV. Hi Asmonæi fuerunt principes, & simul Pontifices: quod posterius illorum munus legitimum plane fuit, neque per eos interrupta fuit Pontificum successio: nullo jure vero illi muneri adjunxerunt imperium, quod Levitis seu Pontificibus male conveniebat. Rempublicam tamen gesserunt suo ductu ac imperio, non præcariâ à Persis, Græcis aut Romanis potestate, ut quibusdam placet, cum excusso Græcorum jugo, regno reapse sint potiti, Romanorum non clientes fiduciarii, sed socii ac fœderati facti, sicut ex fœdere, quod cum Romanis iniit Iudas, abunde constat. 1. Mach. 8.

in quantum legitimi?

V. Diligentiori consideratione dignæ sunt horum temporum res gestæ. Nam 1. Oppressionem Antiochi quod attinet, in ea observare est: quo pacto Deus instante insigni Ecclesiæ mutatione, gravissimas calamitates in eam concitare soleat. Appetente enim paulatim Messiæ adventu, per dirissimam hanc Antiochi persecutionem urgebatur Ecclesia, ut tanto majori cum desiderio Messiam, redemptorem suum, ejusque regnum anhelaret, à qua spe & expectatione insigniuntur illorum temporum fideles. Luc. 2:25. *Simeon, qui homo justus & religiosus, expectabat consolationem Israelis.* Satis enim recens erat memoria hujus persecutionis

Rerum hoc tempore gestarum ratio & significatio. tum Ecclesia per Antiochum oppressa,

tempore Christi. 2. Latuit in hisce, tanquam in imagine, status Ecclesiæ N. Test. Proinde enim ac primum Christi adventum antecesserunt atroces hæc persecutiones, Legis ergo; eundem ad modum non minora mala, ante alterum ejus adventum, fidelibus incumbent, Evangelicæ doctrinæ gratia. Adde, sicuti persecutor hic Antiochus templum scelestissime violavit & invasit; idem omnino mansurum erat Ecclesiam ab Anti-Christo, cujus typum Antiochus retulit: quare etiam sub illius specie de Anti-Christo Daniel locutus creditur, c. 11: 36, 37, 38. *Et faciet pro voluntate sua Rex, & efferet se, & magnificabit se supra omnem Deum, & contra Deum Deorum loquetur mirabilia, & prospere aget, donec consummatus fuerit rigor. Nam decisum factum est. Et non habebit rationem Deorum patrum suorum; & non habebit rationem desiderii mulierum, & non habebit rationem illius Dei, quia supra omnia magnificabit se: & Deum arcium in locamento suo honorabit, & Deum quandam, quem non agnovērunt patres ipsius, honorabit auro & argento, & lapide pretioso & desiderabilibus.* Quibus tam exacte & vivis adeo coloribus deformatur Anti-Christus, ut de eo solo proxime hic agi quidam statuant.

sum ejus-
dem per
Macha-
bas libe-
ratis.


VI. 2. Notanda in primis etiam est Ecclesiæ per Iudam liberatio. 1. Uti enim ab Antiocho occupatum fuit templum, per solidum triennium, & quod excurrit femestre; sic item ante vastationem templi per Romanos, tantundem effluxit; omniumque generum ærumnis & extrema belli miseria prælusum est. 2. itidem ac Antiochus, ejusque crudelissima tyrannis, repræsentabat Antichristianam Ecclesiæ infectationem; vicissim mirabilis ejus per Iudam fratresque vindicatio & templi purificatio, auspiciis tam exiguis, & instrumentis levibus peracta, effigiavit expurgationem Ecclesiæ N. T. ultimis seculis, qua ex tenuissimis initiis, via plane singulari, templum Dei fuit restitutum, & à fordibus scædaque Anti-Christi illuvie, atque tyrannide assertum & elutum.

sum Idu-
maorum
debil-
itationis &
cum Iuda-
is unionis.

VII. 3. Illustris etiam est cum debellatis Idumæis pactio & cum populo Dei, unio: qua 1. impletum fuit Bileami vaticinium de rebus hisce paulo ante Messiæ adventum eventuris. Num. 24: 18, 19. *Et erit Edoma hereditas (Idumæi jungentur foederi, & pars populi fient) & erit hereditas Seir, inimici ejus, & Israel faciet strenue. & dominabitur ex Jacobo, qui perdet superstitem ab urbe; & naves à latere Chittæorum (ob occasu) venient & domabunt Assyrium (Græci Persas subjugabunt) & domabunt Heberum (Romani Iudæos). Vide & Amos. 9: 12. Ut hereditent reliquias Edomi, & omnium gentium, super quibus nuncupatum fuerit no-*







m
i
le
E
f

h
p
p
l
P
f
q
t

IX

ap
P
r
a
X

man
f
l
m
g
P
m
D

men meum, ait Jehova faciens hoc. 2. Claret hinc cur Esai. 34: 6. & 63: 1, 2. & Mal. 1: 3, 4, 5. Israël qui Christum cruci suffixit, *Edom* appellatur; quia nempe, inter alia, eo tempore quo hæc facta sunt, Israël & Edom unus erant populus, uni Regi, & quidem Herodi Idumæo subjecti.

VIII. Atque hætenus de Machabæis Principibus; quos exceperunt *Machabæi* istius familiæ Reges; ut supra indicatum. Fuerunt illi quinque; quorum *Reges.* primus fuit Aristobulus, Hyrcani filius, qui imperio crudeliter gesto, post annum decedit, relinquens successorem sibi fratrem Alexandrum Jannæum. Huic duo filii ex Alexandra uxore, Hyrcanus & Aristobulus. Post patris mortem Alexandra vidua regnum per novennium administrat, Pharisæis addicta, in quorum gratiam Hyrcanum Pontificem creat: qui deinceps etiam mortua matre regnum capessit; qua utraque dignitate, post tres menses, exiit eum Aristobulus frater.


IX. Huic fratrum dissidio, aptâ occasione, intervenerunt Romani, *eorum dissidia & eversio.* captaque urbe & templo, victum Aristobulum Romam deportavit Pompejus, Pontificatum & Etnarchiam, non vero regnum, Hyrcano reddens. Mortuo dein Aristobulo, filius ejus Antigonus, Parthorum auxilio, Hyrcanum capit, regnumque occupat; ab Antonio autem Antiochiæ, inusitato exemplo, Rex securi percutitur.

X. Evehitur interea Antipater Ascalonita, & propter magnitudinem meritorum ejus erga Iul. Cæsarem, Judææ Procurator constituitur; cujus filius Herodes à Romano Senatu Rex declaratur: atque ille quidem reliquam Asmonæorum profapiam excidit; Aristobulum Pontificem adolescentem inter natandum fraude scelestâ suffocat; ipsumque Hyrcanum grandævum, optime de se meritum, tollit: postquam Pontificatus & Principatus in Asmonæorum domo hæsisset per 130. circiter annos, quorum res florentissimæ, mutuis odiis & truculentis sceleribus utrinque admixtis, penitus interciderunt: ut ita regno funditus subverso, verus populi Dei Rex enixius eo & vehementius desideraretur. Unde etiam de corona Asmonæorum prædictum fuerat, *quod illa non sit, hoc est, quod ea non sit illa, quæ promissa est.* Ezech. 21: 27.

CAPUT XXXIX.

De Sectis Iudeorum.

Sectarum
inter Iu-
deos


I.  Um multum turbaretur Respublica, A smonæis rerum po-
tentiſſimis; tum non minimum variis & in omnia alia ab-
euntibus opinionibus conficiſſa fuit Eccleſia Judaica: unde
ſubjicientibus ſe perpetuo, tanquam ex Hydræ capite, li-
tibus, in diverſas ſectas, quæ *αιρεσεις* in Nov. T. dicuntur. Act. 5: 17. 15: 5.
fuit diviſa; quibus divortiis duplex potiſſimum cauſa originem dedit.

Origo &
cauſa.

II. Decrant 1. Vates ſeu Prophetæ, qui ore Dei conſulto, populo
reſponſa referrent, & litigantibus intercedentes, omnem diſceptationum
materiam divino oraculo præciderent. 2. Lex, quæ olim aſſa & abſque
gloſſis Magiſtrorum lecta, jam iis adjectis legebatur atque explicabatur;
unde infinitæ ſuboriebantur concertationes, ex quibus, acri contentione
& pertinaci ambitione vexatis, excluſæ tandem ſunt ſectæ; populuſque
Iudaicus adhuc integer & indiviſus, variè ſectis & conſpiratis factionum
partibus ſciſſus eſt: quarum præcipuæ fuerunt *Sadduceorum, Phariſæo-
rum & Eſſæorum*. Phariſæis autem cum celebratiſſimum ſit nomen, pri-
mum dabimus locum.

HASI-
DÆI.

III. Origo illorum refertur ad viceſimum vel quadrageſimum ſupra
centeſimum, ante Chriſti natales, annum. Iosephus jam tempore Ionathæ,
fratris Iudæ Machabæi, eorum meminit. Orti vero ſunt ex antiquis
Haſidæis, quorum mentio fit 1. Mach. 2: 42. *Tunc congregati ſunt ad eos,
congregatione ſua Aſidei, valentes robore ex Iſraelitis, quicumque volun-
tariè adhibebant legi &c. & 7: 13. Hi Aſidei primi fuerant in filiis Iſrae-
lis. & 2. Mach. 14: 6. Qui ex Iudeis dicuntur Α'σιδαῖοι, quorum dux eſt
Juda Machabeus &c. Qui חסידים / id eſt, benefici appellantur;
eratque natio quedam hominum, poſt captivitatem Babylonicam, ſtu-
dioſiſſima pietatis ac beneficentiæ, liberalitatiſque erga egenos, templo-
que figendis anathematis ac donariis effundendis; ut iſtis temporibus
Judæorum pientiſſimi audirent & revera eſſent, ſingularique opera ſan-
ctitatem affectarent. Unde Symbolum illorum erat; quicquid meum eſt,
tuum eſt; quicquid autem tuum eſt, tui ſolius eſt. Ad quod diſcrimen
חסידים ſeu beneficorum, ut & juſtorum, & impiorum, illis oppoſito-
rum,*



Josephus Antiq. 5. 2. u. de bel. jud. 12. 17

rum respicere videtur Apostolus Rom. 5: 6, 7. *Christus, quum adhuc impotentes essemus, suo tempore pro impiis mortuus est: vix enim pro justo quis moriatur. nam pro bono forsitan quis etiam sustineat mori.* Egregium & laudabile haecenus erat illorum institutum, nec sectæ quicquam habebat illud vitæ genus; deinceps *ἐκστασιμὸς* ille, seu voluntarium sanctitatis studium, intra præceptorum fines & systema quoddam cogi cœpit, & affricata est superstitio; unde nati fuerunt *δογματίσαι*, qui hunc *ἐκστασιμὸν* mutarunt in necessitatem, operibusque rigidioribus & supererogatoriis præstandis incubuerunt, separantes se à vulgo; quod dogma non statim in illud culmen excrevit; sed lapsu temporum perfectum est; tandemque hinc prodierunt *Pharisæi*.

IV. Nomen *Pharisæorum* quibusdam deducitur à *פְּרָשׁ* exponere, *Ex quibus* quasi *פְּרוּשִׁים* *expositores legis*; originatione minus probabili, cum & PHARISÆMINÆ essent *Pharisææ*, pariter ac viri, quæ tamen legem non exponebant: potius ergo derivatur à *פָּרַשׁ* *separare*; ac si separatistas voces. Separabant ergo sese 1. Sanctitate & puritate externa. 2. Dignitate. 3. Vestibus & moribus. Huc à multis trahitur illud *Zephanix* 1: 8. *Et erit in die sacrificii Jehova, visitabo in principes, & filios regis, & in omnes, qui amittuntur vestimento peregrino.*

V. Singulariter autem à reliquis Judæis dignoscebantur, cum *dogma-* *illorum* *is* suis, tum *vivendi ritu*. Dogma eorum principale erat de traditionibus, *dogmatis* quas urgebant maxime, legique scriptæ præferebant. Hinc quoque varias legi obdlexerant corruptelas; præcepta ejus glossis suis undequaque incrustantes; quod docet Christus Matth. 5, 15. & 23. capp. Sigillatim 1. omnia assignabant Deo & fato, scilicet mathematico ex astris eorumque motu dependenti. Licet quidam rem aliter putent. 2. afferebant homini liberum suum arbitrium, cujus propriis conatibus in bono à Deo tantum succurri statuebant; non aliter ac posteris sæculis Semipelagiani. 3. ponebant, piorum animas per *μετεμψύχωσιν* migrare è corpore in corpus: malorum animas interminabili supplicio cruciari. Quò quidam respiciunt Matth. 14: 2. *Dixit Herodes servis suis, iste est Johannes Baptista: ipse suscitatus est ex mortuis, & propterea virtutes agunt in eo.* & cap. 16: 13, 14. *Interrogavit discipulos suos Jesus, dicens: quemnam esse me dicunt homines, filium hominis? illi vero dixerunt, alii quidem Johannem Baptistam, alii vero Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex Prophetis.* Joh. 9: 2. *Et rogarunt eum discipuli ejus, dicentes: Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* 4. Resurrectionem corporum,

tam bonorum, quam malorum, profitebantur; illumque coram Deo justum esse qui pleraque mandata legis observasset. Ex hac priori sententia apologiam sibi meditatur, Judæorumque irruentium in se impetus sistit, Paulus, dicens: *Ego Phariseus sum, filius Pharisei: de spe & resurrectione mortuorum ego in iudicium vocor.* Act. 23:6. & com. 8. *Sadducei quidem dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisei autem utrumque profitentur.* conf. cap. 24. 15. *Spem habeo in Deo, fore, quam & ii ipsi expectant, resurrectionem mortuorum, tum iustorum, tum iniustorum.*

& vivens
d: riuus.

VI. Vitam illorum quod attinet, uno verbo absolveris eos, si operarios voces; qui totam legem mutabant & recudebant quasi in Philosophiam & externam disciplinam, per quam, adjunctis sacrificiis, circumfusione, cæterisque cerimoniis, certissimam peccatorum remissionem & justitiam sibi pollicebantur. Ut omnis eorum vita nihil aliud esset nisi larvatae pictatis proscenium, totaque occuparetur in *σκληρογυρία* affectata, crebris jejuniis, lotionibus, purificationibus, longis precibus, quas in locis celebribus & platearum triviis stantes recitabant; decimandis rebus levissimis, phylacteriorum & fimbriarum dilatatione, aliique externae disciplinae actionibus, quæ passim in Euangelio recensentur. vide Matth. 9: 14. *Cur nos & Pharisei jejunamus multum, & discipuli tui non jejunant?* Luc. 18: 12. *Jejuno bis hebdomade, decimo quacunq[ue] possideo.* Matth. 6: 5. *Quum precaberis, ne esto ut hypocrite, amant enim in conventibus & in angulis platearum stantes precari, ut appareant hominibus.* & cap. 23: 14. *Væ vobis Scribae & Pharisei, hypocrite, quoniam exeditis domos viduarum, idque in speciem utentes longis precibus &c.* Adde v. 23. Marc. 7: 3, 4. Luc. 7: 39. Matth. 9: 11. Ex quibus omnibus plurimum sibi arrogabant, gloriabanturque *ἀκελευσίτω* esse suam sectam. Act. 26: 3. magnamque sibi conciliabant auctoritatem. Qualis vero quantique ea habenda, edisserit Servator Matth. 23.

VII. Ut autem ferax est superstitio & fatale separatistis semper ulterius scindi, secta hæc deinceps in alias quoque discerpta & friata est sectas; quæ septem enumerantur in Thalmude. 1. Phariseus Sichemita. 2. Phariseus percussus, seu illidens. 3. Sanguinem eliciens. 4. Phariseus mortarius. 5. Phariseus qui dicit, quid faciam? ut ille juvenis Matth. 19: 16. 6. Phariseus timoris. 7. amoris.

VIII. Evanuit hæc quidem secta, nec hodie superat inter Judæos; palmarium tamen eorum dogma, de traditionibus & earum appendicibus hæret,

the system to be installed in the main engine

hæret, gliscitque inter plerosque Judæos in Europa; atque eo nomine plerique Judæorum, Rabbanistæ seu Pharisæi, diversi sunt à Karæis seu scripturariis, quorum rara est copia. Quinam vero inter Christianos eorum sint imitatores, & quodnam hominum genus nostra ætate huic tam exacte respondeat, ut ovum ovo non sit similius, nimis quam toti Europæ patet.

IX. Nomen suum Saducæi debent Sadoko cuidam, Antigoni Sochæi, SADU-
CÆORUM
origo. Synagogæ magnæ post defunctum Symeonem justum, successoris, discipulo; qui non intellecta mente magistri sui Antigoni, cum æquali & commilitone suo Baitho, innocua & pia ejus verba; non esse Domino ferviendum, instar fervorum præmii ergo, pervertit; & inde extudit, nullum post hanc vitam manere præmium aut pœnam; atque ita novam Saducæorum & Baithusæorum, resurrectionem mortuorum & mercedem justorum in futuro sæculo abnegantium, sectam cudit. Aliter etiam à Judæis appellantur, Minæi, Epicuræi, Dositheani, Samaritani, & Karæi, quia nempe traditiones cum Karæis rejiciebant. Ætas eorum incidit in annum quasi sextum & vigesimum supra ducentesimum ante Christi natales: ut Saducæi ex Judæorum sectis sint antiquissimi.

X. Inter eorum dogmata primarium erat; animam corpori non esse Dogmata superstitem, ac præter crasin ac temperamentum, corporisque habitum nil quicquam esse; quare corporum in cineres abeuntium & animarum resurrectionem inficiabantur; præmia pœnasque omnes post hanc vitam, & quod ex iis consecrarium erat, Angelos & Spiritus universos tollebant. Vide Matth. 22:23. *Illo die adierunt eum Saducai, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogarunt eum. & Act. 23:8. Saducai quidem dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum.* Ab his proximum erat, quod fatum & Dei providentiam mundo exterminarent, hominis arbitrio omnia relinquentes; unde & Epicuræi dicti. Sigillatim etiam à Phariseis distinguebantur, quod traditiones rejicerent. Adjiciunt quidam, eos legem solam seu Pentateuchum duntaxat recepisse, spretis reliquis V. T. libris, quod facere existimant, quod Salvator ex lege sola eos redarguit & confutat. Matth. 22. Fit tamen probabilius, universam Scripturam ab iis receptam, id est, legem solam; non Prophetis, sed traditionibus seu verbo *ἀγένης* rejectis.

XI. Mores eorum depingit Josephus, & confirmant dogmata, ut ferè & mores. & *ἀγένης*, tanquam hominum profanorum; unde licet ferme potentissimi essent, quamvis & pauci, nihilominus exosi erant vulgo; cui

contra gratiosi erant Pharisei, qui vulpinari noverant & in finus hominum influere. Hinc immane discrimen inter utrosque observatur; illi scilicet iustitiarum; hi profani: illi multa superaddentes legi; hi de eadem detrahentes non pauca: utrique à Deo devoti. Deut. 4. & 12. Hinc internecivum & æternum odium iis cum Phariseis intercedebat; quod sæpius testantur sacræ literæ, ut Act. 23:7. & alibi.

XII. Secta hæc non omnis periit, sed aliqua parte inter Judæos etiamnum superest; cum multi eorum animæ immortalitatem negent, quorum numerus frequens in Oriente & Turcia, ubi etiam multi Karai: Europæi enim Judæi fere Rabbanistæ sunt. Paria cum Saducæis faciunt, inter alios sectas Muhammedani: inter eos qui Christianum nomen profiteri volunt, Sociniani.

ESSENO-
RUM
origo,

XIII. Dubiam habet Essæorum nomen Etymologiam; præ cæteris probabilis est originatio à verbo *הִשָּׁה* *silere*; vel *הִסָּה* *latitare*, seorsim à strepitu agere; vel *שָׂנֵן*, quod *sanare* notat Syris & Rabbinis; quasi *sanatores* dicas: utrunque enim cum eorum vivendi ratione optime convenit. Offensi etiam alio nomine appellabantur. Ut nominis ita ipsorum hominum incerta valde est origo; quibusdam existimantibus, eos ex quodam Saducæorum cum Phariseis temperamento esse natos, vitæ quippe sanctitate præstantes, & ab utriusque sectæ vitiis abhorrentes. Aliis vero censentibus, eos extitisse Machabæorum ævo, temporibus durissimis, ingruente persecutionum acerrima tempestate, quam subterfugientes multi, cum in loca sola & deserta se subduxissent, serenatis postea temporibus, licet jam periculo omni defuncti essent, in pristino tamen vitæ instituto & genere durarunt, & ab omnibus semoti solitariam deinceps vitam egerunt. Quæ res etiam Anachoretarum & Monachorum, inter Christianos, institutioni causam dedit.

Dogmata

XIV. Opiniones eorum quod attinet, ad hæc ferme capita rediguntur. 1. Omnia fato subiciebant, rebus nullis eximiis. 2. Angelos auguste summoque studio venerabantur; præcipue eos, qui sectæ eorum noti & familiares habebantur. 3. Solem orientem adorasse dicuntur; contra præceptum Dei, Deut. 4: 19. *Ne sublati oculis tuis versus cælum, quum aspexeris Solem, aut Lunam, aut stellas, ullam rem exercitus cælestis, tum impellaris, & incurvans te eis, colas ea &c.* Job. 31: 26, 27, 28. *Si vidi lucem, quod splenderet, & Lunam pulchrè incedentem; & seductum est in secreto cor meum, & osculum tulit manus mea ori meo. Et hæc pravitas iudicialis est, nam abnegassem Deum, qui supra est.* Vide & Ezech. 8: 16. quam

Et cum circabant litigaciones et diffinitiones
Yazari Zairis et saddic zabatabant in
causis appalites nisi multas sedebant
de his v. Sofory antiq. 303. et de bello
judaeo l. 2. c. 7.



quam tamen culpam ab iis rectius amoliuntur alii. 4. Nulla offerebant sacrificia, sanctioribus ritibus se astrictos opinantes; dona tamen sua templo vota solvebant, ideoque sectæ suæ capita quasi & principes Ierofoly-
mis habebant, ipsi remotioribus in locis secreti degentes. 5. Pari religione juramento ac perjurio se abstinebant. 6. Sabbatum superstitionis-
sime observabant, non solum ab omni opere vacui, sed ipsi naturæ debitam excretionem denegantes. 7. Pentecosten septies per annum celebrabant. 8. Animarum immortalitatem aiebant; de loco vero earum post mor-
tem inepte philosophabantur. 9. Sectæ suæ initiandos, vel ipsos Judæos, non aliter ac paganos baptizabant.

XV. Singularibus hisce opinionibus respondebat vita non minus à ^{et viven-} communi vivendi ratione diversa. 1. Secreti ab hominibus in hortis suis, ^{di mos.} maxime circa Ierichuntem, agris colendis se totos mancipientes, vitam agrestem tolerabant; medicinam quoque fecisse, agrisque sanandis operam dedisse volunt alii. 2. Bonorum communionem ante omnia usurpabant; distribuentibus ea præfectis, ut nulla emtio aut venditio, nullum divitiarum studium inter illos obtineret. 3. Iter facientibus ab eorum societate hospitium præbeatur. 4. Servis carebant, tum ob eorum infidelitatem, tum maxime quod alieni essent ab illa hominum disparitate, ut naturæ communi injuria. 5. Uxores à se repudiabant, ut vitæ tranquillitatem conservarent: ne tamen secta periret prorsus, alienæ prolis adoptione cavebant; quin & aliqui ex illis eam ob rem matrimonio liberisque operam dabant, adhibitis etiam variis cautionibus. 6. Integerrimis erant moribus, inculcata justitiæ laude, quam mirum in modum captabant; inculti plane habitu & vestibus, voluptatum deliciarumque hostes acerrimi. 7. Silentium ante omnia observabant, & laboris penso absoluto, commune prandium fumebant, non aliter ac olim Monachi sacris exercitiis convivia intermiscentes; tenuis etiam victus & cibi paucissimi erant, in jejuniis frequentissimi. 8. Hemerobaptistarum more quotidie frigidâ se abluebant. 9. Senum apud illos maxima erat reverentia. 10. In commnionem & consortium sectæ nemo admittebatur, nisi toto quadriennio diligentissime spectatus; quando horrendo sacramento in sectæ illius religionem adigebatur. 11. Disciplinæ violatores à centumviris ex communitate proscribebantur; inedia herbisque noxiis tollebantur, quas instar pecudum depascebant, nisi interdum in mortis confinio vitæ gratia ipsis fieret. Juvenes difficulter & fastidiose recipiebant, at viros senesque. Plura de iis narrat *Josephus Antiquit.* lib. 18.

cap. 2. & de bello *Judaico*, lib. 2. cap. 7.

XVI. Affines hiſce erant ex Philoſophis Gentilium Pythagoræi; ex hæreticis Meſſaliani, eorum ſimix; ex Chriſtianiſ, in pluribus, Anabaptiſtæ; gemini vero illis ſunt, & genuini imitatores Pontificiorum Monachi: quod in errorem etiam deduxit Euſebium, qui lib. 11. cap. 6. de Monachis Chriſtianiſ dicta eſſe exiſtimavit, quæ Philo Judæus in libro de vita contemplativa, de Eſſæis, ut plerumque creditur, refert; quod Pontificiū aſſide arripiunt, qui Monachatus antiquitatem inde adſtruere fatagunt; cum tamen Eſſæi fuerint, non Chriſtiani, ſed inſenſiſſimi Chriſtianorum hoſtes, ſectaſque omnium ſuperſtitioſiſſima.


*Status
Eccleſiæ
Judaicæ
inter hæſce
ſectas.*


XVII. Atque hoc fuit famigeratum illud Judæorum *Tribereſum*: cui quaſi quartam ſectam addidit Judas Galilæus; quintam verò acephali Herodiani. Miſerum itaque ejuſmodi in modum conſciſſa fuit Eccleſia Judaica per hæſce ſectas; quibus dum ſinguli ſtudent, Scripturæ & Prophetiarum ſtudium eviſuit, & indago earum neglecta eſt. Reſervavit tamen ſibi Deus Eccleſiæ reliquias in paucis fidelibus, ut Symeone & aliis, Meſſiæ adventum anxie deſiderantibus. Interea loci in hac deſormi Eccleſiæ Judaicæ facie, agnoſcere licet delineatum ſtatum Eccleſiæ N. Teſt. ante ſecundum Chriſti adventum, quando lacerata religio & in hæreſes ſectasque varias diſſecta; ſuperante nihilominus aliqua verorum fidelium parte, inter quos lex obſignetur. Vide Eſai. 8: 16. *Liga teſtificationem, obſigna legem in diſcipulis meis.*

C A P U T X L.


De Eccleſia ſub Herode, ejuſque ſtatu ſub adventum Chriſti.

*Ultima
Eccleſiæ
horum
temporum
periodus
ſub HE-
RODE.*

I.  Eturbatis regno Aſmonæis ſucceſſit Herodes, qui illud aliquandiu cum filiis inſedit. Herodis pater Antipater de Iulio Cæſare bene meritus, Iudææ procurator ab ipſo conſtituitur, cum Hyrcani ſtupor imperio ineptus eſſet. Antipatri filius minor Herodes, ab eodem Iul. Cæſare Galilææ præficietur, adoleſcens annorum quindecim. Ex hiſce initiis major tandem illis conciliata fuit poteſtas, quando pulſum ab Antigono, Ariſtobuli filio, Herodem.









dem regem Iudææ creat Senatus Romanus, illumque in regnum introducit Sosius; Antigonumque securi percutit Antonius. Contigit hoc ferme anno ante natum Christum nono & trigesimo, quo Rex creatus Herodes, idemque sexto & trigesimo in regnum immissus est; quare ad annum ejus 37 à quibusdam Christi nativitas refertur. De quo alias curatius.

II. Atque ita patre Afcalonita, gente domoque Idumæus erat Héro- *Illius res*
des, ex qua, licet jam ante sæculum, ut vidiraus, Iudæis Idumæi intermix- *gesta.*
ti essent, regem designari posse negant Iudæi. Quare, cum nullo jure regnum Israëlís ad eum, ut alienigenam, pertinuisse statuerent Magistri, ex cautione legis Deut. 17:15. *Tantum statuito super te Regem, quem elegerit Jehova Deus tuus: è medio fratrum tuorum statuito super te Regem, non poteris tibi præficere virum extraneum, qui non frater tuus sit;* ab eo LXX. Seniores fuisse sublatos narrant: quod tamen non sine multo sale capiendum est. Solus itaque, summotis quos volebat adversariis, regnum obnens Herodes, pro libidine sua, avita & patria instituta mutavit, nova tulit, in leges peccavit; Romanorum superstitionem, Judos, Amphitheatra & alia ejus generis faciendo, tacite introduxit; ipse Pontificatus ludibrio illi habebatur, Pontificibus, ut collubitum erat, admotis remotisque. Operum ejus caput & unicum laude dignum fuit, instauratio & amplificatio templi; quod ideo ex ejus nomine dictum fuit: de quo superius. Reliquam vitæ rerumque gestarum partem, non usitatis sceleribus & inaudita sævitia inquinatissimam habuit; donec tandem sibi, aliisque invisus, horrendo mortis genere se ad inferos penetraverit: exceptus ille est à filiis, licet impari dignitate, partim Regibus, partim Tetrarchis, ad excidium usque templi.

III. Herodes igitur cum filiis, ultimi sceptrum Judaicum tenuerunt; *Regni Iudaici in illo*
Regesque in Iuda verius, quam de Iuda fuerunt; regni Davidici usurpatores, in quod nullum illis jus competeat; ita ut jam nutaret Iudæorum *interitus.*
corona, quæ olim in Regibus Davidicis concussa; in Asmonæis graviter labefactata; denique in Herodis familia magis etiam quatienda, ruinam minitabatur; triplici illa comminatione, ut quidem multis visum, quasi penitus subruta; Ezech. 21:26, 27. *Auferendo auferam cidarim, & tollendo tollam coronam. Hæc ea non est. Quæ humiliata est, exaltando exaltabo, & altum humiliando humiliabo. Corruptum, corruptum, corruptum ponam illam (etiam hæc nihil extitit) donec veniat, cujus est jñdici-um & dem illud.*

Et post-
modum
sacerdotii.

IV. Vergebat simul ad interitum Pontificatus, corrupta nimium successione. Hyrcanum autem secuti sunt Pontifices; Ananelus; Jesus Phabetis filius; Simon Boëthi filius, Herodis focer; Matthias Theophili filius; Ioazarus, Simonis Boëthi filius, Herodis uxoris frater; Eleazarus, Ioazari frater; Iesus filius Sic; Ioazarus iterum Pontifex; Ananus, filius Seth, Annas in Euangelis dictus; Ismaëlus Phabi filius; Eleazarus Anani filius; Simon Camithi filius; Iosephus, dictus etiam Cajaphas, Anani feu Annæ gener; de quo utroque Lucas in Euang. cap. 3: 2. *Sub Pontificibus maximis Anna & Cajepha factum est verbum Domini ad Johannem Zachariæ filium in deserto.* Sub hujus Cajaphæ Pontificatu passus est Christus.


Iudæa sub
adventum
Messie
conspicius.

V. Atque ita summam fuerunt periodi Ecclesiæ post captivitatem Babylonicam usque ad Christum. Restat nunc ut faciem illius in hoc temporis articulo, appetente Messia, diligentius contemplemur, ut quam invenerit Ecclesiam, & in quæ tempora inciderit Messias, cognoscamus; quæ omnia tum quoad Iudæorum politiam, tum quoad Ecclesiæ statum, quam brevissime fieri poterit, pertractabimus.

quoad po-
litiam

VI. Politiam igitur quod attinet; elucebat undique divina benedictio, qua Deus populum hunc in captivitate Babylonica adeo concisum & diminutum, infinite adauxerat, ut multo numerosior esset sub templo secundo, quam unquam sub primo fuisset; quum Iudæam non solum, integram magis ac ante tenerent; verum & colonias per univèrsam Asiam Africamque, nec non magnam Europæ partem dispersissent; quibus accedebat ingens profelytarum numerus. Act. 2: 5, 9, 10, 11. Quod beneficium hoc ferme tempore præstandum, jam à multis seculis prædictum erat à Mose, Deut. 30: 5. *Et adducet te Jehova Deus tuus ad terram, quam hereditaverant patres tui, & hereditabitis illam, & bene tibi faciet, & multiplicabit te (vel majorem te faciet) præ patribus tuis.* Hosea, cap. 1: 10. *Et fiet numerus filiorum Israel ut arena maris, qua non mensuratur; nedum ut numeretur; & fiet, loco ejus, quod dicebatur ipsis, non populus meus estis vos, dicetur illis; filii Dei vivi.* & Zachariæ cap. 2: 4. *Pagis habitabitur Hierosolyma, præ multitudine hominum & animalium in medio ejus.*

VII. Præter innumeræ multitudinis, maxima etiam potentia accessio facta erat. Nam 1. Synedrium nunc majori pollebat auctoritate, ac unquam Regum tempore; & Iudæi omnes uni nunc suberant senatui, sive in tetra, sive extra eam habitarent. Deut. 30: 3. Ezech. 37: 16, 17, 21, 22.





2. Potentiam hanc non parum augebat, quod per omnium populorum dispersiones Synagogas suas haberent, quæ, ut & universæ illæ Iudæorum coloniæ, à templo & senatu Ierosolymitano, tanquam à sede religionis & imperii dependebant. Ita Saulus petiit a Pontifice maximo epistolas perferendas *Damascum ad Synagogas: ut si quos invenisset huius sectæ tum viros, tum mulieres, viuctos abduceret Hierosolymam.* Act. 9: 2. conf. c. 28: 21. 3. Vicinarum gentium plurimas armis subegerant, ut Pales-tinam universam Phœniciamque possiderent, & Syriæ partem: ex vaticinio Michæ c. 4: 13. *Surge & tritura, filia Sion. Nam cornu tuum faciam ferreum, & ungulas tuas faciam aneas & comminues populos multos, & devovebo Fehovæ questum ipsorum, & opulentiam illorum Domino totius terre.* & Zachariæ c. 12: 6. *Illo die ponam duces Iudæ ut foculum ignis in lignis, & ut flammam ignis in manipulo, & comedent ad dextram & ad sinistram omnes gentes circumquaque: & habitabit porro Hierosolyma in loco suo in Hierosolyma.* & c. 9: 7. *Et superstitabit etiam ille Deo nostro, & erit ut dux familiæ in Iudæa, & Accaron, ut Fehuseus.* Non solum sub potestatem, verum etiam in religionem adactis speciatim Idumæis. Quod superius vidimus. 4. Insuper innexi erant fœderibus & amicitia florentissimorum populorum & Principum; à quibus etiam donaria, anathematis in templo suspendendis & sacrificiis faciendis, mittebantur. De quibus fœderibus, singulariter Romanorum, prædictum fuerat Dan. 9: 27. *Et faciet prævalere fœdus propter multos septimana una.* & Zach. 11: 10. *Et accipi virgam meam, clementiam, & incidi illam, ad irritum faciendum fœdus meum, quod pepigeram cum omnibus populis.* 5. Accedebat, quod pleraque gentium imperia essent pessum data, totumque orbem complanasset populus Romanus, Esai. 40: 4. Quæ erant signa illa temporum ostendentia tempus salutis adventare. Vid. Dan. 2: 44. Zach. 6: 7.

VIII. Felicitatem hanc interturbabat miserrime regnantium, præcipue posteriorum, aperta fatis ad mores ritusque Græcicos defectio, eorumque discordia, per quam intus labefactata Respublica, exterorum præda fiebat, & tandem alienæ dominationis mancipium; quo modo ita ex Hyrcani & Aristobuli rixis Pompejo accessus datus, qui Ierosolymam, totamque Iudæam Romanis primus vectigalem reddidit; usque dum post mortem Herodis, pulsoque Archelao, in provinciæ formam redacta est & Syriæ attributa; secundum vaticinium Esai. 7: 8.

IX. Ex hoc diverso Reipublicæ statu facile dignoscenda est Ecclesiæ & Ec-clesiæ; quæ bonis non paucis gavisa; malis etiam plurimis infestabatur. *Ec-clesiæ.*

Laudabile quidem erat. 1. Quod post Babylonicam captivitatem se ipsos religiose ab omni idololatria abstinuissent; edocti majorum exemplis, qui hujus peccati tam acerbas luerant pœnas. 2. Plena fruebantur *αυτονομία*, præcipuè Ecclesiastica, in quibus Synedrii summa erat libertas; ut dictum est. 3. Splendorem non exiguum iis conciliabant Iudæi quaquaversum dispersi, qui sacrorum communionem, solemniter in festis Hierosolymam proficiscendo observabant & testabantur; quemadmodum & Hierosolymæ omnium gentium profelytos in Synagogis erudiebant, qui mox ipsi populares suos eruditori erant. 4. Accedebat hisce tandem S. Scripturæ in linguam Græcam translatio, passim Judæis Græcis, præcipuè Ægyptiis, usitata; ex quibus summus Ecclesiæ Judaicæ splendor hoc tempore insigniter elucescit.

X. Nitorem hunc obsuscabant cum tenebræ, tum insuper maculæ, ex paribus, si non majoribus vitiis, illitæ: quando 1. miracula cessabant; quæ in liberatione Danielis è fovea leonum, Dan. 6. expirarunt. 2. Post exoleta miracula, donum prophetiæ quoque jam defecerat in Ecclesia: ut post Malachiam, Prophetarum ultimum, omni oraculo & revelatione caruerint; si eximas vocem illam cœlestem *בת קול* / *filia vocis* ipsis dictam; de qua tamen ambiguum valde habetur, an non ex Diaboli artibus & Magistrorum fraudibus Magicis fuerit profecta. Adempta igitur cum miraculis erant prophetiæ dona, ut defectis hisce Ecclesiæ fulcris, eo acrius & vehementius expeteretur & flagitaretur Messias; qui sub quarta Romanorum Monarchia utrumque instauraturus erat: cui etiam eventus respondit. Ex quo tempore, post obsignatum N. Test. Ecclesia Judaica miraculis omnibus & Prophetiæ donis plane caruit. Quod quidem eorum miseriam & exilium, præ omnibus V. T. calamitatibus immani pondere aggravat.

XI. 3. Ipsum sacerdotii munus, unicum post ablatum regni privilegium, miracula & prophetiam, reliquum factum, miris modis intervertebatur, & contaminabatur ab hominibus perditissimis, ut avaritiæ aucupium & sceleribus spoliū quasi opimum esset; donec tandem plane abolitum fuerit. 4. Nec aliter comparatum erat, cum illorum temporum doctoribus; quos inter licet egregie multi excelluerint, acerrimis tamen contentionibus & rixis turbabant omnia: celebres ita fuerunt Hillelis & Schammai lites severissime vexatæ, nec unquam componendæ. Præterea cum illis temporibus eristica philosophia inanibus stipata vitilitigationibus à Græcis in lucem produceretur, eamque florentia Macedonum arma longe

longe lateque per orientem dispergerent, illam etiam imbiberunt Iudæorum Doctores: quæ sensim in Ecclesiam introducta, non solum in magnas lites & contentiones, sed & in purioris doctrinæ perniciem cessit. Cui accessit, quod Doctores hi in vero legis & prophetarum sensu eruendo, talis magis cæcutiebant, corruptentes & scedantes omnia glossis suis & traditionibus humanis; ut proscripta Patrum *κατηχίσεις* de Messia & Regno cælorum, in ejus locum successerit lutulenta Scribarum *κατήχησις*: prout prædictum erat Ier. 8: 8, 10. *Quomodo dicitis? sapientes nos & Lex Jehovæ nobiscum; Ecce legem in mendacium convertit stilus falsarius Scribarum — a minimo ad maximum omnes lucripetæ sunt, à Propheta ad Sacerdotem usque, omnes faciunt mendacium.* & Mal. 2: 1-8. *Nunc igitur ad vos est præceptum hoc, ô Sacerdotes &c. — Sed vos discessistis à via & multos fecistis impingere in lege. Corruptistis fœdus Levi, dixit Jehova, Deus exercituum.* & c. 3: 2, 3. *Et purificabit filios Levi, & fundet illos ut aurum & ut argentum.* Vide & Matth. 5. & 15: 3. *Quare vos Scribæ & Pharisei transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram? & Luc. 11: 52. Væ vobis Phariseis, qui decimatis mentham & rutam, & quodvis olus, sed præteritis iudicium & charitatem Dei.*

XII. 5. Deploratissima & miserrima ex his omnibus plebis erat conditio. Illa enim cum gentibus mixta non solum linguæ sanctæ magna ex parte oblita est, illiusque usu excidit: unde in summam Legis divinæ ignorantiam adducta est; sed & præterea adempta fuit illi *clavis scientiæ à Scribis.* Luc. 11: 52. id est, catechismus Patrum de Messia ejusque regno: ut tenebris plusquam cimмериis & crassissimæ ignorantiae omnia essent involuta, ipsis Phariseis testibus: *Sed turba hæc, qui non norunt legem, maledicti sunt.* Joh. 7: 49. quam comitabantur mores flagitiosissimi & summa scelerum licentia, ut peccatorum quasi diluvio inundaretur terra. Atque ejusmodi rerum statum, quoad Doctorem perverfitatem & malitiam; plebis vero ignorantiam & impietatem, futurum, adventante Messia, ipsi Judæi tradiderunt; quin & in Thalmude, speciatim in tractatu Sanhedrim, vivis coloribus delinearunt.


XIII. Ex hisce omnibus non mirum est, natum esse universalem à doctrina veritateque Mosaiçâ defectum & apostasiam. Cum enim primum illius caput in Scripturæ sacræ *ἀνταρχεία* esset, quod principium omnium aliorum basis erat & fundamentum; illud primo loco irritum factum est per seniorum traditiones; ex quibus primo lites sectæque, & deinceps lex oralis, nata; inde innumera fragmenta in cultum & reli-


*Universa-
lis & fina-
lis Ecclesiæ
Iudaicæ
apostasiam.*


gionem illata sunt, ipsum denique verbum Dei emasculatum est, verusque illius sensus & interpretatio adulterata & constuprata. Inde ad secundum fundamenti, quod constabat gratuita peccatoris coram Deo, Messiae promissi meritis ac fide, justificatione, concussione itum est. Propria enim fiducia inflati, externorumque privilegiorum opinione & ceremoniarum inani pompa infatuati, externis operibus & observationibus sui coram Deo justificationem, peccatorum autem expiationem partim legalibus sacrificiis, partim propriis meritis & perpeffionibus, adde & confessionibus, palam assignarunt: spiritualem Messiae redemptionem neque curantes, neque expectantes. Et ita ceremonias depereuntes, tantum abest ut tertium Theologiae Mosaicae caput agnoscerent, ut literae jam servi facti, nulli veritati se magis infensos praebuerint: ut non aliam magis ob causam, quam quod finem antiquis illis ritibus impositurum suspicarentur, ipsum Messiam morte crudelissima sustulerint. Haec vero eorum defectiones commitata est morum extrema corruptio. Reiecta enim veritatis caelestis, quae sola sanctificare potest, efficacia, totus populus in scelus omne projectissimus & flagitiis perditissimus, ultimam sibi acceleravit ruinam. Ita ergo Ecclesia Iudaica à captivitate Babylonica tam insigniter instaurata, & durante ministerio prophetico in puritate sua mediocriter conservata, illo sublato, in horrendam & finalem illam apostasiam lapsa est; qua tota illius moles in ruinam cecidit.

Qua extrema voce Messiam requirebat.

XIV. Tam tristis, tam desperata erat politica & Ecclesiae Iudaicae facies, tantaque necessitas; quae extrema omnia, secundum prophetarum vaticinia, tantum non conviciis clamabant; & una voce Messiam requirebant. Collapso enim regno; ablata prophetia; deficientibus miraculis; profanato sacerdotio; corrupta lege, doctoribus & populo in varias sectas factionesque scissis; regnante ignorantia; grassante impietate & malitia, verum justumque erat tempus; summaque vis & necessitas, ut appareret ille, de quo dicendum erat; *Jehova est Rex noster, Jehova est Legislato noster, Jehova est Rex noster, ipse servabit nos.* Esai. 33: 22. A quo Tabernaculum Davidis excitandum iterum instaurandumque erat. *Illo die erigam tugurium Davidis jacens, & sepiam rupturas illorum (regnum) & destructa ipsius (Davidis) suscitabo, & edificabo illud (tugurium) ut diebus seculi: ut hereditent reliquias Edomi, & omnium gentium, super quibus nuncupatum fuerit nomen meum; ait Jehovah, faciens hoc.* Amos. 9: 11, 12. coll. Act. 15: 16, 17. Unde etiam, cum Malachias propheticum agmen clausisset & adventum Angeli Foederis proxime







P
3
41
100
170
178
208
246
250
244
261
263
280
293
297
300
353
357
363
376

mè instare declarasset, Mofique interim populum attendere, & pauca signa reliqua adventum ejus præcessura observare, imprimis vero Messiaæ prodromum, quem *Eliam & Angelum Jehovæ* vocat, c. 3. & 4. audire jussisset; populus in spe propinqui adventus Christi constitutus est: qui licet tum videretur *tergiversari*, Hab. 2: 3. attamen præ foribus erat; unde debebant *eum præstolari, quia veniendo veniet, & non post tempus veniet.*

F I N I S.

Errata graviora emendanda.

Pag.	lin.		Lege
4.	1.	Act. 26: 15.	Act. 26: 5.
8.	17.	erat	errat
39.	12.	Psal. 15.	Psal. 151.
		ult. quod adde: juxta quosdam.	
41.	6. à f.	2. Chron. 36: 18.	2. Chron. 36: 21.
106.	13. à f.	Exod. 35: 20. 23.	Exod. 33: 20, 23.
170.	7. à f.	<i>matris sue</i> adde: Prov. 4: 3.	
178.	8. à f.	post <i>vobis</i> adde: Ioh. 16: 14.	
208.	11. à f.	aliique	aliique
246.	6. à f.	post 22: 14. pone quod est l. 7. à f. <i>multi vocati</i> &c.	
250.	14.	post <i>redemptionis</i> adde: c. 4: 30.	
	2. à f.	22, 33.	22, 23.
254.	9.	<i>indurat.</i> adde: v. 18.	
261.	6. à f.	immobile	inamabile
263.	14.	cursum	cusum.
280.	in margine l. ult.	post <i>Epicureorum de</i> adde: <i>mundis simul pluribus</i>	
293.	21.	<i>Christi</i> adde: 2. Cor. 4: 6.	
297.	11.	semel	simul
	18.	usus	vifus
300.	5.	confulti	confulti
353.	17.	2. Sam. 16: 20.	2. Sam. 14: 17.
357.	3. à f.	solum	potissimum
373.	15.	post <i>lex ad ipsos</i> adde: Deut. 33: 2.	
376.	5.	infernalis	infernæ

Pag.	lin.		Lege
	6.	in modo	in medio
394.	17.	I. Cor. 15: 49.	I. Cor. 15: 45.
396.		1. post Servatoris adde: Luc. 17: 10.	
405.	9.	ibid. Cananæa	Cananæa
423.	10. à f.	incommunicabiliter	incommunicabiliter
426.	1.	non cadat	cadat
438.	19.	ille	illo
439.	in margine	<i>exprobat</i>	<i>exprobrat</i>
441.	12.	Ecclef. 44: 7.	Ecclef. 4: 17.
445.	13.	<i>gradatum</i>	<i>grabatum</i>
447.	19.	<i>vel</i>	vel
449.	13. à f.	abfimilis	abfimiles
468.	ult.	<i>obedientia</i>	<i>inobedientia</i>
471.	13. à f.	foederis gratiæ	foederis operum.
480.	5.	Hebr. 2: 10. redundat.	
484.	11.	legis	leges
487.	21.	cruorum	cruorem
489.	20.	volens	<i>volentem</i>
498.	9. à f.	<i>promissionis</i>	<i>promissionibus</i>
513.	13.	Mesopotaniam	Mesopotamiam:
518.	5.	Gal. 1: 17.	Gal. 3: 17.
522.	9.	Moses.	Mosen.
526.	15.	partes	Patres
540.	11.	Hebr. 11: 19	Hebr. 11: 18.
	10.	dele conf. & l. 11. post <i>Deus</i>	scribe: conf. v. 35.
541.	ult.	em, ni	enim
548.	7. à f.	montanea	momentanea
552.	7.	finum	suum
553.	19.	Act. 21: 2.	Act. 21: 9.
558.	17.	<i>Israelem</i>	<i>Ismaelem</i>
559.	3.	I. Cor. 7: 10.	I. Cor. 7: 14.
563.	ult.	c. 3: 3.	c. 5: 3.
610.	20.	<i>carnibus</i>	<i>cornibus</i>
632.	5.	<i>holocausta</i> , adde: alia <i>pro peccato & reatu</i> ;	
656.	12. à f.	מֵרַחֵם	מֵרַחֵם
639.	9.	de meritum	demeritum
698.	10.	regio,	regia,

Cæterarum macularum quæ aut leviores sunt, aut, si graviore, propterantes oculos nostros effugerunt, veniam dabit candidus Lector.

FRANCISCI BURMANNI

S. Theol. Doctoris & Professoris

SYNOPSEOS THEOLOGIÆ,

& speciatim Oeconomix

F O E D E R U M D E I,

ab initio sæculorum usque ad eorum consummationem,

T O M U S P O S T E R I O R,

complectens Oeconomiam

N O V I F O E D E R I S.

C U I A C C E S S I T

Consilium de studio Theologico feliciter instituendo.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud CORNELIUM JACOBI NOENARDUM, Bibliopol.

C I O I O C L X X I I.

Cum Privilegio.



C O N S P E C T U S

Locorum & Capitum

T O M I P O S T E R I O R I S

SYNOPSEOS THEOLOGIÆ,

& Speciatim

Oeconomix Fœderum Dei.

LIBER QUINTUS.

De Messia, ejusque persona & statu.

LOCUS XXXI. DE TESTAMENTO NOVO.

CAPUT

I.	D <i>Enatura Testamenti Novi.</i>	Pag. I.
II.	<i>De bonis Novi Testamenti.</i>	4.
III.	<i>De Novi Testamenti initio.</i>	10.

LOCUS XXXII. DE ADVENTU MESSIÆ,
JESU NAZARENI.

IV.	<i>De Prodromo Messia, Johanne Baptista.</i>	12.
V.	<i>De Adventu Messia.</i>	15.
VI.	<i>De Jesu Nazareno, Messia.</i>	19.
VII.	<i>De Judæorum in hoc capite erroribus.</i>	22.

LOCUS XXXIII. DE CHRISTI PERSONA
& INCARNATIONE.

VIII.	<i>De Persona & naturis Christi.</i>	25.
IX.	<i>De Incarnatione, conceptione & natiuitate Christi.</i>	37.

Locus XXXIV. DE VITA & OFFICIIS CHRISTI.

X.	<i>De vita Christi privata.</i>	44.
XI.	<i>De initiatione & unctione Christi.</i>	49.
XII.	<i>De munere Christi Prophetico.</i>	52.
XIII.	<i>De miraculis Christi.</i>	64.
XIV.	<i>De munere Christi sacerdotali.</i>	69.
XV.	<i>De munere Christi Regio.</i>	77.
XVI.	<i>De Christi obedientia.</i>	84.

Locus XXXV. DE HUMILIATIONE CHRISTI.

XVII.	<i>De Christi Passionibus.</i>	87.
XVIII.	<i>De morte Christi.</i>	93.
XIX.	<i>De Satisfactione & fructibus mortis Christi.</i>	97.
XX.	<i>De obiecto mortis Christi, sive pro quibus Christus mortuus sit.</i>	116.
XXI.	<i>De sepultura & descensu Christi ad inferos.</i>	125.

Locus XXXVI. DE EXALTATIONE CHRISTI, &
QUÆ EAM CONSECUA SUNT.

XXII.	<i>De statu exaltationis & resurrectione Christi.</i>	130.
XXIII.	<i>De Ascensione Christi.</i>	137.
XXIV.	<i>De sessione Christi ad dexteram Patris.</i>	142.
XXV.	<i>De Evangelio.</i>	147.
XXVI.	<i>De vocatione Gentium.</i>	150.
XXVII.	<i>De Iudiciis in Judæos.</i>	154.

LIBER SEXTUS.

De Beneficiis Christi.

Locus XXXVII. DE PRIMIS BENEFICIIS CHRISTI.

I.	D E Gratia Christi.	161.
II.	<i>De vocatione ad salutem.</i>	173.
III.	<i>De</i>	

CAPUT	Pag.
III. <i>De Regeneratione.</i>	179.
IV. <i>De FIDE.</i>	182.

LOCUS XXXVIII. DE PROGRESSU BENEFICIORUM CHRISTI,
IN JUSTIFICATIONE, EIQUE ANNEXIS BENEFICIIS.

V. <i>De Justificatione.</i>	194.
VI. <i>De Adoptione & libertate Christiana.</i>	218.

LOCUS XXXIX. DE BENEFICIIS CHRISTI INTERNIS,
SANCTIFICATIONE, ALIISQUE EI CONNEXIS.

VII. <i>De Sanctificatione.</i>	226.
VIII. <i>De bonis operibus, eorumque necessitate & merito.</i>	235.
IX. <i>De Respicientia.</i>	246.

LOCUS XL. DE CONSUMMATIONE BENEFICIORUM CHRISTI.

X. <i>De Glorificatione hujus vite: ubi de perseverantia sanctorum, & certitudine salutis.</i>	266.
XI. <i>De morte, & statu hominis post eam.</i>	276.

LIBER SEPTIMUS.

De Verbo & Sacramentis N. T.

LOCUS XLI. DE REVELATIONE, & VERBO SUB
OECONOMIA N. FOEDERIS.

I. D <i>E verbo Dei sub N.F. hominumque circa illud laboribus.</i>	294.
II. <i>De Symbolis & Confessionibus.</i>	307.
III. <i>De Fundamento & articulis fundamentalibus.</i>	308.

LOCUS XLII.

IV. <i>De Sacramentis in genere.</i>	317.
V. <i>De</i>	V. De

- V. *De Sacramentis Vet. & N. Fæd. in genere; eorumque convenientia & discrimine.* 327.

LOCUS XLIII. DE BAPTISMO.

- VI. *De Baptismi institutione.* 332.
 VII. *De Baptismi administratione.* 338.
 VIII. *De re significata Baptismi.* 349.
 IX. *De Baptismi adjunctis.* 353.

LOCUS XLIV. DE S. COENA, ALIISQUE RITIBUS.

- X. *De S. Cœna nominibus, personis, symbolis ritibusque externis.* 360.
 XI. *De re significata S. Cœna.* 378.
 XII. *De effectis Eucharistiæ, unione cum Christo, & manducatione corporis ejus.* 383.
 XIII. *De presentia corporis Christi in S. Cœna.* 390.
 XIV. *De Transubstantiatione & Consubstantiatione.* 393.
 XV. *De Missa.* 403.
 XVI. *De Sacramentis supernumerariis.* 415.
 XVII. *De reliquis cultus N.F. ritibus.* 421.

LIBER OCTAVUS.

De Ecclesia N. F. ejusque statu & fine.

LOCUS XLV. DE ECCLESIA N. F.

- I. **D**E Ecclesiæ N. F. nomine, natura & attributis. 427.
 II. **D**E Ecclesiæ Notis. 438.

LOCUS XLVI. DE REGIMINE & DISCIPLINA ECCLESIAE.

- III. *De Capite Ecclesiæ.* 442.
 IV. *De legibus Ecclesiasticis.* 446.
 V. *De disciplina Ecclesiastica.* 450.
 Locus

LOCUS XLVII. DE MINISTRIS ECCLESIAE N. F.

- | | |
|---|------|
| VI. <i>De Ministris N. F. extraordinariis.</i> | 468. |
| VII. <i>De Ministris N. F. ordinariis.</i> | 476. |
| VIII. <i>De Ecclesiarum unione, earumque conciliis & synodis.</i> | 493. |

LOCUS XLVIII. DE MAGISTRATU.

- | | |
|--|------|
| IX. <i>De Magistratu, ejusque jure & munere circa civilia.</i> | 503. |
| X. <i>De jure & munere Magistratus circa Sacra.</i> | 515. |

LOCUS XLIX. DE CORRUPTA ECCLESIA N. F.

- | | |
|--|------|
| XI. <i>De corrupta doctrina sub Novo Fœdere.</i> | 527. |
| XII. <i>De corrupta regiminis forma sub N. Fœdere.</i> | 531. |
| XIII. <i>De Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis & Cardinalibus.</i> | 536. |

LOCUS L. DE PAPA & ANTICHRISTO.

- | | |
|--|------|
| XIV. <i>De Papa, ejusque profectione.</i> | 542. |
| XV. <i>De Regimine Ecclesie Monarchico.</i> | 549. |
| XVI. <i>De Monarchia & vicariatu Christi Petro Apostolo commissis.</i> | 553. |
| XVII. <i>De successione Pontificum Romanorum in Monarchiam Petri.</i> | 564. |
| XVIII. <i>De Anti-Christo.</i> | 573. |
| XIX. <i>De duplici Bestia, & Ecclesie cum illa commixtione.</i> | 589. |

LOCUS LI. DE ABOLITIONE ANTI-CHRISTI &
ULTIMIS TEMPORIBUS.

- | | |
|---|------|
| XX. <i>De liberatione Ecclesie ab Anti-Christo & Reformatione illius.</i> | 593. |
| XXI. <i>De regno Ecclesie & ultimis temporibus.</i> | 601. |

Locus

Locus LII. DE NOVISSIMIS.

XXII. <i>De resurrectione mortuorum.</i>	606.
XXIII. <i>De iudicio extremo.</i>	618.
XXIV. <i>De consummatione seculi.</i>	627.
XXV. <i>De vita & morte aeterna.</i>	632.

CONSILIUM DE STUDIO THEOLOGICO FELICITER
INSTITUENDO.

I. D E apparatus ad studium Theologicum.	653.
II. D E ipso studio Theologico.	663.
III. <i>De studii Theologici usu & exercitio.</i>	671.



*Celeberrimi, Pietate ac Doctrina insigni
conspicui V I R I*

D. FRANCISCI BURMANNI

*Synopses Theologiae & Oeconomiae Fæderum
Dei partem alteram.*



Hæ triste seclum ! vulnus hæ-
ret vulneri.

Cælo, solo, faloque pressa,
candida

Pax exul errat flebilesque fert notas.

Cunctis verendum Numen, in scelus
ruens

Hominum genus severiore pollice

Flagellat : atra nox furoris imminet.

Concussa tellus spirat horrendam necem,

Altasque turres & domos *Mars* obterit,

Solum quevertit ense, quod verti solet

Vomere. Novas Bellona mortis invenit

Et mille formas : sexus imbellis cadit

Dulcisque proles militis manu impia.

Fames habendi sacra rumpit foedera :
Horrenda Classis turbido mari incubat,
Fususque transtris miles armatus fremit,
Rabieque mutua ferox in viscera
Fraterna saevit : prora proræ jungitur,
Innoxiumque sanguinem Pontus bibit.
Enorme cuncto caruit exemplo nefas.
Sed fontica non hoc caret culpa malum.
Hæc una. Cælum fecimus satis nocens,
Dum innoxias & lacteas sententias
Atro cruore sæpius transcribimus
Fratremque frater obruit calumniis.
Morosus hic, severiorisque ingeni
Emunctioris judicat sapientiæ
Laciniam vetustiore quod sapit.
Si quid recentius labore masculino
Quis invenit, novitatis id totum arguit ;
Ipse novus & cerebri miser miserrimi
Servus, pilos plicasque inanes venditans.
Lascivientioris hic genii ferax
Corrugat ad cunctum vetus nares suas :
Præco supercillii sui levissimus.
Quis ille mos ? sectanda sola veritas,
Libranda res fuerit vetus, fuerit nova.

Hoc te stupenda dextra BURMANNI
docet,

Qui masculam, lector! cupis scientiam,
Non illius chartis inerrant squallidæ
Levesque curæ; non vides voces scabras,
Ut qui ostiatim petere buccas ambiunt.
Non hic leges opiniones mucidas,
Non hic leges subtilitates rancidas,
Non hic leges distinctiones fordidas,
Non hic leges antiquitates barbaras,
Non hic novos & noxios sensus vides,
Pietatis emptæ fronte vanas Nænias,
Inutilem rerum omnium farraginem.
(Qui ubique civis esse vult, hospes do-
mi est.)

Miraberis rerum momenta ac pondera;
Pectus profundum, quod sinu docto
tenet,

Quicquid perennis veritas habet uspiam
Sacris reclusum paginis; miraberis
Vigens acumen, quod serenum aspicit
Mutos magistros, & suo nixum pede
Ineptias calumniantis seculi

Trucesque vultus ridet. Hoc illi novum,
Illi vetus, quod lance mens recta integra
Livoris expers librat & trutinat bene.
Felix juventa, *Antiqua mater urbium!*
Felix juventa, quæ a labris pendet Viri
Deumque rite discit! Hunc virum cole;
Accede supplex; fata ut ipsi prorogent
Annos, labores sospitent, mecum roga.

Sic vovet ex animo

B. T. E. A.

Ad eundem.

V *Ergit ad extremum semper natura laborem;*
Et magis huc vergit gratia sancta Dei.
Sic, BURMANNE, pios, doctos, cæptosque labores
Ingenio magno perficis, arte bona.
Ad metam properas, Numen cæleste secundet!
Quod tibi sic Scriptor mente manumque vovet.

Collegæ venerando posuit

PETRUS MONTANUS.

SYN-



S Y N O P S I S
 T H E O L O G I Æ,
 E T S P E C I A T I M

Oeconomiam Fœderum Dei.

L I B E R V.

De Messia, ejusque persona & statu.


LOCUS TRIGESIMUS PRIMUS

D E

TESTAMENTO NOVO.

C A P U T, I.

De natura Testamenti Novi.

I.  Tque hactenus Ecclesiam infantiam & adolescentiam, tar- Fœdus gra-
tia sub V.
 dosque ejus auctus & incrementa vidimus, utque illa diu
 circa matrem suam luctata, ac Cananæ finibus conclusa
 fuerit; in quâ, difficili ministerio exercita, terrenæ istius T. excipit
ejus œcono-
mia sub
 hæreditatis pignus tractare, & templi umbris ac figuris sese oblectare, ac N. T.
 A veluti

veluti per cancellos ejus, Salvatorem suum de longinquo tantum prospicere necesse habuit. Nunc vero clarior & illustrior rerum facies aperitur; & fatis sese paulatim explicantibus, quicquid illa in occulto haecenus struxerant, in apertum producitur; & salutis humanæ opus dignissimo maximeque decoro Deo modo absolvitur. Estque hoc Ecclesiæ tempus longè beatissimum; quo illi Servatorem suum coram intueri ac amplecti, cunctaque quæ hæctenus obscura ac velata fuerant, in puro liquidoque die pervidere datum fuit; postquam per adventum Messię discussæ nebulæ, remotæ umbræ, & quicquid ex veteri nocte reliquum erat, inducta luce & serenitate deletum est.

II. Cujus gratiæ tempora tractaturi, omnemque ejus ordinem ac ambitum breviter perlustraturi, quædam in ipso limine I. de Novi Testamenti naturâ; 2. bonis; 3. ejus initio primisque auspiciis prælibabimus.

*Quam
Scriptura
respiciens,
duplex me-
morat tem-
pus:*


III. Diversa dari Ecclesiæ tempora Apostolus manifesto innuit, cum Eph. 1: 10. τῆς εἰκονομίας ἧ ἀληθινῶν καίρων meminit. Fuit enim tempus *precedens τὴν θεοθεσίαν, statutum tempus*, Hab. 2:3. quod tempus severitatis, ac jugi, & cærimoniarum erat: ac tempus quod illud consecutum est, quod Scriptura appellat *seculum & mundum futurum*, Hebr. 1: 6. & 2: 5. tempus videl. libertatis & gratiæ, ac beatum Nov. Test. sæculum.


*ac proinde
duplicem
œconomi-
am.*

IV. Juxta quæ tempora diversa quoque Ecclesiæ fata fuere, ac diversum ejus regimen & œconomia. Ad *prins* tempus pertinet *spes & expectatio* Messię. Unde fideles ejus ætatis *προηλπικότες* dicuntur, *qui ante speraverant*, Eph. 1: 12. conf. Act. 2: 6, 7. *Et nunc de spe promissionis, a Deo factæ ad patres, sto judicandus; ad quam duodecim tribus nostræ — sperant pervenire.* Ad *secundum*, *fides & gaudium* de Christo revelato. *Antequam autem venisset fides, sub lege custodiebamur conclusi in fidem, quæ futurum erat ut revelaretur.* Gal. 3: 23. Quæ est œconomia Nov. T. de quâ nunc agendum.

*Quarum
posterior
vertinet ad
TESTA-
MENTUM
NOVUM.
quod de-
scribitur.*

V. Dicit autem *Novum T.* eam consilii Dei partem, quâ, exhibito tandem, ultimis temporibus Christo, interveniente ejus morte, perfectiora ac spiritualia bona Ecclesiæ largiri statuit, justitiam ac libertatem plenam, una cum mundi hæreditate, in hac vita; ac post illam, cœlestis Cananæ possessionem, intemeratam, nulloque terrestri pignore ac jugo velatam. Duplex enim erat Dei propositum de hæreditate Ecclesiæ danda; aut duæ potius ejusdem propositi partes; prout Deus eam vel





in typo, & sub umbris figurisque ostentare, interimque Ecclesiam suam exercere; vel nudam perfectamque exhibere decreverat. Ut latius tomo priore, lib. IV. c. I. explicatum dedimus.

VI. *Novum* appellatur, cum temporis, tum præsertim successione ratione; quod Veteri Test. antiquato, in locum ejus successerit. *In eo, quod dixit Novum, antiquavit primum. Quod autem antiquatur & senescit, prope abolitionem est.* Hebr. 8: 13. Post quod ulteriori innovationi ac tertio testamento, locus nullus est, cum illud morte testatoris obsignatum & immutabile redditum sit: nisi ipsum Dei fœdus inane, & decreta consiliaque ejus fluxa ac vana, & mortem denique Christi irritam ac nullo pretio statuas.

VII. Promittitur hoc Testamentum Jer. 31: 31. *Ecce dies veniunt, ait Jehovah; & pangam cum domo Israël, & cum domo Judæ fœdus Novum.* Quod fœdus cum immutabile sit, & à morte testatoris pendeat, Apostolus, Lxx. imitatus, rectè per *Ἀγιῶν κτλ Testamentum*, vertit.

VIII. Ut autem Veteris Testam. hæreditas victimarum sanguine firmata est; ita cœlestis hæc hæreditas Christi quoque testatoris morte obsignata ac ratificata fuit. *Etiam tu, ô Zion, pro sanguine Test. tui, dimisi vinetos tuos è foveâ, in quâ non est aqua.* Zach. 9: 11. *Ubi enim Testamentum est, mortem necesse est contingere Testatoris.* Hebr. 9: 16, 17. Ut Christus vi Testamenti hujus mortuus sit, tum ut sponzor ac mediator illius, tum etiam ut Testamenti illius auctor ac testator. *Et ego testamento dispono vobis regnum, ut Pater testamento disposuit mihi.* Luc. 22: 29. Unde *testamenti utriusque discrimen elucescit*: cum in priore sacerdotium modo typicum, & vilis pecudum cruor conspiceretur; hic autem ipse testamenti conditor, ejusdem mediator, ipseque sacerdos & victima factus, ac conversus in pretium Deus est. Quo solo sanguine Deus placari poterat. *Qui — per se ipsum purgatione factâ peccatorum nostrorum, confedit ad dextram magnitudinis in alto.* Hebr. 1: 3. *Ad paciscendam Ecclesiam Dei, quam per sanguinem proprium acquisivit.* Act. 20: 28.

IX. Ut autem in omni testamento, præter testatoris consilium, testamenti conditionumque ejus promulgatio, ac promissæ hæreditatis oblatio locum habet: ita quoque testamenti hujus spectanda est, tum *νομοθεσία*, seu *legislatio*; quæ per legem seu mandatum fidei peragitur, quo scripti à Deo hæredes bona testamenti hujus desiderare, & amplecti,

*Ut & inde
enatum
Fœdus.*

plecti, tantamque salutem non negligere jubentur: tum *promissio*, non rerum terrestrium, ut olim, sed spiritualium ac cœlestium, omnisque istius hæreditatis, illis, qui salutis suæ cura ducuntur, atque illa accipere dignantur, facta. quæ promissio existat Jer. 31:31, 32. Hebr. 8.7: Ex qua testamenti *νομοθεσία*, atque adjunctis promissis, illud veluti in *Fœdus* & pactum commutatur, mutuâ stipulatione ac restipulatione firmatum ac immutabile redditum. Cum nec Deus frustra salutem promittere, nec homo in vanum illi promissioni confidere, seque ipsi salvandum dedere possit.

Quæ à Socinianis depravantur.

X. Non tangimus autem hac vice Socinianorum ulcera, quæ jam sæpe nudavimus; quorum theologemata de fœdere ac testamento Dei nihil sani, quodve Deo homineve dignum sit, sapiunt; & merum pus ac venenum sunt. Ex quo fonte universa ipsorum religio corrupta est. Illis enim Testamentum Vetus est fœdus operum legale, nulla vitæ æternæ promissione adjutum; unde ejus in homine ad Deum convertendo imbecillitas: Testamentum autem Novum est idem fœdus, seu lex operum, nova dignitate ac præceptorum sanctimonia veterem legem longè exsuperans, à Christo lata, & cœlestibus promissis firmata, ipsoque sponfore (talem enim solum sponforem agnoscunt, qui divinæ voluntatis interpret & internuntius, fusoque sanguine ejus sponfor sit) roborata; quo cœlesti præmio hominem efficacius duci, atque ita legem, alioqui pro captu ipsorum nimis sublimem, in cordibus ipsorum inscribi autumant. Quo pacto, ut alia omittam, omne Testamentum Dei, omneque ejus consilium de gratiâ faciendâ, quod Scriptura tam sæpe memorat, inane reddunt ac prorsus negant. Cum toto cœlo fœdus tale ac testamentum discrepent.

C A P U T I I.

De bonis Novi Testamenti.


Septem N. I.
T. BONA.





Equuntur secundo loco *bona* & prærogativæ Novi Test. præ veteri, œconomiam illius comitantia, jamque ex parte supra, ubi de Veteris Novique Test. discrimine, à nobis narrata. Sunt autem ea valde insignia, tum justificationem, tum sanctificationem, tum denique consolationem nostram spectantia; partimque ad fidelium *internum*, partim ad *externum* Eccle-


sia

*of. ad socianis
p. 42. 25.*









fiæ statum pertinentia; atque hæc septem potissimum absolvuntur.

II. *Primum* est, *perfecta* cunctisque numeris absoluta *justitia*, quam I. JU-
Messias sanguine suo paravit, Dan. 9:24. cum pro humano genere victi- STITIA
ma factus peccatum totius terræ *uno die*, Zach. 3: 9. h. e. unico sacrificio, *perfecta*,
ἀπαξ, Hebr. 9:28. deletit. ut nihil ex veteri maledictione, ac multiplici
illa iræ specie, nunc supersit, quod fidelium spem atque fidem concutere
possit. Quæ *justitia* & *justificatio* per emphasin ac excellentiori modo
appellatur, ac nunc primum data est. *Ad adducendum justitiam eter-*
nam. Dan. 9:24. *in cognitione sui* יְדִיק' *justificabit justus servus meus*
multos. Esai. 53:11.

III. Consequitur plenam hanc justitiam, atque ex ea ceu fonte proma-
nat *peccatorum ἀφεσις* & *remissio* plenissima, in emphasi ita dicta; sine ul-
la criminatione, ac peccati tanquam necdum expiati *ὀνειδισμῶ* & impro-
perio. Quæ Novi T. temporibus olim promissa (*Nam condonabo pra-*
vitatem eorum, & ipsum peccatum eorum non recordabor amplius. Jer. 31:
34. Heb. 8:12.) ac exhibitæ est. *Ubi autem ἀφεσις remissio horum* peccato-
rum, *non adhuc pro peccato est*, Hebr. 10:18. Veteris enim tempo-
ris potius erat *παρεσις*, & noxarum dissimulatio, ut Apostolus appellat
Rom. 3: 25. *ὁπὸ τὴν παρεσιν propter transmissionem peccatorum ante*
factorum: cum *Lex, umbras solum ac imagines futurorum bonorum ex-*
hibens, cultores suos per sese non posset τελειῶσαι. Hebr. 10:1.

IV. Ac comitatur hanc ἀφεσιν & remissionem conscientiaῖ τελείωσις, *con-*
consummatio, ejusque jam perpurgatæ summa tranquillitas & fiducia: *con-*
cum, deletis jam peccatis omnibus, nihil queri, nihil pavescere, semper *scientia*
autem gaudere ac lætari possit, in sinu Dei posita, ac sanguine Christi in- *CONSUM-*
undata ac lota. *Lex — nunquam potest accedentes τελειῶσαι consummare,* *MATIO.*
Hebr. 10: 1. *una enim oblatione consummavit in perpetuum qui sanctifi-*
cantur. v. 14. *Cum illi sine nobis consummati non fuerint*, Hebr. 11:39, 40.

V. Huc pertinet quoque *tertium* bonum, quod Ecclesiæ nunc datus III. Effusio
sit *Spiritus Christi*. *Et effundam in domum Davidis Spiritum gratiæ &* SPIRITUS
supplicationis. Zach. 12: 10. *Hoc enim dixit de Spiritu, quem accepturi* *adoptionis.*
erant credentes in ipsum. *Nondum enim erat Sp. S. quia Jesus nondum*
glorificatus erat, Joh. 7:39. *Non Spiritus servitutis*, ut olim, quando fi-
deles legis tortoris verbera & flagellum quotidie experiebantur, & illibe-
rali isto ministerio occupati, ac serviliter fere habiti, serviles quoque pro-
pmodum animas gerebant; sed *Spiritus adoptionis*, qui blando ductu
fideles cum fiducia ad Deum tanquam patrem accedere, ipsumque in-

genuo ac liberali cultu propitiare docet. Rom. 8: 15. Gal. 4: 3, 5. *Ita & nos, quum essemus infantes, sub elementa mundi eramus in servitutem subjecti — ut eos, qui sub lege erant, emtos liberaret, ut adoptionem filiorum acciperemus.* Unde *adoptio* antonomasticè ac augustiori titulo N.T. tribuitur. *Ut adoptionem filiorum acciperemus.* Gal. 4: 5. *Sed accepistis Spiritum adoptionis,* Rom. 8: 15. Joh. 1: 12.

27. l. 4. c. 25.
1. 8.
IV. Et inde
INSCRI-
PTIO
LEGIS
in corda
nostra.


VI. A quo spiritu ac divino illius ductu *quarto* major ac perfectior Ecclesiæ istius quoque oritur *sanctitas*. Cum ejus sit *inscribere legem in corda fidelium*, Jer. 31: 33. atque illa veluti scripturam Dei sanctissimis notis perarare: *Qui estis epistola Christi, administrata à nobis, scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis*, 2. Cor. 3: 3. ut Lex jam non in saxo aut lapide tantum extet, & merè litera sit, sed pretiosioribus tabulis, intimisque cordis nostri fibris insculpta, ipsum nostrum animum vivam loquentemque legem faciat.


V. NOMI-
NIS Dei
notificatio.

VII. Sequitur *quintum* bonum, quod magis publicum erat, *Nominis Dei* in Ecclesia, atque hinc in universo mundo, *clara notificatio*: hoc est, virtutum, quæ nomen atque gloriam ejus absolvunt, Exod. 34: 6, 7. uberior manifestatio; quæ non unquam alibi magis, quam in redemptionis opere patuerunt; ubi Deus omnem suam gloriam nudavit, cunctasque sapientiæ, justitiæ, ac misericordiæ suæ divitias ostendit, ac palam exposuit. Unde Christus, cujus adventu ac morte nomen illud Dei præsertim illustratum est, *nomen Dei nobis edidisse ac manifestasse*, Joh. 17: 26. *Patremque* hæctenus mortalibus obscurum, luceque suâ impervium, *edisseruisse* traditur. Joh. 1: 18.

VI. PAX.

VIII. *Sextum* bonum, idemque externum & publicum, est *pax*, non *interna* solum cum Deo, per Christi sanguinem, per quem omnia peccata; cum in Veteri T. magis obtinerent induciæ, nec tam pax foret, quam pæctio: *quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter transmissionem peccatorum ante factorum in tolerantia Dei*, Rom. 3: 25. sed potissimum *externa*, extinctis populorum inimicitis, nulloque amplius Gentium & Judæorum discrimine, quod mundum hæctenus in duas magnas partes, duasque veluti civitates diviserat: *Ipse enim pax nostra, qui fecit utrumque unum, & intergerinum parietem solvit, inimicitiam — ad nihilum redegit; ut duos illos crearet in se in unum novum hominem, faciens pacem.* Eph. 2: 14, 15. Cum Deus nunc sit omnibus idem; unusque omnium dominus; & una fides,





fides, & salus, & Ecclesia sit; gentesque ipsæ post longum repudium in Ecclesiæ sinum rursus receptæ sint: *Non enim est distinctio Judæi & Græci; nam idem est dominus omnium, dives in omnes qui nominant ipsum*, Rom. 1:10; 12. Quæ est illa mundi hereditas, Abrahamo olim promissa. Rom. 4:13.


IX. Sequitur tandem maximum bonum, quodque reliquorum omnium compendium habet, *libertas*. Quæ omnem illam veterem servitutem, omnemque ejus imaginem ac speciem longissime removens, Ecclesiam, per Christi sanguinem manumissam & verè liberam, omni prorsus dominatu, omnibusque dominis, præter Christum solum, liberat, statumque ejus beatissimum reddit. Multiplex enim in Vct. T. erat servitus, saltem quoad statum Ecclesiæ externum, multique domini: cum præter legem, quæ plusquam maritali imperio peccatorem urgebat, ac terreat, etiam homines, accepta ab ea potestate, tanquam veteris sæculi principes ac dii, in gregem Domini, non sine injuria sæpe, dominarentur; quorum disciplinam Ecclesia perferre, subque ferulâ eorum gemere debebat. Quæ cuncta veteris servitii mala nunc amota, soliumque deastrorum illorum eversum, Lexque ipsa pædagogico throno cedere, ac gratiæ potius subservire jussa est.

VII. LE-
BERTAS,

X. Ita ut nunc omnimoda obtineat libertas. 1. Libertas videl. à *su- à varia* perbo *Legis* dominatu, sævisque jussis, quibus peccatorem terreat, & *serviute*. quotidianis diris exagitabat, ac tantum non enecabat. *Nam viro subje- cta mulier, viventi viro devincta est per legem: quod si mortuus fuerit vir, liberata est à lege viri* — Itaque fratres mei, vos quoque mortificati estis legi in corpore Christi — Nunc autem liberati sumus à Lege &c. Rom. 7: 2, 4, 6. 2. Inde etiam ab ista mundi servitute, ac primis infantilis Ecclesiæ *elementis* liberati sumus, Gal. 4: 3, 9. *Dicit ei Jesus, mulier, crede mihi, quod veniat hora, quum neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem*. Joh. 4:21. 3. Libertas ab infinito illo & inexplicabili *Cæremoniarum* jugo & onere; quod non tam multitudine, quam tristi ac scævo significato ac usu suo, Ecclesiam premebat. *Jugum* — quod nec Patres nostri, nec nos potuimus ferre, Act. 15: 10. Conf. Col. 2: 14. Gal. 3: 25. 4. Hinc quoque liberi sumus à *timore mor- tis*, cui olim obnoxii debebant fideles, juxta Hebr. 2: 15. *Ut liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti*. conf. 10: 28. *Infringens quis legem Moïsis, sine commiseratione, duobus aut tribus testi- bus, moritur*. Cujus rei exempla in Davide, Hiskia, aliisque sub V. T. vide-

videmus. Qui, cum omnes afflictiones, tanquam legis sævientis verbera, servilesque notas, tum præsertim mortem immaturam horrere debebant. Qui terror non parum intendebatur, quod terrenum pignus, ac longævæ vitæ in terra ista promissa à Deo accepissent; quo erepto, ac de manibus excusso, non poterant non lugere, & amarum tanquam ad irati Dei speciem ingemiscere. Cum nunc non uni terræ, tanquam glebæ, adfixi, eam vehementer adeo deamare, & tanquam sacrum aliquid colere, & perpetuo tractare; isti que pignori incumbere, & tantum non servire cogamur; ad quodvis calamitatum mortifve impetum stupentes territique; sed universa nobis tellus ex æquo patria & hospita, ac *cælum* potius *civitas* nostra sit. Phil. 3: 20. & *gloriamur in ipsis afflictionibus*, Rom. 5: 3. 5. Cumq; externis illis cærimoniis exercendis tunc præsiderent veteris Ecclesiæ principes, ac *patres carnis*, Hebr. 12: 9. & universa illa pædagogorum cohors; etiam hi, tanquam Ecclesiæ graves, & abolitis cærimoniis inutiles, remoti, & throno suo decedere iussi sunt. *Scriptum enim est, perdam sapientiam sapientum — ubi scriba, ubi inquisitor hujus sæculi?* 1. Cor. 1: 19. *Sapientiam vero loquimur in perfectis. Sapientiam autem non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi abolendorum.* cap. 2: 6. Ita ut *Ecclesia* nunc non hominum, sed solius *Dei vivi* peculium & cœtus sit, 1. Tim. 3: 15. ac *cœlorum* quoddam *regnum*; in quo non aliud quam Dei nomen audiri debet; cum hæc nunc publica Ecclesiæ vox sit, *Jehovah est iudex noster; Jehovah est Legislator noster, Jehovah est Rex noster, is salvat nos*, Esai. 33: 22. quo omnem hominum dominatum, omnesque dominos ac legistatores, quacunque specie in plebem Dei grassantes, & fidei legem ferentes, procul absistere jubet. Igitur in regno cœlorum nec *angelis* subijcitur, Hebr. 2: 5. nec *œconomis* aut *tutoribus*, Gal. 4: 2. 6. Cui libertati, quo plenior, & ab omni humano nomine absolutior foret, accedit ultimo libertas à *subjectione prophetarum*, juxta Jer. 31: 34. Hebr. 8: 11. *Et non docebunt amplius quisquam proximum suum, & quisquam fratrem suum, dicendo; cognoscite Jehovah: nam omnes ipsi cognoscent me, non minus parvus ipsorum, quam magnus ipsorum, ait Jehovah.*

XI. Quo loco duo docentur. 1. Non superfore in Ecclesia amplius cathedram, collegium, aut locum aliquem, qui religionis metropolis & sedes sit; quæque cum auctoritate universam Ecclesiam doceat; atque à quo verba Dei haurire reliqui omnes necesse habeant, quasi ad eam solum ea incorrupta pervenissent. Qualis ex. gr. in Vet. T. fuit Hierosoly-





ma, ubi cathedra Moſis collocata erat, ad quam Chriſtus etiam diſcipulos ſuos ablegat Matth. 23: 2, 3. *In cathedra Moſis ſedent ſcribe & Phariſai; omnia igitur, qua vobis dixerunt ſervare, ſervate & facite.* juxta Deut. 17: 9, 10. *Et venies ad ſacerdotes Levitas — & indicabunt tibi rem judicii; & facies ſecundum id, quod indicabunt tibi ex eo loco, quem eliget Jehovah.* conf. Mal. 2: 7. Nunc enim nulli homini ſubjecta eſt Eccleſia, ob cujus nomen ac auctoritatem aliquid credere ac recipere debeat. *Et nullus gloriatur in hominibus.* *Omnia enim veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollos, ſive Cephas &c.* 1. Cor. 3: 21. *Preſertim emi eſtis, ne fiat ſervi hominum.* c. 7: 23. Cum *unctionem* nunc acceperint omnes; *nec opus habeant*, ut cum auctoritate aliquis eos doceat, 1. Joh. 2: 20, 27. 2. Neque etiam reſtare amplius novi & haecenus inauditi verbi revelationem; qualis expectabatur antea, cum Meſſias nondum adveniſſet; cum multa adhuc explicanda, & clavi illa, qua doctores credita erat, Luc. 11: 52. referenda eſſent; doctrina enim Eccleſiae nunc publica eſt, nec manet hominum certorum peculium, ut ex parte ſub V. T. contigit. 3. Quibus *tertio* additur, *omnes Deum cognituros, a parvo uſque ad magnum.* Cui conſonat Eſai. 54: 13. Joh. 6: 45 *Et omnes filii tui diſcipuli Jehova.* Quae Novi Teſt. prerogativa eſt. Sub V. T. enim pauci Deum verè cognoſcebant; unde fidelibus de novo ſemper dici poterat, cognoſcite Dominum. Quod nunc expoſita palam ſalutari doctrina, ac Eccleſia per Spiritum ſponſi ſui, quem aliunde petere cum Pontificii opus non habet, de omnibus edocet, dici neceſſe non eſt. Quanquam proſectu, ac quotidiana confirmatione in ſacra doctrina opus ſit. 1. Joh. 2: 24, 27.

XII. Atque in hiſce conſiſtit varia illa Eccleſiae Novi Teſt. libertas; qua & *ſatietaſ*, Eſai. 55: 1, 2. & *quies*, Pſal. 95: 11. Matth. 11: 28. nomine, oppoſitè ad Vet. T. ſitim & laſſitudinem, aliis que vocabulis appellatur: quam Pontificii tamen non una in parte violant, & contrario errore ipſi quoque Sociniani. Utrique enim (ut alias Romanæ Eccleſiae theſes, quibus veterem famem ſitimque reducunt, & ſatiatam ſitienti adjungere non verentur; diverſaque illas ſervitutis apud ipſos ſpecies modoſque omittam) ſervitutem hominum in Eccleſia retinuerunt. Illi quidem palam & apertâ fronte, dum novos legiſlatores, novas leges, ac cathedram in N. T. rurfus erigunt. Hi autem aliâ viâ, dum Eccleſiam Chriſto, mero homini, ſubjiciunt; quem videl. ad ſummum in deorum nuncupatorum ſaſtigio collocant; *de quibus ſcri-*

*Cui liber-
tati oblu-
ſtantur
Pontificii
& Socinia-
ni.*

ptum est in lege, ego dixi, dii estis, Joh. 10: 34. Quæ tamen appellatio sub N. T. cessat; etenim licet sint dicti dii, sive in cælo, sive in terra (ut sunt dii multi, & domini multi) nobis unus Deus est, Pater, ex quo omnia sunt, & nos ad ipsum; & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. 1. Cor. 8: 5, 6. Diis istis mortuis, ac amotis, Psal. 82: 6, 7. ac veteri isto cælo convoluto, & cum diis suis decedere jussio.

XIII. Atque hæc præcipua illa Novi Test. bona sunt, quæ magnam partem angelico isto hymno, in ipsa Euangelii initiatione dicto, absolvuntur: *Gloria Deo in excelsis, & in terrâ pax, in hominibus beneplacitum*, Luc. 2: 13. ac divinis Pauli ad Romanos verbis, c. 14: 17. *Non est enim regnum Dei esca & potus, sed justitia, & pax, & latitia, in Spir. S.* Unde & loci ad Hebræos, c. 8: 6. sententia patet, ubi Apostolus meliora & potiora promissa Novo Test. præ veteri affirmat; quod de hisce similibusque bonis, quæ in hac vita Ecclesia nova præ veteri possidet, intelligendum est. Ut non necesse sit profano Socinianorum commento accedere, qui essentielle inter utrumque testamentum discrimen asserunt, ac de futuris & cælestibus bonis Apostoli verba intelligunt; ac si in Vet. T. tantum terrestres promissiones obtinuissent. Quæ sæpius explora sunt.

C A P U T I I I.

De Novi Testamenti initio.

Novi T.
INITIUM.




I. Constituenda tandem est Novi Test. veluti Epocha; verumque ejus *initium*, quo illud inceperit, ac veteris Test. servitus finierit, investigandum est. De quo nonnulla sententiarum est discrepantia, quæ tamen in consensum redigi facile potest.


virie in-
choatum.

II. Quidam enim à Christi *nativitate*; alii à publico ejus *ministerio*; alii denique à *morte* ejus novi status exordium sumunt.

III. Quæ ita conciliari possunt: ut non unum momentum, sed aliqua latitudo ac spatium isti Ecclesiæ innovationi indulgeatur: & primo ejus auspicio à Salvatoris adventu capto, Novum Test. per prædicationem ejus promulgatum; morte autem, ubi Veteris Test. vis propriè desuit, plenè ratificatum fuerit. *Et dixit ipse Angelus, ne timeatis: ecce*

enim





enim annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quod natus sit vobis hodie Salvator &c. Luc. 2: 10, 11. A diebus Johannis Baptista usque huc regnum cœlorum βιάζεται vim facit; & vim facientes rapiunt illud. Matth. 11: 12, 13. Et propter hoc Testam. N. mediator est, ut, morte obitâ &c. Hebr. 9: 15. Testamentum enim in mortuis firmum est; siquidem nunquam valet, quando vivit testator. v. 17.

IV. Distingui etiam debet *vis ipsa* Novi T. ab ejus *promulgatione*. Ac *vis* quidem Novi Test. in morte ac expiatione Christi sita est; *promulgatio* autem sæpius, & per partes facta est; præcipuè autem, plenè ac sollemnem in modum in die pentecostis, cum Novi Test. status publicè inauguratus, ac auspiciâ ejus cœlesti miraculo consecrata sunt.

V. Pariterque distingui necesse est initium Evangelii ab initio Novi Testamenti. Illud enim mox à nativitate Christi cœpit, cum adventus ejus protinus Evangelisari cœptus est, Luc. 2: 10, 11. Hoc de jure in morte potius ejus collocandum est. Eo usque enim Veteris T. vis ac rigor adhuc obtinebat; & omnisque ejus cultus necessarius erat; ac Judaicæ gentis præ reliquo mundo sanctitas perdurabat; quæ Veteris T. vim ostendebant. *Si offeras donum tuum in altari &c. Matth. 5: 23. Abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer donum, quod jussit Moses, ipsis in testimonium, c. 8: 4. Ad viam gentium ne eatis, neque ingrediamini urbem Samaritanorum; abeat is vero potius ad oves domus Israël, quæ perierunt. c. 10: 5, 6. Sub Novo Test. autem contigit illa Evangelii prædicatio, quæ facta est per Apostolos post ascensionem Christi, qua Evangelium ἐπέβαιωσθη, Hebr. 2: 3.*

VI. Atque hinc jam antiquationis quoque Veteris T. constitui epocha potest; quæ duos gradus habet. De jure enim illud in morte Christi abolitum fuit, quâ Novum Test. initiatum ac firmatum est: de facto autem non nisi spatio aliquo, per prædicationem Apostolorum, destructum; tandemque à Deo ipso, everso urbe & templo, quo solo ille Ecclesiæ status nitebatur, funditus eversum est.

VII. Decidi quoque hinc potest quæstio de *Johanne Baptista*, ad quæ nempe tempora ministerium ejus referendum sit, ac cujus testam. minister fuerit? Si enim de epocha temporis quæretur, indubium est, vigente adhuc Vet. T. ipsum ministerio suo functum: si vero ipsum ejus ministerium consideretur, illud ad Nov. Test. unicè pertinebat, cujus solius minister fuit; cum adventantis, jamque affulgentis istius lucis ac diei, nuncius, præco & phosphorus fuerit. Ut perperam Pontificii,

quæ etiam ratio antiquationis Test. Vet.

Quòd referendum sit ministerium Johannis.

ficii, alique, eum Nov. Testam. ministrum negent; atque inde etiam baptismo ejus derogent. Cum ministerium ejus prorsus Euangelicum fuerit. *Hic* (Iohannes) *venit in testificationem, ut testaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum, Joh. 1: 7. Postridie videt Iohannes Iesum venientem ad se, & dicit; ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, v. 29.*

LOCUS TRIGESIMUS SECUNDUS


D E

Adventu Messiaë, Jesu Nazareni.

C A P U T I V.

De prodromo Messiaë, Iohanne Baptista.

Oeconomia
N. T.

I.  Iſce prædelibatis, sequitur consideranda ipſa Novi Teſt. œconomia, in univerſo ordine ac ambitu ſuo. Cujus hæc quatuor primaria erunt capita, 1. de *Messiaë*. 2. de *Beneficiis Messiaë*. 3. de *Sacramentis*. 4. de *Eccleſiâ*.

primum
caput eſt de
MESSIA.

II. *Messiam*, quod præcipuum œconomiaë hujus caput eſt, quo ſolo omnis iſte Eccleſiæ ſtatus nititur, considerabimus, 1. quoad *adventum*. 2. quoad *perſonam*, ac 3. *ſtatum* illius.

Cujus pro-
dromus
IOHAN-
NES Bap-
tiſta.

III. *Adventum* Messiaë præcedit ipſius *prodromus*, *Iohannes Baptiſta*; cujus cum *perſona*, tum *ministerium* ſpectandum eſt.

Illius ortus.


IV. *Iohannes*, à *ministerio Baptiſta* dictus, ſacerdotali genere fuit, patre Zachariâ, & matre Elizabethâ. A quibus, in tanta ætate, non ſine miraculo genitus, majoris in Christo miraculi rudimentum fuit; qui virgineo ex utero nulla viri opera progerminaret. Luc. 1: 5, 7. Meminit ejus non ſine honore Joſephus, alique Hebræi auctores.

prædictus
in V. T.

V. *Adventus* ministeriumque ejus longè ante prædicta ſunt. Ut ex iſta etiam phoſphori luce ac radiis ſol juſtitiaë agnoſceretur. Ac præconem hunc designat Malachias, c. 4: 5. *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophe- tam, antequam veniat dies Febovæ, magnus ille & terribilis*. Ac con- cionantis vocem in deſerto audiri facit Jeſaias, cap. 40: 3. *Vox clamantis exſtat*

Helmutus episcopus de h. m. s. i. n. g. Joseph. Antiq. St.
et Ladeg. r. f. i. n. s. Joh. card. m. p. i. k. a. t. o.





exstat *in deserto*: vacuam facite *viam Domini, rectificate in solitudine viam Domini, rectificate in solitudine viam munitam Deo nostro*. Quæ oracula ad Johannem applicant Euangelistæ, Matth. 11:14. *Et, si velitis ipsum accipere, hic est Elias, qui venturus erat.* & Luc. 1:17. *Et ipse prægredietur coram facie ejus in spiritu & potentiâ Eliæ, ut reducat corda patrum ad filios, & inobedientes ev̄ Φρονίσει δικάσιων in sensu justorum.* Quod Malachias dixit, *cor filiorum ad patres ipsorum*, id est, ut eadem sentiant ac credant de justitia Dei, quæ patres ipsorum fideles crediderunt. & Matth. 3:3. *Nam hic ille est, de quo dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem, vox clamantis in deserto &c.*

VI. Absolvitur ministerium Johannis hisce tribus: prædicatione *resipiscentiæ*, quæ ipsi peculiaris erat; baptismo; denique insigni testimonio Christo publice perhibito. Miracula enim ac signa nulla ipse edidit, quanquam aliqua circa nativitatem ejus facta sint: *Et multi veniebant ad illum, & dicebant, Johannes quidem signum fecit nullum: omnia autem, quæ dixit Johannes de hoc, vera erant*, Joh. 10:41. Ne videlicet putaretur ipse esse Christus & Messias.

VII. 1. *Erat resipiscentiæ præco.* In diebus illis aderat Johannes Baptista, prædicans in deserto Judææ, & dicens; *resipiscite, appropinquavit enim regnum cælorum*, Matth. 3:1, 2. Quæ unica ad regnum Christi præparatio erat. Dum non solum depravatos populi mores severiori disciplina emendaret; sed præsertim falsas istas de justitia sententias, omnique Pharisæorum virus ac venenum ex auditorum pectoribus auferre niteretur. Unde & illorum hypocrisin, & perversum legis studium, tristesque quas vultu portendebant sanctimonias non leviter sæpe perstrinxit & jugulavit. Quam exhortationem ad pœnitentiam singulari vitæ instituto, ac perpetuâ veluti censurâ comprobavit.

VIII. 2. *Baptisabat.* pro more Judæorum, profelytos suos aqua *lustrantium*. Nec differebat illa lotio, nisi respectu circumstantiarum duntaxat, à Christi aut Apostolorum baptismo: cum & divinam auctoritatem haberet; & ritus, resque significata ac ritu illo obsignata, utrobique eadem forent. Non alios enim tingebat, quam qui abjectis vanis ac inanibus illis, quibus hæctenus insueverant, Messîæ jamjam venturi fidem profiterentur, inque spes suas omnes dirigerent. *Ego quidem baptizo vos aqua ad resipiscentiam, qui vero post me venit — ipse vos baptizabit in Spir. S. & igne*. Matth. 3:11. *Iohannes baptizavit baptismum resipiscentiæ, populo dicens, ut credant in eum, qui post ipsum veniret,*

& ministerium.

Quod erat, i. in prædicatione resipiscentiæ.

ii. Administratione Baptismi.


id est, in Christum Jesum. Act. 19: 4. Quod & nostri baptismi mysterium est. Unde & ritus ille in Ecclesia conservatus, & à Christo ac Apostolis ejus similiter usurpatus fuit.

IX. Ut inique nimis Pontificii Baptismum Johannis minuant, aquaque ejus (ut Tertullianus olim locutus est) *viduas, & infecundas, nec Spiritu S. factas, mentiantur*: quo majori videlicet virtute Christiani baptismi undam imprægnent; cujus efficaciam superstitiosè, & ultra quam fas est, augent, ut postea videbimus.

III. Testi-
monio
Christo
perhibito.


X. 3. Denique illustre Christo *testimonium* præbuit, & præsentem divino elogio ornavit: cum *personæ* dignitatem, tum præsertim *munus* ipsius magnificis verbis extollens; utpote *cui ipse indignus foret qui calceos ministraret*, Joh. 1: 27. Matth. 3: 11. quique solus foret agnus verus ille & incontaminatus, *agnus Dei*, tot agnorum balatu & cruore in templo vocatus & postulatus, *qui solus peccata mundi ablaturus & expiaturus* foret. Cujus testimonii auctoritatem ne quis elevaret, ad istud usque tempus Johanni Christus de facie ignotus erat; dumque forte concionanti præfens adstaret, à Spir. S. monstratus, ac, addito divinitus signo, agnitus & universo cœtui ostensus fuit. *Et ego nesciebam eum, sed qui misit me ad baptizandum aquâ, ille mihi dixit; super quem videris Spiritum S. descendere, & manere super eo, hic est, qui baptizat in Spir. S.* Joh. 1: 33.

XI. Atque hoc fuit ministerium Johannis, prophetarum omnium maximi, ac euangelisantium primi. *Sed ad quid videndum existis? prophetam? certe, dico vobis, etiam majorem prophetam.* Matth. 11: 9. *Omnes enim propheta & lex, usque ad Johannem prophetarunt*, v. 13. Quo ille expleto, Christo decessit, ac Veteris T. cœlum clausit. Ut albescente aurora fieri videmus, cum languentes astrorum ignes ac emorientia sidera cogit lucifer, & cœli statione novissimus exit, ut soli in suo regno integer locus sit. *Illum oportet crescere, me vero minui.* Joh. 3: 30. Quare qui *in regno cœlorum minimus est, major & beator Johanne dicitur* Matth. 11: 11.



CAPUT V.

De adventu Messie.

I.  Ohannem præconem ac prodromum excipit *Messias* ipse: de quo duo impræfens probanda sunt: 1. in genere, Messiam jam advenisse. 2. in specie, Jesum Nazarenum esse verum Messiam.

*Messia AD-
VENTUS*

II. *Messiam*, qui Græce *χριστός*, Latine *unctus*, (quæ appellatio bis in Vet. bis in Novo instrum. occurrit, Psal. 2: 2. Dan. 9: 24. Joh. 1: 42. & 4: 25.) advenisse, ex generali argumento patet, à certitudine divinarum prædictionum & promissionum desumpto; in quibus Deum falli, vel fallere velle impossibile est. De Messia autem talia oracula extare adeo manifestum est, ut universa prophetarum cohors, factò veluti cinno, ipsi testimonium perhibeat; idque præcipuum illorum munus fuerit; ipseque unus oraculorum omnium compendium & finis sit. Ut omnem illorum fidem laborare, omnemq; eorum intellectum ac explicationem perire, demto ac obscurato hoc religionis capite, necesse sit. Quod ex infelicibus Judæorum conatibus patet, qui, Christum in plerisque prophetiis non videntes, frustra illas tentarunt, & ne unius quidem capitæ sinceram explicationem dederunt; cum *testimonium Christi sit Spiritus prophetia*. Apoc. 19: 10. conf. 1. Pet. 1: 10, 11, 12.

*ostensus ex
propheta-
rum vati-
ciniis gene-
ratim:*

III. Illustriora autem de adventu ejus vaticinia, ac temporis characterem exhibentia, sunt hæc: 1. Jacobi in ipsa morte oraculum, de Messia, ante reip. ac Ecclesiæ Judaicæ finem, adventu: *Non recedet sceptrum, vel tribus, ex Juda, & legislator, vel doctor legis, ex medio pedum ejus, donec veniat Siloh, cui erit obedientia populorum.* Gen. 49: 10. De quo supra egimus. 2. *Haggæi* disertæ prædictio, de ipso venturo, stante templo illo, quod tum struebatur; quodque præfens olim incoleret, ac priori ædè longè augustius redderet. *Et commovebo omnes gentes, & accedent ad desiderium omnium gentium, & implebo domum hanc gloria, ait Jehovah, Deus exercituum. — major fiet gloria domus hujus posterioris quam prioris &c.* cap. 2: 7. 3. Cui concinit *Malachias*, prophetarum ultimus, qui illum præforibus adstantem tantum non inclamat, & ad templum suum invitat, cap. 3: 1. *Ecce ego mitto angelum meum, ut vacent*

*speciatim
ex dictis
Gen. 49: 10*

*Hag. 2:
1: 9. P. X.*


Mal. 3: 1.

chant

*cuam faciat viam ante me: & derepente veniet ad templum suum Dominus ille, quem vos queritis, & angelus ille foederis, quo vos delectamini; ecce venit; dixit Jehovah, Deus exercituum. Venturus ergo erat stante templo secundo; nondum abolitis pastoribus & principibus, Esai. 49:7. qui tamen mox abolendi erant, Zach. 11:7,8. Non debuit Damascus caput Judææ fieri, antequam nasceretur Immanuel, Esai. 8:14. Et debuit in pace nasci, & omnibus bonis rebus abundante terra. ibid. 15. 4. Danielis expressa oracula; qui non solum, post regnorum illorum, quorum fata & exitum descripserat, finem, regnum Messiaæ æternum inducit; cujus in cætera omnia foret imperium; cum non uno mundi cardine claudendum, sed toto orbe extendendum esset; quod partim eventu ipso probatum, partim adhuc in fatis conclusum est: cap. 2: 44. *Et in diebus regum illorum eriget Deus cæli regnum, quod in secula non corrumpetur; & regnum ejus populo alii non relinquetur; comminuet & consummet omnia hæc regna, & ipsum stabit in seculum.* Sed & nono capite, altiori ore sonans, digitis omnium veluti ad calculum aptatis, ipsa venturi Messiaæ tempora digere & numerat; ac juxta captivitatis, in qua Ecclesia debebat, periodum, septuaginta quoque annorum septimanas ponit; intra quas prophetia omnis finiri ac impleri deberet. *Septimana septuaginta decise sunt super populo tuo, & super urbe tua sancta, ad coercendum defectionem, & ad consummandum peccata, & ad expiandum pravitatem, & ad adducendum justitiam æternam, & ad obsequandum visionem & prophetam, & ad unguendum sanctum sanctorum &c.* cap. 9: 24, 25. Quod tempus rursus in tres periodos distinguit. Quarum prima septem hebdomadarum, seu 49. annorum est: quo tempore sancta urbs & templum restauranda forent, quamvis summis in angustiis. Altera sexaginta duas septimanas, sive annos 434. complectitur, secundo urbis ac reipubl. illius statui futuro, in quo eam inventurus esset Messias, destinatos ac dimensos. Tertia unius septimanæ est; quæ Messiam ostenderet, ac rursus tolleretur; inque urbis ac reipubl. istius funere ac excidio æterni ipsius regni fundamenta collocaret. *Et cognosce, & animadvertite ab exitu sermonis de reducendo, & de edificandis Hierosolymis, usque ad unctum principem septimanas septem, & septimanas sexaginta duas; quibus denuo edificabuntur quoad forum & fossam; & in angustia erunt quedam tempora; & post septimanas illas sexaginta duas excindetur unctus, & non erit ipsi quicquam; & urbem & sanctum corrumpet populus principis advenæ, & finis ejus erit cum exundatione, & usque ad finem**

Dan. 2:
 44.

& 9, 24,
 25, 26,
 27.



x. infer cap. 27. Enigma libri.

finem belli decise sunt desolationes. Corroborabit quidem fœdus multis septimana una. Sed in medio septimana ipsius abolebit sacrificium &c. cap. 9: 25, 26, 27. Nec vero de scrupulis Chronologicis hic quæstio est, sed de sæculis integris; cum, ut vel latissimè hæc tempora ordinentur, jam ante quindecim sæcula ea expiraverint. Ut certo certius sit Messiam jam dudum advenisse.

IV. Nec leve est argumentum, quod ab ipso *populi Judaici statu* desumitur. Satis enim constat Messiam ad *populum* illum, in tribus ac familias suas distinctum; ad *terram* illam; ad *templum* denique, in quo quotidiano cultu expectabatur, venire debuisse. Nunc autem Judæi nec *populus* sunt, cum rempublicam non habeant: nec à *gentibus discreti* ac separati; ut olim; sed iis partim immisti, partim toto orbe exules ac vagi in asperrima fortuna degunt: nec discretas *tribus* ac familias habent; cum genealogiis suis dudum caruerint; ut, si vel veniat ipsorum Messias, nulla nota ab ipsis agnosci posset: nec etiam *terram* suam habent; in qua tamen sola Messiam expectare debebant; quod præcipuum mysticæ illius terræ decus erat: nec denique *templum* amplius possident; omnisque ille cultus, qui figurando Messiæ solum serviebat, ac adventuri olim pompa & comitatus erat, non viso ipso desuit, & tantum non in mendacium ac ludibrium vertit; illeque, tamdiu expectatus, totque umbris expressus, Rex Ecclesiæ ad locum istum nunquam venit. Quæ omnia certe à misera gente attentius pensitari debebant, ut vel ex sese ipsis suoque statu errorem ac perfidiam suam agnoscerent.

V. Quam enim alioquin causam dicent, cur tot sæculis, à Deo neglecti, tam duris fatis exerciti, tam latè sparsi ac exules, universo generi humano adeo sævum ludibrium debeant? præsertim cum tam anxie Messiam suum expectent, & quotidianis votis ac precibus vocent ac fatigent, nec revera adeo probrosi, vel idolorum cultu aliisve gentium vitiis fœdi sint, ut olim majores ipsorum. Ut certe aliam causam subesse necesse sit, quæ populum hunc, Deo olim perdilectum, miserè adeo errare sinat. Quæ non alia est, quam veri Messiæ flagitiosa rejectio ac cædes, & à vera fide apostasia, in qua ad hodiernum usque diem perseverant. Unde fata ipsis sua perpetim agitanda, poenæque, quas Moses olim præfago ore cecinit, ad ultimum usque tempus exantlandæ manent.

VI. Quibus addimus proprias *Judaicorum confessiones*. Ex quibus imprimis celebris est domus Eliæ traditio, quæ mundi tempora in tres periodos distribuit, omnemque ejus ætatem sex annorum millibus con-


Ex confuso reipub. & populi Judaici statu.


& propriis ipsorum confessionibus.

cludit, ac postremos bis mille annos Messix regno tribuit. Estque hæc, ut alia ipsorum præteream, communis apud illos sententia, impletos jam esse omnes terminos, nec aliunde univcrsum negotium, quam à pœnitentia bonisque operibus dependere. *conf. 631 J! 41, xii.*

*Generalis
Iudaorum
exceptio
sublata.*

VII. Non aliud autem crebrius contra hæc omnia excipiunt, quam Messix adventum, utcunque postulantibus ipsum prophetiis, ac tantum non laborante tot oraculorum fide, propter peccata differri, tum sua, tum præsertim quæ majores sui sub utraque domo commiserint. Ad quod respondemus. 1. Agi hic non de hoc vel illo vaticinio obscuriore, sed omnium prophetarum ac prophetiarum fide; quæ ad hunc terminum omnes spectant, factoque consensu, uno omnes ore, hoc Messix regnum, sequentemque Ecclesiæ ac mundi statum, canunt. Ut nulla univcrsæ prophetiæ certitudo ac veritas superfit, si in hoc capite, à quo reliqua omnia dependent, ea non præstetur. Ut levi adeo exceptione transmitti hæc non debeant. 2. Nec Deus, si quid boni olim promisit populo, ob peccata illius unquam intermisit; ut ex illustribus ex Ægypto ac Babylone liberationis exemplis patet; quam cum longe ante, additis annorum spatiis ac numeris, prædiceret, non ultra terminum moratus est, sed ipso annorum sine promissa sua præstitit; etsi populus tunc non minus peccatis onustus foret, ac nunc. *Fuit vero exactis quadringentis triginta annis, fuit, inquam, eodem ipso die, ut egrederentur omnes exercitus Jehova.* Exod. 12: 41. *conf. Gen. 15: 13. Nam sic dixit Jehovah. simulac impleti fuerint Babylone septuaginta anni, visitabo vos; & faciam, ut exstet super vos verbum meum bonum, ut reducamini &c.* Jer. 29: 10, 11. Ut similiter in palmaria hac promissione, in qua univcrsæ gentis bonum situm est, illud fieri, nec ultra 16. sæcula ea negligi, ac tanti promissi fides labefactari debuerit. 3. Et an non hoc colore fieri possit, ut magna hæc promissio nunquam impleatur, atque univcrsæ Ecclesiæ, à condito usque mundo, in Messiam fides ac religio frustra sit? Semper enim populus hic non prorsus ab omni scelere liber erit; atque inde si dependeat, semper differri Messix adventum oportebit. 4. Nec de corporali ac externo aliquo liberatore ac liberatione sermo est, qualem illi expectant, & ob populi peccata cunctari ajunt: sed de spiritali servatore, quo solo fides ac consolatio Ecclesiæ nititur: qui que adeo peccatis retardari non potest, ut ad ea averruncanda ac tollenda & populum suum mundumque univcrsum ab erroribus ac sceleribus convertendum, præcipuè venturus dicatur. *Et dabo illis cor unum, & spiritum novum*






novum dabo in medio ipsorum &c. Ezech. 11:19,20. Et erit illo die, ait Jehovah Deus, excindam nomina idolorum ex terra, & non memorabuntur amplius; atque etiam prophetas & spiritum impuritatis faciam transire ex terra, Zach. 13:2. Ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipsorum. Mal. 4:6. 5. Unde non conditionaliter, si populus omni labe purus, ac Deo dignus foret; sed absolutè ille promissus est, tanquam certo venturus, nec ultra terminum tardaturus. Non enim, si incertus ejus adventus fuisset, fides Ecclesiæ tot sæculis in eum ferri potuisset. Quin & præcisum adventus ejus tempus designatum, variisque, ut ante vidimus, characteribus expressum fuit. Quod in conditionali promisso locum non habet. 6. Peccata autem Judæorum quod attinet; hoc unicum revera & summum eorum crimen est, quod tempore suo venientem Salvatorem repudiarunt, & contumeliosè tanquam pseudo-prophetam & magum obtruncarunt; inque eo scelere etiam hodie perseverant, ac quotidianis precibus ac execrationibus nomen ejus dispunt & blasphemant. Hinc longa ipsorum captivitas.

C A P U T V I.

De Jesu Nazareno Messia.

I.  Eracta disputatione de Messia adventu, jam in proclivi est ostendere, non alium eum esse quam *Jesum Nazarenum*; cum non solum alius nullus aliqua cum specie pro Messia hæctenus sese gerere, atque mundo sui fidem facere potuerit; sed vero in Jesum nostrum illa omnia convenient, quæ de Messia unquam prædicta ac præfigurata fuerunt. Quod tum ex iis, quæ *ortum* ac nativitatem ejus spectant; tum, quæ ipse inter homines & *fecit & docuit*; denique ex illis quæ *post exitum ejus in mundo consecuta* sunt, gumento manifestum fiet.

JESUM
NAZARE-
NUM
Messiam
promissum
esse, confi-
citur qua-
druplici ar-
gumento.

II. 1. *Ortum* ejus quod spectat: natus fuit, quum *venisset temporis plenitudo*, Gal. 4:4. quum *venisset annus assertorum Dei*, Esai. 63:4. illo *temporis articulo*, quo prophetæ Messiam venturum cecinerant; quoque Ecclesia, post longum desiderium, salvatorem suum singulis momentis expectabat. Cum fatorum stamine detexto, illa jam sese aperire, ac Messiam terris ostendere deberent. De quo tempore modo vidimus.

1. Ex-
ratione ortus
& nativi-
tatis ipsius;
respectu
temporis.

Loci


III. Natus etiam est illo loco, quem Proheta Michæas Mariæ puerperio, ac Domini nostri cunis, tot sæculis ante designaverat. *At tu Bethlehem Ephratah, parva es, ut sis inter familias Juda? ex te mihi prodibit iudex, ut sit dominator in Israël, cujus egressiones sunt ab initio, à diebus sæculi.* cap. 5: 1. Ubi natus Jesus noster, non humano consilio, sed occulta manu ducentibus fati, ac Christo nascituro diversorum mentantibus. *Exiit enim edictum à Casare Augusto — & ascendit Joseph & Maria in civitatem David, qua vocatur Bethlehem.* Luc. 2: 1. Nunc autem frustra ille locus in Judæa quæreretur.


Familia.


IV. Natus itidem est à tribu *Juda* atque è *Davidis familia*, cui tantus olim hæres destinabatur. Quod adeo ἐξ ἀρχῶν ἐστίν est, ut nec ipsi Judæi refragentur, qui ipsum *propinquum regni*, h. e. regis stirpis ramum appellant.

Maris.

V. Tandemque ex intemerato *virginis* sinu, purissimi instar floris progerminavit, ut Efaïæ oraculum agnosceremus: *Ecce virgo concipit, & parit filium, & vocabit nomen ejus Immanuel*, id est, nobiscum Deus, cap. 7: 14. Ubi de Messia è virginali utero exortu agi, nec ipsis Judæis olim ignoratum fuit. Recentiores tamen magistri prænobile hoc vaticinium carpere, quam patrum suorum fidem sequi, ac Messia elogia agnoscere malunt. Hæc enim ipsorum exceptio est; cum regi signum propinquæ liberationis exhibeatur, non de longinquo Messia ortu cogitandum; nec de Messia matre, ac divino ejus partu, sed de prophetæ uxore; nec adeo de virgine, sed de conjugatâ, sermonem esse: cum illa etiam vocis *עלמה* acceptio sit. Qui sublevis color est. Nam 1. non insolens Deo est, ingentium promissorum commemoratione minorum fidem adstruere; præsertim ubi majora illa sine minorum fide non consistunt. Quæ præsentis loci ratio est. Cum enim Messias è regia Davidis stirpe oriri olim deberet, idque durante illa republica; manifestum est, nec terram illam, cui prolixè adeo Rex Achaz metuebat, in potestatem hostium prorsus concedere, nec domum Davidicam penitus extirpari potuisse. Qui oraculi istius scopus erat. Et revera maximo illo Judaicæ gentis promisso, ac veluti peculio, in rebus dubiis ac asperis confirmari piorum animi non vulgariter poterant. Cum exinde sese Deo peculiariter curæ esse æstimare fati possent. 2. Contra in prophetæ uxorem vaticinii istius pondus non congruit; cum non magnum signum sit, mulierem de viro accipere, & parere. Nec in filium ejus cadunt elogia ista *Immanuelis*, ac *Domini terræ* illius; quæ altero capite Propheta sub-







subnectit. 3. Quod autem de *עלמה* excipiunt, pariter infirmum est: cum vox illa in Scriptura semper uno illo virginis significatu accipiatur.

VI. 2. Sequuntur illa, quæ Jesu & fecit, & docuit, & passus est, dum in terris ageret. quæ adeo magnifica, adeo Deo digna, Joh. 7: 17, 18, 19. denique Mosi & prophetis omnibus adeo concinna fuerunt, Joh. 5: 45, 46. ut nullum dubium superfit, quin ille qui talia patravit, totque Messia notas & characteres gessit, revera Messias fuerit. Impossibile enim est impostorem aliquem eopse tempore, quo Messias expectabatur, Ecclesie fucum facere, ac Messia imagine ac habitu se ostentare, omniaque quæ de ipso prædicta erant implere; nisi prophetarum oracula fortuito, ac ab alienis personis adimpleri posse putemus; omnemque illorum fidem, ac Dei in mundo ac Ecclesia sua providentiam tollamus. De Jesu vero nostri doctrina, miraculis & morte, passim ex historia Euangel. constat. Vide potissimum Luc. 4: 21, 22. *Spiritus Domini super me est. Quia unxit Jehovah me ad Euangelium nuntiandum mansuetis. Misit me ad obligandum confractos corde, ad prædicandum abductis in captivitatem libertatem, & vinculis acutum visum.* Conf. Esai. 61: 1. *Multi vero ex populo crediderunt in ipsum. Et dicebant; Christus, quum venerit, nunquid plura signa his faciet, quæ hic fecit?* Joh. 7: 31. *De Jesu Nazareno, qui erat vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo,* Luc. 24: 19. Vid. Matth. 11: 4, 5. conf. Esai. 11: 1. *Et exhibit virga ex trunco Jesse — & quiescet super ipso spiritus Jehova, spiritus sapientia & prudentia, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus cognitionis & timoris Jehova.* Act. 17: 3. *Aperiens Scripturas, & clare proponens, quod Christum decuit pati, & resurgere ex mortuis &c.* conf. Psal. 22. & 69. Esai. 53. Zach. 9. & 12.

11. Ex doctrina & rebus gestis illius.

VII. 3. Denique eandem rem confirmant illa, quæ Jesu nostri prædicationem in mundo consecuta sunt. Non enim ipse solum sublimis in cælum ascendit; deque ista sede etiamnum mundum ac Ecclesiam moderatur; quod clarissimis eventis à Novi Test. incunabulis ad hunc usque diem patuit: sed & in mundo agnitus, publiceque pro Messia acceptus est; gentesque, ut de ipso prædictum erat Psal. 20. & 22. & 117. Esai. 42. & 49. missis idolis, Deo subditæ & ad fidem ejus conversæ sunt. Quod certe maximum Dei in mundo opus à Messia solo expectari poterat. Nec enim mundi conversio falsæ cuidam doctrinæ sine piaculo accepta referri potest.

111. Ex iis quæ illum consecuta sunt.

10. Ex ipso-
rum Iudæo-
rum testi-
monio.

VIII. 4. Tandem & Jesu nostro *testimonium* dant, non *Josephus* so-
lum, Antiq. l. 18. c. 4. cujus *testimonium* falsitatis nondum demonstra-
tionibus convictum est, non magis quam *elogium*, quod idem scriptor
Johanni Baptistæ & Jacobo justo, fratri Domini, perhibet; sed & Judæi
reliqui; ipsique Talmudici; quamquam admittis falsis multis & hor-
rendis; per quas tamen blasphemias veritatis radii quidam interlucent.
Quale est, quod Mariam meretricio cognomento, Stadam; & Jose-
phum, cui juxta veteres Pantheri nomen, Pandiram indignant. Narrant
præterea ipsum magicas artes in Ægypto didicisse, atque ita miracula
patrasse: veteri calumnia: *Pharisæi autem dixerunt; in principe demonio-
rum ejicit demonia*, Matth. 9:34. conf. 12: 42. Quæ tacita miraculorum
ejus confessio est. Ita denique in Talmude *regni propinquus fuisse, ac ve-
spera paschatis, propter præstigias & apostasiam* (h. e. miracula, quodque
Deum Israëlis vocaret Patrem suum) *suspensus* legitur.

CAPUT VII.

Iudæorum in hoc capite errores.

JUDÆO-
RUM in
Messia a-
gnosendo
cæcitas,
eorumque
errores.




I. Tque ita veritas abunde patet, & quem scripsit *Moses in lege, & propheta, invenimus, Jesum, filium Josephi à Nazareth*, Joh. 1:46. Contra quem Judæorum natio tamen oculos claudit, atque animum suum ingenti odio obfirmat, & lucis istius radios ac tela tandem omnia in se extinguit: partim perverfis de Messia ipso thesibus ac commentis, quæ eos aberrare faciunt ne verum unquam Messiam inveniant; partim nugacibus quibusdam contra Christum nostrum objectamentis & exceptiunculis; denique & à pseudo-Messis suis sæpe decepti & ludibrio habiti.


II. *Circa Messiam ipsum*; quanquam aliqui ipsum Hiskiaæ tempore jam olim venisse; alii pridem natum, & hodieque in mundo agere, sed dissimulato oris habitu, ut agnosci nequeat, testentur; manet tamen hic fidei Judaicæ articulus, expectandum Messiam, adventumque ipsius quotidianis votis ac precibus flagitandum. Quanquam illum, præ pudore, ac ne mundo iterum ludibrium debeant, ad finem ferme mundi, ac rerum omnium consummationem rejiciant.

III. Messiam autem suum faciunt duplicem; unum filium Josephi,
ex

conf. 631
1. 11. 12.

1. Circa
Messiam in
genere.





conf. 5 di: 1. 28.

ex tribu Ephraim, qui in prælio contra Gogum occubiturus sit; alterum Davidis filium, victorem perpetuo & felicem: quod, ad oracula, quæ de utroque Messia statu, cum humili, tum glorioso, agunt, evitanda, excogitatum, & Scripturæ, & veterum Judæorum fidei, qui unicum tantum Messiam expectarunt, apertè refragatur.

IV. Revera autem nihil magni ac divini ab ipso expectant, cum regem solum terrenum faciant, qui Judæorum gentem, post longum exilium, liberaturus; ipsisque, paulo ante mundi interitum, terram, templum ac sceptrum suum redditurus; ac 40 circiter annos imperaturus sit. Quæ etiam ipsis Messia nota ac character est: non doctrina cœlestis, vel miracula: sed felicitas externa, belli gloria, gentis liberatio &c. Ut si quis inter eos vir insignis oriretur, qui ipsos liberare, ac in terram reducere posset; ille procul dubio ab ipsis pro Messia agnoscendus foret. Ita vero Judæi palam religioni ac spei suæ convitium fecerunt; ac profano isto de Messia commento omnem sibi ad verum Messiam agnoscendum aditum præcluserunt.

V. Unde non mirum est, eos nec *Jesum Nazarenum* pro vero Messia agnoscere posse. Cum notas illas, quas in suo Messia quærent, in ipso non invenient. Offenduntur enim magnopere humili ejus in terris statu & mortis contumeliâ, quam à gente ista perpeffus est. Cum tamen hæc veri Messia potius indicia sint; nec apud præcos Judæos quicquam celebrius sit, quam **כבלי המשיח** *dolores Messia*.

11. Circa
Jesum Na-
zarenum.

VI. Quod enim præterea vatum quorundam sacrorum dicta adferunt, quorum fidem in Christo nostro requirunt: ut cum montis templi elationem supra alios omnes montes; & longa pacis tempora; & serarum armentorumque concordiam, ipso regnante canunt, Esai. 2. Hag. 2. illa quidem ænigmata & parabolas esse vel cæcus videat; quibus partim doctrinæ à Zione prodeuntis celebritas, Ecclesiæ gloria ac latitudo, gentiumque omnium ad sacrum illum montem concursus; partim, rupto per Christi mortem velo intermedio, vocatisque ad Ecclesiam gentibus, & ferociam per mitem Euangelii sermonem ponere jussis, populorum sub Christo rege concordia, & publica mundi pax ac quies, cessante in nova Ecclesia Judæi ac Ethnici, omniumque omnino hominum, discrimine, augustis verbis denotatur. Quod externum enim rerum statum spectat, Ecclesiam tum nondum laboribus omnibus defunctam fore, sed æstuoso veluti freto iterum in altum resorbendam, ac restare ipsi adhuc altera bella, & longa rerum discrimina, ante-

quam

quam regno suo potitura sit, nec prophetæ tacuerunt, nec Christus dissimulavit; *An putatis, me venisse ad pacem dandum in terrâ? non, dico vobis, sed potius divisionem.* Luc. 12: 51. atque ipsi denique Judæi fatentur; dum Messiam suum variarum gentium victorem faciunt; qui Judæos non sine vulneribus & cæde ad regnatas majoribus terras reducturus sit. Ut istorum temporum pacem alio modo accipere necesse sit; de pace nempè spirituali & cœlesti, deque gentium populorumque in eandem Christi doctrinam consensu & concordia, nullis exclusis, aut extra Ecclesiæ pomeria ablegatis.

III. Circa
Pseudo-
Christus

VII. Atque ex hoc, de vero Messia notisque ejus. errore, Judæi non solum Jesum Nazarenum, ut imparem, istoque fastigio minorem, impie repudiaverunt: sed justo Dei judicio obvium quemque, qui sacrum illud nomen præferre ausus erat, acceperunt; & levissimi cujusque impostoris spoliū & ludibriū fuerunt. Ut Christi vaticinio Joh. 5:43. *Ego veni in nomine Patris mei; & non accipitis me. Si alius veniat in nomine proprio, illum accipietis: fides fieret.* Quales fuere, tempore Adriani imp. *Bar Cochab, filius stellæ*, juxta Num. 24:17. *Incedet stella ex Jacobo* &c. postea *Bar Cozba, filius mendacii* dictus. Sub Theodosio juniore, pseudo-*Moses Cretenfis*. Maimonidis tempore, in Persia, *David al David*, præstigiator ac magus. Et superiori sæculo Rabbi *Lemlem*, in Germania. Ne nostræ ætatis dedecora, nuperosque in Asia motus tangam. Quorum nullus discipulos sectamve superstitem reliquit; multo minus mundum à profanis ritibus expiavit, ac triuni cœli ac terræ conditori parere jussit. Quæ solius Jesu Nazareni laus & gloria est. Cujus reditus ac adventus ultimus, adhuc expectandus, & perpetuis precibus festinandus est.

Cur ad ultima mundi tempora Messia adventus dilatus sit?

≈ VIII. Quæri autem nonnunquam solet, cur Messiaæ adventus, de quo jam egimus, tam diu, atque in ista demum, quæ vidimus, mundi tempora dilatus sit? Ad quod respondere licet, istam temporum œconomiam sapientibus de causis Deo placuisse, ut ex universa ejus administratione ac eventu patet. Ita enim umbræ debebant præcedere corpus; & magni adeo operis fundamentum prius jaci; & desiderium ac expectatio ejus excitari; denique peccati vis ac regnum, & omnium quæ unquam adhibita fuerunt expiationum imbecillitas ostentari: ut humani generis miseria magis elucefceret, Christi que salvatoris necessitas ac pretium constaret.

x VIII. Confer. do Mag. Hal. 2 fol. 30-32.

Ad. Mamma. sup hoc et seq. Cap

Mag. Hal.

in ipso sunt verba dei Joh. 1: 1. placuit deo per ipsum
hominibus loqui et agere Heb. 1: 3. 2. quia potius apud deum notis a quibus
poterat apud deum adoptionem quam per operis et iniquitatis de illis
in quo dicitur et sic agere deo et atq. 3. quia potius notis a quibus
erat adorationis ad deum quam deum qui autem qui a quibus effulget glo
et ex parte in ungo substantia deus et deus 4. quia potius notis
ad ipso ut essent sacerdotes dei et in ipso corde. 5. quia de deo a
a deo factis et unum Heb. 1: 3. quia autem et sic poterat sustinere
tandem in medio dei et hominum quibus qui in trinitate
coeque et indiat


LOCUS TRIGESIMUS TERTIUS

D E

Christi Persona & Incarnatione.

CAPUT VIII.

De persona & naturis Christi. *scilicet Monna*

I.  Tque ita de Messia, deque adventu ejus constat. Videamus nunc qualis quantusque inter homines apparuerit, & quis visus fuerit. *Christi persona qualis?* *Deus videl. in carne manifestatus.* 1. Tim. 3: 16. *Et sermo caro factus, qui habitavit in nobis, plenus gratiâ & veritate.* Joh. 1: 14. *Quam 1. personæ considerationem sequentur 2. ejus status & officia.*

II. Circa personam occurrunt 1. *naturæ ejus diversæ* : 2. earum *unio.* 3. *Unionis illius consummatio ac terminus, in incarnatione.* *illius NATURÆ;*

III. Natura est, cum *assumens*, tum *assumpta.*

IV. Natura *assumens* est *divina*, non in latitudine sua sumpta, sed quatenus in persona filii seu λόγος subsistit. *seve DIVINA, Filii.* Incaute enim loquuntur *Lutherani* quidam, cum naturam divinam corporatam dicunt; quod personæ proprium est. Estque hic gradus ad veterum Sabellianorum & Patripassianorum errorém; qui, cum de personarum distinctione, ut ante vidimus, non multum laborarent, totam trinitatem incarnatam dixere. Solent autem in scholis hæc ita distingui, quod incarnatio inchoativè & effectivè quidem totius trinitatis sit, terminativè autem solius filii.

V. Cur autem filius hominem induerit, & non alia trinitatis persona? itemque an non plures personæ eandem numero naturam assumere potuerint? quærere irreligiosum est. Fuitque hoc Scholasticæ Theologiæ probum, illa Dei arcana tam parum revereri, ac ingenio suo tentare, cælumque ipsum stultitia sua impetere. Quod non simplex scelus & flagitium est. Quanquam à posteriori, cum filium in carne visum Scriptura testatur, ultro tum agnoscimus, Deum non dedecere, filium suum,

D


quem


quem amat, cujus gloriam quaerit, & per quem mundum condidit, quique mundi salus & vita est, etiam, ad redimendum ac salvandum eum, in mundum mittere. Atque hic acquiescere debemus.

*assumpta,
sive HU-
MANA;
vera.*

VI. Extremum alterum est *natura humana*, vera & integra nostraeque per omnia similis, excepto solo peccato.

VII. *Veram carnem* induisse tum expressis sacrae Scripturae testimoniis; tum ex singulis naturae humanae partibus, earumque proprietatibus & affectionibus constat. *Et sermo caro factus est.* Joh. 1:14. *Quia ergo pueri communem habent carnem & sanguinem, & ipse similiter particeps factus est eorundem.* Hebr. 2:14. *Debuit per omnia fratribus similari,* v.17. *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia ad similitudinem absque peccato.* Hebr. 4:14. *Enim vero morbos nostros ipse tulit, & dolores nostros bajulavit,* Esai. 53:4. *Videte manus meas, & pedes meos, quod ego ipse sim. Contrectate me, & videte; quod spiritus carnem nec ossa habeat, sicut me habere videtis.* Luc. 24:39. Ac speciatim de corpore, corporeisque affectionibus, cum essentialibus, quod nimirum illud visibile, palpabile, numerisque ac partibus suis dimensum fuerit; tum accidentalibus, ipsisque etiam infirmitatibus corporeis, fame, siti, defatigatione &c. videre licet: *Corpus autem aptasti mihi.* Hebr. 10:5. *Accipite, edite, hoc est corpus meum,* Matth. 26:26. *Hic enim est sanguis meus &c.* v.28. *Os non conteretur ipsi.* Joh. 19:36. *Et Jesus profecit sapientia & statura &c.* Luc. 2:52. *Non erat ei species, & non decus; & videbamus illum, & non erat spectabilis forma, & appetere illum.* Esai. 53:2. *Clamans voce magna dimisit spiritum.* Matth. 27:50. Ac de animae ejusque proprietatibus omnibus; praesertim intellectu, voluntate, affectibus; quin & imperfectionibus non culpabilibus; videri pariter possunt sequentia loca: *Supra modum moesta est anima mea ad mortem usque,* Matth. 26:38. *Et Jesus profecit sapientia & statura,* Luc. 2:52. *Non vero ut ego volo, sed ut tu vis.* Matth. 26:39. *Qui in diebus carnis petitiones & supplicationes — cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus à metu, didicit obedientiam.* Hebr. 5:7. *Jesus igitur, ut vidit eam flentem, & qui venerant cum eâ Judaeos flentes, infremuit Spiritu, & commovit seipsum.* Joh. 11:33. *Et videns è longinquo sicum, habentem folia, venit, si forte quid in eâ inveniat. Et ad ipsam accedens, nihil invenit.* Marc. 11:13. *De illo autem die & hora nullus novit, neque angeli, qui in caelo sunt, neque Filius, nisi Pater.* v.32.





VIII. Ut rejiciendi hic veniant veterum hereticorum errores, qui Christi olim naturam humanam impugnarunt. Quam totam everfam ibant *Marcionita*, *Manichei*, cæterique *Doceta* dicti, qui non verum corpus, sed externam hominis speciem, corporisque phantasma ac spectrum Christo imposuere. Quos non male Tertullianus *imaginarios Christianos* appellat; atque hoc argumento obruit, *Si Christi caro phantastica, tum et omnia quæ per carnem gesta sunt*. Ex parte eam destruebant *ἀψυχοι* dicti, qui animæ loco *λεγειον* ac divinitatem constituebant, ut *Arius* & *Apollinaris*, quanquam diversa uterque ratione. Nec ablu-
debat *Eutyches*, qui confusus naturarum proprietatibus, unicam in Christo naturam restare, nec quicquam magnopere de homine superesse, docuit. Quem errorem cum aperta fronte fateri non auderent, per posticum revocabant *Monothelæ*, unicam in Christo voluntatem statuentes. Sicut earum quoque propago fuerunt *Agnoëtæ* dicti, quorum princeps Themisti-
us, Diaconus Alexandrinus; ut *Apellis*, *Valentini*, aliorumque portenta fileam, qui Christi corpus de syderum materia, animamque ejus de Dei substantia delibabant; & non ex virgine, sed per virginem, perque naturales ejus egressus in mundum editum dicebant. Ita hi omnes *ὁμοσίαν* naturæ Christi humanæ, eandemque cum nostrâ originem negabant; & Christo vel non veram, vel aliunde derivatam carnem tribuebant; ac animam vel tollebant prorsus, vel longe ante natum eum præ-extitisse, & ex Deo ipso decerptam, errabant.

IX. Nostro sæculo (ut *Pontificios* præteream, qui humanam Christi naturam nonnihil carpunt, ac veterum hæreticorum salivas lambunt; dum Christum viatorem simul & comprehensorem pronunciant, eumque nihil unquam ignorasse, nullisque perturbationibus agitatum, docent: quæ non tam extollendæ quam minuendæ veræ ejus humanitati faciunt) eandem sectam tenuere *Swenkfeldiani*, *Weigeliani* & *Anabaptistæ*; qui, etsi inter se discordes, in hoc tamen conveniunt, quod carnis dominicæ originem aliunde quam ex Mariâ virgine arcessunt. Nec ablu-
dunt *Sociniani*, qui non Adamo Christum ortum, sed è materia immed-
iate à Deo creata, virginisque utero immissa, editum affirmant.

X. Quibus omnibus obstat 1. *Scripturarum auctoritas*. Quæ Christi non solum veram carnem, nostræ huic similem & *ὁμοσίον*, ut jam vidimus; sed eandem nobiscum originem attribuunt: & Christum non solum *hominem*, sed passim *hominis filium*, *mulieris*, Evæ videlicet, quæ ex illo oraculo viventium mater dicta fuit, *semen*. Gen. 3: 15. *Abra-*

*impugnata
à variis
hæreticis.*


et contra eos asserta.

hami ac Davidis sobolem & filium, ex visceribus ejus ortum, 2. Sam. 7: 12. quod carnem attinet, Rom. 1: 3. appellant. Ad quos adeo, tanquam ad stirpis auctores, generis quoque ejus series longo progenitorum ordine deducitur Luc. 3. Matth. 1. Ac de Maria ejus matre, utque uterum ferre cœperit, ac divino onere gravida istum filium suum sueto tempore enixa fuerit, ac primogenitum ventris fructum ediderit, aliisque, eodem modo sermo fit, ut de aliis matribus fieri consuevit. Quæ nimis valida sunt, quam ut Christi per virginem transitum, ac divinitatis in corpore ejus hospitantis levem tantummodo moram designent. Quibus 2. Accedit & ratio ex Scripturis petita: quod munus ac officium ejus talem requirerent carnem, quæ nobis non aliena foret. Cum enim generis humani redemptor, ac Goël, atque electorum caput futurus foret; certe nos fratres ipsius atque membra debebamus esse; ut ipse veluti verus Goël, cognatam ac consanguineam sibi carnem servare; electosque homines tanquam proprium corpus, ipsosque artus suos, ac membra, adspicere, tenerrimeque adamare posset. Quod Apostolus urget Eph. 5: 23, 25, 26. *Quoniam vir est caput uxoris, ut & Christus est caput Ecclesia: & is est qui salutem dat corpori. Vixi diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semet ipsum exposuit pro eâ. & Hebr. 2: 11. Nam & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes. Quam ob causam non erubescit eos vocare fratres.* Tandem & 3. adversantium sententiarum absurditas & intemperies, quæ miris adeo modis Christi corpus contexunt, ut cœlestis id originis faciant, illas ipsas satis perimit; ut debellandis illis monstris inhærere necesse non sit.


XI. Sed objiciunt: Christum appellari *Dominum de cœlo*, 1. Cor. 15: 47. & *factum in spiritum vivificantem*, v. 45. *deque cœlo descendisse*; Joh. 3: 13. & *sine patre ac matre fuisse*, Hebr. 1: 3. Quæ illi pro acumine suo de solâ ejus naturâ humana intelligunt; cum de toto Christo sermo sit, qui nobilioris naturæ respectu Dominus de cœlo fuit; deque cœlo veluti descendit cum sese in carne ostenderet; atque illa carnis cum deitate unione in spiritum vivificantem evasit; denique & sine patre ac matre in terris fuit.

Naturæ
r. m ha
rum UNIO
personalis.

XII. Postquam utramque Christi naturam vidimus, sequitur explicanda earum unio: quæ non mutatione vel conversione aliqua peracta est, cujus divinitas incapax est; sed assumptione, ac divinæ naturæ in humana carne manifestatione ac inhabitatione. *Non enim sane uspiam angelos apprehendit, sed semen Abrahami apprehendit.* Hebr. 2: 16. *Sed se ipsum*







ipsum exinanivit, dum formam servi assumpsit, quando in similitudine hominis esse incepit, Phil. 2:7. Deus est manifestatus in carne. 1. Tim. 3: 16. Et sermo caro factus est: & habitavit in nobis, plenus gratiâ & veritate. Joh. 1: 14. Quæ assumptio vulgo personalis dicitur, quod propius considerandum.

XIII. Est autem *persona* natura rationalis, ipsa per sese subsistens, nec alteri cuidam unita. Quæ *subsistentia* non quidem aliquid positivum *qualis illa sit?* dicit, aut quidquam substantiæ superaddit, cum omni substantiæ per sese existenti necessario conveniat; sed illum substantiæ modum indicat, quo illa actu per se completa est, nec ad alterius rei compositionem vel constitutionem ordinatur. Accedente enim tali *ordinatione*, vel divinâ, vel humanâ, persona esse desinit: quæ ordinatio ipsi etiam personæ accidere potest.

XIV. Communicantur autem duæ substantiæ atque coalescunt in unam personam, ubi ita conjunguntur, ut actiones & passionis utriusque toti composito communi nomine appellato attribuantur. Per quod nihil quidem positivum illis substantiis superadditur, sed tantum relatio, atque inde denominatio aliqua, per ordinationem, seu divinam, seu humanam.

XV. Atque ita in hoc mysterio, *unio personalis* nihil aliud est, quam quod persona secunda trinitatis, cum antea non esset conjuncta cum aliâ naturâ ad constituendum unum suppositum, nunc per ordinationem propriam ita cum illa conjungatur, ut utriusque actiones & alterius passionis toti composito, communi nomine appellato, attribuantur. Unde ex duabus hisce naturis unum quasi in Christo oritur suppositum, quod verè subsistit, cum illi ulterior ad aliam substantiam ordinatio denegetur.

XVI. Humanitas ergo revera persona fuisset, si sola substitisset; nunc autem cum à primo ortu ad naturam divinam ordinata fuerit, in *λόγω* subsistit, & cum illo unum suppositum constituit. Ut male concludant Sociniani, naturam Christi humanam personam esse, quia est substantia prima intelligens. Quod in ea verum fuisset, uti in omni substantia intelligente, nisi ad divinam naturam condita & ordinata fuisset.

XVII. Bene autem concludi hinc potest, cum scholasticis, substantiam irrationalem hypostaticè assumi non potuisse. Sed male iidem rursus inferunt, personam humanam à *λόγω* assumptibilem non fuisse, cum illa jam propriam personalitatem habeat. Quid enim illa personalitas aliud dicit, quam quod illa ad aliam personam hæctenus ordinata non

erat, utcunque eo ordinari possët? quam tamen ordinationem per divinitatis assumptionem acquisivisset, & sic persona esse desiisset. Quod nulla ex parte pugnat.

XVIII. Ad dubium: an duæ hæ naturæ duas partés fecerint, ex quibus persona veluti composita sit? Resp. improprie, præsertim de divina natura, ista vocabula usurpari, cum potius principia diversa, divino nexu inter se conjuncta ac unita, dicenda sint. Similia etiam quæ hic adhibent, pleraque incongrua sunt. Appositissimum est, quod de anima humana in corpore hospitante accersitur; ubi duæ substantiæ, in sese completæ, ita divina ordinatione junguntur, ut exinde actiones utriusque & passiones toti composito communes sint. Quanquam nec hic omnia quadrent.

Et quomodo
da à veteribus
expressa?

XIX. Veritas *modusque* hujus unionis optime expressus est à concilio Chalcedonensi A. C. 451. ubi coërcendis Nestorii ac Eutychetis erroribus, qui diversis ex partibus personam Christi lacerabant orthodoxi vocabulis quibusdam, ceu repagulis, Christianam fidem sepserunt; dum unionem eam factam sciverunt, ἡ Ἀγαμέμωτος, ἀχωρίτως, ἀτρέπτως & ἀσυγχύτως.


contra errores, cum
Nestorii,

XX. Nestorii, qui jam in concilio œcumenico Ephesino, A. C. 431. damnatus erat, error ferebatur: quod non naturas solum, sed & personas divideret; quas in Christo duas statuebat, divinam & humanam, pro duplici videl. natura. Quod revera, præterquam quod non *unum mediatores* faciebat, juxta Paulum 1. Tim. 2: 5. 1. Cor. 8: 6. sed duplicem, divinitatis quoque Christi abnegatio, & testum Arianismi virus erat; ac mediatorem faciebat nudum hominem, in quo divinitas non alio modo, quam in prophetis ac sanctis olim, præsens erat, ac externa quadam conjunctione, ac κατὰ τὸ θεῖον, ut loquebantur, inhabitabat: cum tota plenitudo deitatis in ipso habitet corporaliter, Col. 2: 9. Quanquam alii Nestorium excusare malint, nec tanta peccasse autement. Ut ut sit, etsi forte de Nestorio obscurius esset; error tamen quem edunt patres, recte damnatus & Synodi auctoritate confossus fuit.

tam Eutychis,

XXI. Contrarius error fuit Eutychis, Archimandritæ Constantinopolitani: cum quo fecit Dioscorus, patriarcha Alexandrinus: unde sectæ hujus partiarrii modo Eutychetæ, modo Dioscoritæ, appellantur. Ille autem, Nestorium oppugnans, in contrarium ferebatur; & ne duas in Christo personas agnosceret, unam tantum in eo statuebat naturam. Ex eodem autem fonte peccabat, unde Nestorius. Damnatus est in concilio Chalcedonensi A. C. 451.

Quem



t
F
P
f
p
ac
tio
fun
unt
non
plere
fing
Spiri
oper
Cor
alra
gratia
lectus
fuerim
me. P. C.
p. d. de
p. d. de
corpe &
corpe &
legatus
sta. C. a.
monis

XXII. Quem errorem aliqua ex parte imitantur *Lutherani* quidam, qui unionem naturarum in naturæ humanæ cum divina exæquatione, vel divinarum proprietatum communicatione, collocare, saltem verbis quibusdam, videntur. Gravius autem errant *Anabaptistarum* quidam, qui deitatem in humanitatem commutatam volunt; &, quamquam Christum Deum & hominem affirmant, duas tamen in eo naturas negant: unam in eo delirantes superesse naturam, & vitam, & essentiam; quæ simul à patre processerit, & ex patribus sit genita; extinctâ prioris naturæ essentia, ubi altera cœperit. Ita illi omnem unionem hypostaticam abnegant. Gravissimè vero peccant *Sociniani*, qui universum hoc incarnationis mysterium, omnemque naturarum unionem pro fabula & commento habent.

XXIII. Succedunt nunc unionis hujus *effecta*; partim in donorum ac gratiæ communicatione, in *natura humana*; partim in communicatione idiomatum utriusque naturæ, quoad *personam*.

XXIV. Quæ humanæ naturæ ex ea unione communicata sunt, hæc sunt: 1. *Gratia unionis*, qua ea in divinæ naturæ societatem assumpta, unum cum ea Θεάνθρωπον constituit. Quod non exiguum decus atque χάρισμα est. Quod Deus in carne nostra habitare, illamque ut sibi non alienam adamare, & tanquam proprium corpus divinitate sua implere voluerit. Ut natura nostra hoc pacto proximè infra divinum fastigium collocata sit. 2. *Gratia habitualis*, donorumque omnium S. Spiritus communicatio, ea perfectione ac modo, quam creata natura capere potest. Non enim ex mensura dat Deus (ipsi, & in ipso nobis) Spiritum. Joh. 3:34. Propterea unxit te, ô Deus, Deus tuus oleo alacritatis ultra consortes tuos. Psal. 45: 8. conf. Hebr. 1: 9. Quo pertinet & gratia, quâ Christus peccare nunquam potuit; cum in tanta luce intellectus, ac perfecto voluntatis amore, sanctisque motibus, aberrare prorsus impossibile foret. Unde de se ipso dicit: In noctibus castigant me renes mei. Psal. 16:7. & ipse appellatur *præco*, vel *index*, qui non mentitur. Hab. 2: 3. & de ipso dicitur. Non est fraus in ore ejus, Esai. 53: 10. sed *judicat in justitia*, Esai. 11:4. 3. *Gratia potestatis mediatoriæ*; qua Ecclesiæ sponfor, caput & Rex, atque universi mundi iudex est. Et potestatem dedit ipsi etiam *judicium faciendi*, quia filius hominis est. Joh. 5:27. 4. Quam consequitur gratia *adorationis*, seu summus honor, & adoratio, quæ Christo Θεάνθρωπον debetur, Hebr. 1.6. Non quod proximum & formale adorationis fundamentum sit munus mediatorium; cum illud sit ipsius

recentiorumque.

Unionis
hujus EF-
FECTA.1. In com-
municatio-
ne dono-
rum, &
gratiæ
qua mul-
tiplex.

divi-

divinitas: multo minus quod, cum Lutheranis quibusdam, ipsa Christi humanitas, in persona ἡ λόγος adoranda sit; quod foret personas discernere, & ad Socinianos ἀνθρώπων λόγους accedere. Sed quod illa persona, quæ mediator est, omnino adoranda sit; ipsumque munus mediatorum divinum honorem quoque includat: cum ad eum, qui isto munere fungitur, preces omnes, atque vota fidelium omnisque Ecclesiæ affectus & cultus tendere debeant: & non minus fideli redemptori nostro, quam creatori animas nostras credere possimus ac debeamus.

XXV. 5. Accedit tandem, tanquam effectus hujus unionis, quod *filius hominis* factus sit *filius Dei*; non adoptivus; ut olim volebant hæretici, *adoptionarii* dicti, Elipandus & Felix Urgelitanus, in concilio Francosurtenfi, sub Carolo M. A. C. 794. damnati; sed verus & proprius: juxta Rom. 8: 32. *qui quidem proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum* &c. Quod dextre intelligendum est. Non enim strictè secundum humanam naturam, si eam abstractè sumas, ac de formali causa filiationis quæras, proprius Dei filius appellari potest. Sed proprie hæc appellatio ἡ Θεοῦ υἱότης est, ac Christo mediatori convenit: proprie quidem quatenus Deus est; sed consequenter etiam quatenus humana carne vestitus est; quæ in unitatem personæ accepta, ab ipso non aliena, nec tanquam extranea considerari potest; sed ista unionione in eundem filiationis honorem & appellationem venit. Ut Deus Christum hominem, non tanquam filium adoptivum (est enim adoptio personæ extraneæ) sed tanquam proprium consideret, & amet: eademque persona, quæ homo est hominisque filius, etiam Deus propriusque Dei filius existat.


II. In communicatione idiomatum:

XXVI. Alterum hypostaticæ unionis effectum est, proprietatum atque *idiomatum* utriusque naturæ in eadem persona conspiratio & *communicatio*. Unde de persona illæ quoque prædicantur: idque vel *directius*, cum personæ naturæ illius proprietates adscribuntur, à qua ipsa tum appellatur; vel *indirectius*, cum, à diversa natura denominata, alterius naturæ proprietates gerit. Prior communicatio realis; altera, quæ in prædicatione potissimum consistit, verbalis magisque impropria appellari solet. Quanquam, si fundamentum spectes, unionem personalem, omnis hæc prædicatio realis sit: cum solo loquendi modo verbalis & synecdochica sit, nimirum quoad diversas naturas; unde hæc prædicatio in concreto, non autem in abstracto peragitur.

delicta à

XXVII. Corruerunt hanc idiomatum communicationem, ac in rea-





realem divinæ naturæ proprietatum communionem sic satis transmutarunt Lutherani quidam. Quam vetustiores unionis personalis formam; recentiores ejus effectum ac consequens dixere; Rintelenses autem nuper paulo aliter explicuerunt. Ipsa autem Augustana confessio commentum hoc ignorat; ac Flaccianorum illud inventum est, in subsidium ubiquitatis suæ advocatum.

quibusdam
Lutheranis.

XXVIII. Verum contra eam proprietatum divinarum transfusionem facit: 1. ipsarum *proprietatum natura*, quæ, si verè proprietates sunt, alii naturæ, utcunque unitæ (cum unio ea salvis rerum naturis & proprietatibus fiat) communicari nequeunt. 2. Ac præsertim summa earum in Deo unio est. Cum enim ab essentia divina non differant, ipsam ejus essentiam simul communicari & transfundi oportet. 3. Et quam rationem dabunt, cur non *omnes proprietates*, adeoque & ipsam Dei æternitatem, sed quasdam tantum communitas statuunt? cum ipsæ inter sese non distinguantur, nec in Deo detur aliud & aliud. 4. Quin, si, vi unionis, de natura divina humana accipiat, cur non eadem ratione *humana nature proprietates* in divinam transfundentur; cum unio illa mutua & reciproca sit? 5. Sed non solum naturam divinam, ejusque proprietates, commento isto multipliciter violant adversarii; sed ipsam naturarum *unionem* in Christo lædunt. Unio enim dicenda non est, ubi unius naturæ propemodum extinctio, atque alterius naturæ proprietatum transmeatio & confusio asseritur. Cum tamen in Christo hæc distincta sint; una videl. persona, unumque agens; duo principia activa; atque hinc fluentes duplices actiones, veteribus Θεανδρικῆ dictæ; quæ in unum denique Σοπιλευσμα atque opus rursus coeunt & conveniunt.

Qui confusantur in genere.

XXIX. Hæc in genere. Speciatim autem naturæ humanæ communicatam volunt divinam λόγῃ *hypostasim*; ejusque attributa, *omnipotentiam, omniscientiam, omnipresentiam, potestatem judicariam*, seu remittendi peccata, & vim vivificandi. Ad quæ in specie reponimus.

in specie,

XXX. 1. *Subsistentiam* perperam humanæ naturæ tribui, cum illa toti personæ ac Θεανθρωπῶ proprie conveniat. Atque iste Apostoli ad Col. 2: 9. sensus est, ubi de persona Christi dicitur, in ea inhabitare omnem deitatis plenitudinem. conf. Eph. 3: 18, 19. Si enim separatim quoque humanæ naturæ *subsistentia* tribuatur, jam duæ erunt in Christo personæ.

ratione
subsistentia.

XXXI. Nec 2. *omnipotentia* illi tribui potest. Nam hoc pacto vel duæ omnipotentia ac duo omnipotentes erunt; vel, si eadem sit utrius-

omnipotentia.


que naturæ omnipotentia, natura humana divinarum operationum formale principium statuetur. Quod absurdum est. Quanquam nuperi Rintelenfes paulo mitius sententiam suam ediderint, & non tam omnipotentiam, quam divinam majestatem naturæ humanæ tribuerint, supremumque dominium, quod per omnipotentiam, ut principium hypostaticè sibi conjunctum, exerceat.


XXXII. Atque huc quoque spectat quod objiunt ex Matth. 28:18. *Data est mihi omnis potestas &c.* Quo loco non de humana natura in abstracto, sed de personâ agitur; nec de omnipotentia & imperandi virtute, sed de potestate, ἐξουσία, & imperandi auctoritate, sermo est: quæ ipsa humanæ naturæ ex parte convenit; cum adjunctam sibi habeat divinam naturam, quæ infinitâ potentiâ ad id munus exercendum prædita est.

Omniscientia.

XXXIII. 3. *Omniscientiam* Christo homini adscribunt; quæ, cum ex divinitatis conjunctione in illum transfusa fuerit, ipso actu semper in ipso extiterit; cum λόγον, veluti oraculum aliquod, semper præsentem habuerit, eumque sibi semper adradientem, & tantum non obnoxium, ac perpetuâ luce humanitatem, in qua habitabat, collustrantem expertus fuerit. Sicut & *Pontificii*, quanquam alio ex fonte, Christum ab initio conceptionis sapientia perfectum statuunt; quod tamen de scientia habituali ac infusa, non vero de acquisita ac experimentalis, intelligunt.

XXXIV. Nos quod attinet, in Christo homine agnoscimus triplicem scientiam, *naturalem, infusam* sive revelatam, denique *beatificam*, qua humana ejus natura nunc in cœlis fruitur; nullam autem omniscientiam. Nam scientia ejus *naturalis*, pro ætatis auctu, incrementa sumit; tum ex ideis innatis, quæ paulatim clariores ac defœcatiores ipsi affulgabant, idque longe felicius ac celerius quam ulli hominum; tum ex rerum experientia ac usu, quomodo lectionem, scriptionem, ut reliqua infantum ætas, atque artem quoque fabrilem addidit. *Nonne iste est faber ille, filius Mariæ?* Marc. 6: 3. Scientia *infusa* ex divinæ gratiæ arbitrio ac modo, ac pro diversa lucis istius radiatione ac copia, gradus suos habuit: cum λόγον, veluti domesticum oraculum, in potestate sua non haberet; nec illuminationes ejus accipere posset quotiens liberet; sed, non aliter ac prophetæ, licet longè majori gradu, lucis illius tempora ac modum expectare cogeretur. Imo qualiscunque illa illuminatio ponatur, eo ipso omniscientiam tollit. Tandem nec scientia ejus in cœlis, quam humanitatem ejus satiare & prorsus beare possit, infinita est, cum longo





longo intervallo infra Dei ipsius scientiam posita sit.

XXXV. Unde & ignorantia quarundam rerum in Christo fuit, dum in terris ageret. Non illa quæ in vitio poneretur, quæque ipsum in iudicando aberrare faceret; cum extra peccati noxam positus, illum mentis habitum haberet, ut de rebus nisi benè perceptis ac examinatis non iudicaret; sed quæ simplicis esset nescientiæ, extra culpam ac animæ labem. Quomodo *diem iudicii* ignorasse dicitur, Marc. 13:32. cum ille in fatis adhuc lateret, nec mortali ulli revelatus esset. Ac de *ficu* arbore hæsit, ac dubitavit, an forte, alieno anni tempore, præcoces fructus haberet, quos præmaturo virore & frondibus spondebat. Marc. 11: 13. Unde & scientia ejus incrementi capax fuit. Sicuti Luc. 2: 40. dicitur: *Puerulus crescebat & corroborabatur spiritu, implebaturque sapientia, & gratia Dei erat super eum:* & com. 52. *Iesus vero proficiebat sapientia, & statura apud Deum & homines.* Primæ enim ejus ætatis auctus ac læta incrementa isto in loco narrantur, memorato insigni sapientiæ ejus in tenebris annis rudimento.

XXXVI. 4. Similiter *omnipræsentiam*, & παντοπιαν Christi humanæ naturæ tribuunt: quam maximè adoptarunt Lutheranorum illi, qui cuderunt formulam concordie Bergensis; atque eam præcipue ex naturarum unione deduxerunt, quam perperam in exæquatione earum constituunt. Ac miris distinctionum formis ac præstigiis insociabilem ac contradictoriam istam sententiam tuentur: dum Christi corpus non uno modo præsens esse nugantur, videl. *circumscriptivè*, à parte naturæ; & *definitivè*, à parte unionis; *localiter*, in uno loco; & *spiritualiter*, in omnibus: rursusque quoad *actum naturalem*, cui certo tantum in loco esse concedunt; & *personalem*, cui omnipræsentiam adfingunt; idque vel *in actu primo*, dum in statu exinanitionis esset; vel *in actu secundo*, in exaltatione. Quomodo & diversos corporis Christi respectus statuunt, vel secundum *naturæ* proprietates, vel *gratiam* unionis, vel *gloriam* exaltationis. Quæ omnia pugnancia sunt. Verum tot velamentis opus est, ad insanæ sententiæ dedecus tegendum; istoque ambitu eo tandem veniendum erat, ut natura humana tantum non deificaretur.

XXXVII. Contra, Christi humanitatem aut omnipræsentem aut multipræsentem esse, nec Scriptura, nec natura patitur. Ut enim Christianæ fidei articulos præteream, in quos propudiosa ista sententia incurrit; aperta extant Scripturæ testimonia, quæ corpus ejus finitum, nec toto orbe sparsum ac diffusum testantur. Ad statum enim exinani-

tionis pertinet, quod est Joh. 6:41. *Quum igitur vidit turba, ibi Jesum non esse.* & 11: 15. *Lator propter vos (ut credatis) quod non fui ibi. Sed eamus ad ipsum.* & 16: 28. *Exivi à patre, & veni in mundum: rursus relinquo mundum & proficiscor ad patrem.* Atque ad statum exaltationis pertinent loca sequentia: *Semper enim pauperes habetis vobiscum; me vero non semper habetis.* Matth. 26: 11. *Et factum est, cum ipse benediceret illis, distitit ab ipsis, & sublatus est in cælum.* Luc. 24: 51. *Nostra autem civitas est in cælis, unde & Salvatorem expectamus, Dominum Jesum Christum,* Phil. 3: 20. *Quem oportet cælum quidem capere &c.* Act 3: 21.

XXXVIII. Obstat & ratio, ac corporum natura, quorum loca & spatia multiplicari non possunt, nisi & ipsa multiplicentur, cum spatium re ipsa unum sit cum corpore. Atque ita corpus, quod hic, & alio in orbe & in cælo præfens est, non unum, sed diversum erit ac multiplex. Adeoque unum & non unum. Quod se ipsum perimit. Quas autem mirabiles distinctionum chimæras adferant ad pugnas has tollendas, jam vidimus.

XXXIX. Quod autem arguantur, humanam naturam in λόγῳ subsistere; adeoque unionem naturarum lædi, nisi illa una cum λόγῳ omnipræfens statuatur; tum enim λόγον fore extra carnem assumtam; id facile tollitur, mysticâ illa unione rite explicata. Quæ profecto facta non est juxta locorum spatia; sed, ut vidimus, in divina ordinatione consistit, qua humana natura à divina assumta est, ut in ea habitet, operetur, patiat, resurgat &c. ita ut quicquid illi accidit, filio Dei non alienum, sed à proprio ejus corpore patratum sit. Unde & actiones passionisque ejus personæ ab utraque natura denominatæ tribuuntur. Ad hoc autem non pertinet, nec necessarium est, ut humana natura divina idiomata acquirat, ac simul cum ea omnibus in locis præfens sit.


Potestatis
judiciaria.


XL. Sequitur 5. *potestas judiciaria*, quam humanæ Christi naturæ adscribunt. Quæ tamen potestas personæ in universum competit, atque ex mediatorio munere fluit. Ut divina pariter & humana natura hic suas partes habeant; ut in progressu operis videbimus.


& vis vi-
vifica.


XLI. Cui addunt 6. denique *vim vivificantem*, quam ipsius carni tribuunt; juxta Joh. 6: 56. *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso.* Sed valde improprie. Fons enim vitæ proprie Deus est. Ac vivificatio est opus mediatorium, toti personæ commune; ad quod divina natura principaliter & efficienter, ac humana natura meritorie concurrat.

Atque









nomina.

II. Dicitur ea vocabulis, partim scripturariis, partim Ecclesiasticis, *incarnatio*, ἐνσάρκωσις, ex analogia loci Joh. 1: 14. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. 1. Tim. 3: 16. *Deus est manifestatus in carne*. Ἐνανθρώπησις; quod Belgæ imitantur. Ἐξάποσλή, Gal. 4: 4. *Quum vero venit plenitudo temporis, ἐξάπέσπλεν emisit Deus filium suum*. *Visitatio* filii hominis. Psal. 8: 5. *Quid est homo, quod memor es ipsius, & filius hominis, quod visitas ipsum?* Luc. 1: 78. Ἐπιφάνεια & Θεοφάνεια. Nunc autem *manifestata est τῆς Ἐπιφάνειας per apparitionem Salvatoris nostri Jesu Christi*, 2. Tim. 1: 10. *In quibus nos visitavit ortus ἀναπολή* (vide Hebr. 7: 14.) *ex alto*, Luc. 1: 78. *Quod desumptum ex Esai. 40: 5*.

Possibilitas.


III. *Possibilem* esse Dei corporationem aut incarnationem, ac posse summum numen in humano corpore hospitari, seque mortalibus visendum & contrectandum præbere, ac familiariter inter homines agere, & loqui, & operari, & pati; quanquam natura mysterium illud proprio lumine non detegat; tamen ubi aliunde illud accipit, non invita admittit & adfertur. Potest enim Deus humano corpore uti ut organo ac instrumento per quod operetur, eaque veluti veste ac velo majestatem suam tegere: ut olim nube, tanquam paludamento, indutus, voce humana, quæ vox Dei dici poterat, oracula edebat; quod in rubo, in monte Sinai, ac diutissimè in tabernaculo ac templo factum. *Quid* ni ergo, qui vocem hominis sibi fabricare potuit, etiam oculos, manus, & integrum corpus, animam denique humanam, in quo obedire ac pati queat, sibi formare possit? Certe nihil hic est, quod naturæ rerum adversetur.

f. l. 2. c. 1. 3. *Necessitas.* IV. *Necessitatem* autem mysterii hujus, & quomodo Salvator noster, ad humanum genus salvandum, Deus pariter & homo esse debuerit; supra, libri secundi cap. xv. parag. 5, 6. vidimus. Quod vero Osiandro, & Pontificiis quibusdam, Socinianis denique, quanquam diverso scopo, placuit, Dei filium etiam extra istam humani generis necessitatem incarnandum fuisse; inquirere curiosum, & asserere temerarium est. Ac factius est in divinis Scripturis acquiescere, quæ non aliam adventus Christi in carne causam & occasionem dicunt, quam humani generis à prisca labe redemptionem & restitutionem. *Fidelis est sermo & omni receptione dignus, quod Christus Jesus venerit in mundum, ad peccatores salvandum*. 1. Tim. 1: 15. *Venit enim filius hominis querere & salvare id quod perditum erat*. Luc. 19: 10.

Veritas.

V. *Futuram* denique olim Dei incarnationem prædixit Vetus Test. *Ecce virgo concipit, & parit filium, & vocabit nomen ejus Immanuel*.

Esai.



Eſai. 7: 14. *Nam puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* cap. 9: 5. *Ecce dies venient, ait Jehovah, & excitabo Davidi germen juſtum, quod regnabit Rex, & proſperabitur, & faciet judicium, & juſtitiam in terra.*

Jer. 23: 5. Ac veritatem ejus oſtendit & implevit Novum Teſt. Ac S. Johannes præſertim pulcherrimis verbis Euangelium ſuum exorditur: *In principio erat ſermo, & ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo — & ſermo caro eſſe incepit, & habitavit in nobis, plenus gratiâ & veritate.* cap. 1: 1, 5. Quibus verbis ad veterem Dei in tabernaculo inhabitationem alludit, quæ inhabitationis in carne & typus & rudimentum erat. Ad iſtum enim modum hæc corporatio filii Dei intelligi debet. Unde & Apoſtolus ſimili figura *manifeſtationem Dei in carne* appellat; in qua *viſus* totique mundo oſtenſus fuit. 1. Tim. 3: 16.

VI. *Peraçta* autem res ipſa eſt in tempore duobus veluti gradibus; *Primus autem illam gradus fuit* Chriſti videl. *conceptione, & nativitate.*

VII. In *conceptione* Chriſti duplex conſiderandum principium, ab unâ parte, Spir. S.; ab altera, Maria virgo. Illud principium activum, hoc paſſivum fuit. *Chriſti* CONCE- PTIO. *de Spiritu S.*

VIII. De Spiritu S. eſt Luc. 1: 35. *Spiritus S. veniet ſuper te &c.* Ubi per Spiritum S. veterum quidam tertiam S. S. Triados perſonam, cujus informando Chriſti corpore præcipuæ partes fuerunt, juxta illud, *corpus aptaſti mihi*, Hebr. 10: 5. alii perſonam divinam filii, divinumque ejus ſpiritus ac potentiam, quo proprium ſibi templum, in quo habitaret, fabricavit, intelligunt: juxta Zach. 6: 12. *Ecce vir, GERMEN nomen ejus, & de ſubter ſe germinabit, & ipſe adificabit templum Jehovæ,* & Phil. 2: 7. *formam ſervi aſſumſit, quando in ſimilitudine hominis eſſe incepit.* Quem utrumque ſenſum *Catecheſis Heidelbergſis* conjungit, dum filium Dei naturam humanam ex carne & ſanguine virginis, per Spiritus S. operationem, aſſumſiſſe dicit.

IX. Habuit autem Spiritus S. ſeſe efficienter, non materialiter; ut perversè Anabaptiſtæ nonnulli. Neque ideo tamen Chriſti pater dicendus eſt; cum ex ejus ſubſtantia humana Chriſti natura progenita non ſit.

X. Hæc vero Spiritus partes fuerunt: 1. Semini virginis vim prolificam indidit, beatumque ejus uterum ſancto onere conſtipavit. 2. Ex maſſâ iſta virginea Chriſti corpus effinxit, & per gradus ſuos, naturæ porro manibus, ut in aliis hominibus fieri ſolet, efformavit, ac inſuſo deinde ſpiritu animavit. 3. Utque anima Chriſti ab ipſo ortu erat ſanctiſſima, *Illius hæc operationes.*

ctissima, ita quoque corpus ab omni labe defœcavit, sive potius ab omni impuritate præservavit; ut non nisi sanctissimis motibus obtemperaret, dignumque Deo habitaculum esset. 4. Tandem istam, præparatam veluti numini sedem, filio Dei inhabitandam tradidit, ut ab eo gratiâ donisque omnigenis impleretur, ac pro individuo organo & instrumento ei inserviret, nec alium rectorem pateretur. Unde quicquid in corpore isto gestum est, & quicquid illud vel egit, vel passum est, ad filium auctorem refertur. Quæ vera unionis hypostaticæ ratio & perfectio est.

conf. 27. 30x
E sanguine virginis Maria.


XI. Alterum principium fuit Maria virgo: quæ de suo quidem sanguinem ac genitale semen contulit; sed quod Spiritu demum animante fœcundum redditum fuit. Unde principii potius passivi rationem habuit. Quæ tamen ratione mater ejus, ac Christus illius filius verè dicitur, Matth. 2: 11. & 1: 25. *Sicut enim pueri communem habent carnem & sanguinem, & ipse similiter particeps factus est eorundem.* Hebr. 2: 14.

In qua non momento, sed solito tempore perfecta fuit.

XII. Rejicimus autem Scholasticorum nugationem, qui, temporum videlicet moras ac tarda molimina à Spir. S. gratia excludentes, ipso conceptionis momento Christi corpus plenissimè conformatum hariolantur. Cum tamen temporis spatia in hoc negotio S. Scriptura expresse numeret, ejusque initium & finem memoret; *in mense sexto &c.* Luc. 1: 26. *Et factum est, cum ipsi ibi essent, impleti sunt dies, ut ipsa pareret.* Luc. 2: 6. Nec aliter quam humano more, utque in aliis matribus fieri consuevit, de virginis conceptu ac partu loquatur: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c.* Matth. 1: 23. Quin ea quoque in parte Christum humanæ infirmitati similem fuisse dicat: *Unde debuit per omnia fratribus similari &c.* Hebr. 2: 17. *conf. 4: 15.* Quo pertinent quoque Hieronymi ad Eustochium verba: *Novem mensibus in utero ut nascatur expectat, fastidia sustinet, cruentus egreditur &c.*

XIII. Nec satis verecunde iidem de ipso conceptionis momento disceptant. Hoc certum est, eam non factam antequam angelus legationem absolvisset: *Et vocatum est nomen ejus Jesus, sic vocatum ab angelo, priusquam ipse conciperetur in utero.* Luc. 2: 21. *conf. cap. 1: 31.*

XIV. Atque hac conceptione Christi, qua ille nostra de causa adeo sese demisit, ut tanta majestas intra materni uteri angustias delitescere, utque nasceretur novem mensibus expectare, non dedignata est, conjunctâ cum reliqua ipsius obedientiâ, immunda nostra conceptio ac genitura, oblecta & expiata est. Utque spiritu fœcundante illa peracta & absoluta fuit, ita inde novæ quoque vitæ capienda auspicia, deque eo novum homi-



Amico B. D. contra q. scripta Hickory ny.

Dei scripta contra q. de m. la. f. 3. h. 5. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Dei scripta contra q. de m. la. f. 3. h. 5. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

hominem renasci ac animari debere, præ-ostensum fuit. *Quod natum est ex carne, caro est; quod natum est ex Spiritu, Spiritus est,* Joh. 3:6.

XV. Conceptionem excipit *nativitas* Salvatoris, ex matre virgine. *Quæ Davidis regis sanguis* (Matth. 1: 1. *Indiculus ortus Christi, filii Davidis, filii Abrahami.* Rom. 1:3. *Qui extitit ex semine Davidis, secundum carnem.*) quo & genus ejus à Luca deducitur; Josepho, ejusdem stipitis longinquo ramo, denupta; quo matris pudori ac filii olim honori confuleretur; sub honesto matrimonii velo divinum illum partum edidit. *Desponsata enim Josepho mater ejus — inventa est gravida* &c. Matth. 1: 18.

Alter gravis fuit ipsius NATIVITAS; è virgine regia.

XVI. *Virgo* autem Maria Deum fudit infantem: ut prophetarum oracula cecinerant, Esai. 7: 14. *Ecce virgo concipit* &c. Jer. 3: 1: 2. *Nam creavit Jehovah novum in terra: fœmina circumdat in utero masculum.* conf. Apoc. 12: 5. Aliter autem virginitas ejus sese habuit ante partum, aliter in partu, aliter denique post partum. Ante partum, virginem eam fuisse fide divina credimus: *Dixit vero Maria ad angelum: quomodo erit hoc, quoniam virum non cognosco?* Luc. 1: 34. *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Matth. 1: 25. Pariterque nec in partu virginitas ejus imminuta est. Post partum autem virgineum florem retinuisse, fide humana ac veteris Ecclesiæ consensu constat; nec ad fidem ultra necesse est. Probabile enim est, uterum illum, in quo Servator noster vitæ auspicia accepit, atque unde tanquam è templo in mundum hunc egressus est, tanto hospite consecratum ac sanctificatum fuisse.

Salva illius virginitate.

XVII. Ut male olim Helvidius Mariam *ἀειπαρθέρον* negaverit, levissimis fretus argumentis: utpote, quod *Christo fratres* tribuantur in Euangelio; quod ex more Hebræorum est, qui omnem cognatum vel affinem sanguinem ita appellant: quod *matris primogenitus* appelletur; quod apud eosdem commune primi partus, qui integrum adhuc matris uterum resolvit, vocabulum est, sive eum alii consequantur, sive non; conf. Num. 18: 15. Exod. 13: 2. quod denique de virginitate Mariæ non ultra testetur Scriptura, quam *donec peperisset filium primogenitum*, quo futurum tempus excludatur; cum tamen particulâ *donec* illum non inferat. conf. Gen. 28: 15. 2. Sam. 6: 23. Matth. 28: 20. Quanquam ab altera parte Pontificii ultra quam fas est tendant, dum votum perpetuæ virginitatis à Maria emissum volunt; quod ex verbis ejus ad angelum, Luc. 1: 34. *quoniam virum non cognosco*: frustra exsculpunt.

αὐτῆς ἡ θεία καὶ ἁγία ἑστὴν ἡ ἁγιότης

XVIII. Nec partus de virginitate Mariæ quicquam delibavit, cum ea congressu solo polluat. Partus autem miraculosus fuit, qua virgineus; naturalis vero, quia consueto matribus more enixa est.

Non tamen clauso utero.

XIX. Fabula enim est, quod Pontificii Mariam clauso utero, ac illæ foæminali, peperisse ajunt; contra Scripturam, ac rationem, ac veteris quoque Ecclesiæ auctoritatem. Diserte enim Scriptura Luc. 2: 6. *Factum est, quum illi ibi essent, impleti sunt dies, ut ipsa pareret. & v. 22, 23. Adduxerunt eum Hierosolymas, ad sistendum coram Jehovah (ut scriptum est, quod omnis mas, aperiens vulvam, sanctus Jehova vocatur.)* conf. Exod. 13: 2. *Omnem primogenitum, aperiens omnem uterum.* Hebr. 2: 17. *Unde debuit per omnia fratribus similis fieri &c.* Ac rei quoque natura istam dimensionum penetrationem, ac duorum corporum uno in loco moram non fert. Corpus enim à spatio non differt, & ne cogitatione quidem ab eo separari potest. Unde & apud veteres, *tantam majestatem per genitales fœmina transisse egressus*, Ruffinus dixit.

Nec sine partu dicitur dolore.

XX. Eorundum quoque commentum est, sine dolore Mariam enixam, quod vel nullo, vel falso fundamento asserunt. Non enim Maria, ut volunt, peccato caruit. Unde & peccati pœnas, ac primævam matrum fortem perferre debuit. *Dixit ad fœminam — in dolore paries liberos*, Gen. 3: 16. *Fœmina, quando parit, tristitiam habet, quod venit hora ipsius.* Joh. 16: 21.

Maria ergo Christi mater & Θεοτόκος.


XXI. Atque ex hac conceptione ac nativitate rectè Christus Mariæ filius appellatur. Duæ enim in Christo filiationes sunt, pro diversarum naturarum respectu. Non tamen duo filii. Hoc enim personæ vocabulum est: quæ unica tantum est. Ac Maria non solum Θεοτόκος, sed & Θεοτόκος rectè appellatur: contra ac Nestorium voluisse vidimus.

Initium ærae Christianæ.

XXII. Auctuarii vice quædam de tempore nativitatis Christi annæctemus: quod considerari potest vel generalius, respectu præcipuarum Epocharum; vel specialius, quod ad ipsum diem natalem.

Iuxta epocham generalem anni,

XXIII. Ac priori respectu occurrit, epocha *conditi mundi*, ad cuius annos Christi nativitas præcise ordinari non potest: cum hodiernus calculus, quo à Christo nato tempora signamus, sero demum usurpatus fuerit, auctore Dionysio Exiguo. Unde temporum ratio, præsertim anterioribus sæculis, non parum confusa fuit. Communissimæ autem sententiæ Christi natalem ponunt, à condito mundo A. 3928. aut 3949. aut 3970. vel 4020. 2. *Secunda epocha est Romanorum imperatorum.* Constat autem sub Augusto Christum natum; qui cum 44 annos,



nos, post victoriam Aetiacam, in rei Romanæ arbitrio egerit, trigesimo, vel etiam trigesimo primo ejus anno præstantissimi auctores nativitatem Christi deputant. Baptistatus vero est anno Tiberii 15. seu 16. inchoante. 3. *Tertia est epocha regni Herodis, quæ paulo incertior est: cum de ipsis Herodis annis auctores discrepent, eique vario respectu vel 37 vel 34 annos tribuant, quibus regnum vel acceperit, vel gesserit. Hoc certum est, sub extrema Herodis Christum natum, nec longo admodum tempore illum superuisse.* 4. denique respectu *principum Synedrui magni*, sub Hillelis Babylonii præfectura, anno ejus circiter 27, Christus in carne apparuit. Alii tamen aliter calculum hunc ordinant.

XXIV. Quod specialius anni tempus, *ac diem Christi natalem* spectat, pariter diversæ sunt auctorum sententiæ; nec ex Scripturâ ille constat; quæ tribus illis locis, quæ temporum Christi characterem habent (videl. Matth. 2: 1. *Jesu vero nato Bethlehemi Judææ, in diebus regis Herodis.* Luc. 2: 1, 2. *Et factum est in diebus illis, exivit decretum à Cæsare Augusto, ut totus orbis censeretur. Hic census primus actus est, præsidente Syriæ Cyrenio.* & 3: 1. *Anno decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris — factum est verbum Dei ad Johannem*) generalem tantum eorum notam tradere contenta, nihil præcise de die determinat. Inter veteres, orientis Ecclesiæ die sexto Januarii illum celebrarunt; quem *Ἡεροφανεῖας* appellabant; quemque cum manifestatione Dei in carne confundebant. Nec feliciter Scaliger, ut aliorum sententias præteream, circa festum Scenopogæ, Septembri mense, illum collocat; quem ex sacerdotum in templo stationibus ac *ἐφημερίαις* ingeniosè subducit, ex Luc. 1: 8. nam & ille calculus multis partibus laborare videtur, nec ubique certus est. Communioni vero praxi hodierna Ecclesia fine anni, die Dec. 25. natalem Christi celebrat. Quæ sententia à Romanis ubi Christi fidem accepissent, ex tabulis censualibus, quæ Romæ asservabantur, hausta, ac Ecclesiæ tradita dicitur, indeque in totum porro orbem Christianum dimanasse. Ad quas publicas tabulas vetustissimi Patrum sæpe provocarunt. Tertull. lib. 4. contra Marc. *Constat census actus sub Augusto — apud quos genus ejus inquirere potuissent.*

*Et specialis
dies
natalis.*

XXV. Atque hæc probabiliter de natali Christi haberi possunt. Scriptura enim, cum alioqui multa levioris momenti tempora tradat, hunc tamen diem data opera silentio involvit: ostendens temporum doctrinam adeo necessariam non esse ad æternitatem festinantibus; atque hac in parte Novi Test. Ecclesiam cum veteri exæquans, quæ cum Salvato-

rem suum tot per sæcula expectaret, tamen non nisi in latitudine aliqua adventantis tempora dimetiri ac mensurare poterat, ut videl. semper in speculâ starent fideles. Quamquam mysterio non caret, quod in universâ Scripturâ nullius unquam hominis præcisum nativitatis tempus annotetur; mortis vero nonnunquam. Qua in re Christus reliquis Adami filiis assimilari voluit.

LOCUS TRIGESIMUS QUARTUS

D E

VITA & OFFICIIS CHRISTI.

C A P U T X.

De vita Christi privata.

STATUS
Christi
duplex.


I. Personam Christi excipit ejus status, qui duplex est, *exinanitionis & exaltationis*. At Jehovah volentem enervare ipsum infirmavit; ubi posuit satisfactionis pretium anima ejus, videbit semen quod prolongabit dies, & beneplacitum Jehovah in manu ejus prosperabitur. Esai. 53: 10. *Qui quum esset in forma Dei, non raptum duxit esse instar Dei, sed se ipsum exinanivit, dum formam servi assumpsit — quemadmodum & Deus ipsum superexaltavit, & in gratia donavit ei nomen quod supra omne nomen est.* Phil. 2: 7-10. *Per scrutati in quod & quale tempus manifestavit Spiritus Christi, qui in ipsis erat, ante testatus passiones, que Christo evenirent, & glorias post hæc.* 1. Pet. 1: 11. *An non oportebat Christum hæc pati, & in gloriam suam ingredi?* Luc. 24: 26.


Primus fuit
humiliationis.


II. *Humiliatio* Christi tum in *vita*, tum in *morte* ejus spectanda est. Alteram *κένωσις exinanitionis*, alteram *ταπεινώσις humiliationis* nomine Apostolus Phil. 2. præcipuè designat.


quam antecessit
ipsum exinanitio.

III. Non autem simpliciter ad *κένωσις* spectat ipseus incarnatio. Non enim divina majestate indignum est, humano corpore vestiri, ac creaturis videndum sese præbere. Ac Christus, postquam jam cœlesti gloria fruatur,









tur, non tamen humanæ carnis exuvias deposuit. Talis autem humanæ naturæ status divinæ ejus gloriæ officit, qui non patitur ipsum esse *ὁμοιωθεω*, quique servi forma ipsum induit, omnibusque naturæ infirmitatibus obnoxium, ac legi tandem ipsi subditum ac execrabilem fecit. Unde etiam humana ejus natura minoribus instructa fuit donis & commodis, ac postea acquisivit. In intellectu ipsius emicuit maxima & purissima scientia, sed quæ incrementi fuit capax, Luc. 2:40, 52. Voluntas ejus exornata fuit perfecta sanctitate, quæ nullius quidem incrementi fuit capax, sed tamen talis, qualis viatorem decebat: neque potentiæ ejus humanæ tum datum fuit evitare & depellere infirmitates corporis, quibus subiectus fuit: neque etiam istis corporis dotibus tunc effulsit, quibus post exaltationem condecoratus fuit.

IV. Consideranda autem in hoc statu: 1. vita Christi privata. 2. publica. 3. passio & mors.

V. Privata Christi vita complectitur infantiam ejus, reliquamque ætatem, usque dum publice munus suum capesseret. Quam paucis Evangelistæ tangunt Luc. 2. & Matth. 2.

*Vita Christi
Privata.*

VI. Pueritiam enim ac incipientis ætatis primordia more aliorum puerorum egit. *Ecce virgo concipit, & parit filium — bytyrum & lac comedet, donec dignoscatur reprobare malum & eligere bonum*, Esai. 7: 14, 15. *Cum eram puer, ut puer cogitabam, ut puer loquebar, ut puer ratio cinabar.* 1. Cor. 13: 11. Hoc solo, quod ab illius ætatis peccatis ac erroribus liber, & mature spiritu auctus, æqualibus suis longè præfulserit; & sub sanctissima parentum disciplina occultæ instar arboris crescens, tandem, maturantibus fatis, ex ignobili domo tantus derepente prodiit, ac publico ostensus fuit.

In qua primo ipseus infantia:

VII. Memorabilia illius ætatis hæc præcipuè erant: nativitatis ejus promulgatio angelorum ministerio facta: circumcisio, ac primi cruoris libatio; istoque in sacramento sacratissimi nominis Jesu impositio: ejusdem, ex primogenitorum lege, in templo oblatio, & pauperum matris sacrificium: magorum adventus, & recens nati regis adoratio, ac auri, myrrhæ & thuris honores: insidiæ ab Herode infanti paratæ, ac cunæ tot puerorum cæde cruentatæ: fuga in Ægyptum, ductore angelo; ac, mortuo tyranno, eodem deducente, reditus: & Nazarethanum denique domicilium, ubi educatus fuit; natumque hinc, errore an improperio populi, Prophetam tenui municipio ortum dedignantis, Nazarenum cognomentum. A qua appellatione, etsi ex vulgi consuetudine vel contumeliâ

qua variis rebus memcrabilis fuit;

meliâ ortâ, tamen Dei consilium non abfuit. Unde nunquam Bethlehæmæum, ubi Christus natus, sed Nazarenum semper eum indigitatum legimus. Quo vocabulo Deus fidelium aures animosque ferire volebat, eosque sono illo ad vetus oraculum considerandum advertere, quod Christum non semel נצר *surculum* illum, ac magnum Davidicæ domus incrementum appellat, Zach. 6: 12. Jes. 11: 1. *Et exhibit virga è trunco Jesse, ונצר & surculus ex radicibus ejus fructificabit.* Cui geminum Jer. 23: 5. *Ecce dies veniunt, ait Jehova, & excitabo Davidi צמח germen justum.* Affinis enim נצר τῶ erat Nazareth; atque inde Christi Nazareni appellatio.

præcipue
autem
nomine
JESU.

VIII. Propius vero paulo considerandum est nomen *Jesu*, quod ab angelo Gabriële (quem in ministerio hoc, & olim Dan. 9: 21. & nunc Luc. 1: 26. à Deo adhibitum, Hieronymus *cunarum Domini custodem, cubiculi Mariæ janitorem, ac infantis Jesu gerulum* appellat) antequam natus foret, infanti inditum, Servatorem, sive, ut Ecclesia maluit loqui, Salvatorem significat: non Græcâ, ut quidam olim nugati sunt, ab ἰσῶ-*μυς*; sed Hebræâ origine: non ex יהוה & ישי, ut Cabbalisticè Reuchlinus; sed simpliciter à forma יהושע, unde יהושע sc̄u *Iosua*, Num. 13: 17. quod, omisso in capite ה Syrorum more, ac extrema gutturali, ex Græcorum consuetudine, in ε emollita, in Ἰησὺς transit: quod non sine occulto scelere Judæi per *Jeschn* efferre malunt, ad Psal. 109: 13. al-ludentes.

Cujus vis

IX. Fuit vero Salvator, non externa ac corporali liberatione, qualis Josua Dux, aut Pontifex ejusdem nominis, Hebr. 4: 8. coll. Act. 7: 45. Zach. 3: 1. sed spirituali ac æterna: non potentia tantum ac vi, quales illi potissimum erant; sed merito ac lytro: non solum agendo, sed præcipuè patiendo.

revertitur à
Socinianis

X. Nec satis digne Samosateniani ipsum salvationis ministrum, non vero proprio nomine Salvatorem volunt, qualis ipsis solus Pater est. Nam triplici cum modo salutem nostram peregrisse statuunt: 1. *annuntiatione*, per doctrinam. 2. *confirmatione*, per vitam sanctissimam, miracula, mortem denique ac proprii sanguinis testimonium; & tandem, devicta morte, in vitam reditum, quo præsens suoque in exemplo veritatem doctrinæ suæ affereret. 3. *communicatione*, ac actuali collatione, qua datâ à Patre potestate, omnibus in se credentibus vitam confert. Quæ cuncta à mero homine præstari possunt, nec Deum, qualem nec illi Christum habent, præsentem postulant.

6300 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000

1000 1000

XI. Male etiam Episcopus, ac cum sacri istius nominis imminutio- *ac Remon-*
 ne, Christum duplici modo Servatorem differit; partim sine effectu, in *strantibus;*
 iis quibus salutis media offert, qui ea accipere dedignantur; partim cum
 effectu, in fidelibus actu credentibus & perseverantibus: quomodo non
 nisi novissimo die, ut Rex, Salvator Ecclesiæ dici possit; cum quandiu
 in mundo degit Ecclesia, omnia adhuc suspenfa & incerta sint.

XII. Sed de universo nominis hujus valore, ipsoque salvationis ne- *Exinani-*
 gotio, postea plenius. Tangenda nunc verbo superstitio *tur super-*
 Pontificiorum: *stitione à*
 qui 1. nomen illud Cabbalisticè, per aspirationem ex nomine Jehova as- *Pontificiis,*
 sumtam, aut magico propemodum ritu tribus tantummodo litterulis
 I. H. S. quarum mediæ crux appicta sit, exprimunt. 2. idque longe
 sanctius habent quam ipsum nomen Jehova. 3. cumque cordi præci-
 pue inscribendum esset, amuleti instar collo appendunt. 4. ac religioso
 ritu venerantur.

XIII. Quod & Lutherani imitantur ex Phil. 2: 10. *Quamobrem & ex parte*
Deus ipsum superexaltavit, & in gratia donavit ei nomen, quod supra à Lutherana-
omne nomen est &c. Quos tamen illum cultum nominibus Christi, Dei, *nis.*
Jehova, aut adorandæ Triados, quæ tamen non minus sacrosancta sunt,
 exhibere non videmus. Ut syllabarum veneratio, ac ægri animi error &
 superstitio sit, istud unum Salvatoris nomen, non autem alia isto ritu
 profequi, ac cultum illum magna cum necessitate aliis imponere: quod
 veteri Ecclesiæ incognitum, nec ab Apostolo præceptum fuit, qui loco
 isto non de externo nomine, sed de Salvatoris persona, ac mediatoris po-
 testate & honore agit. Quamquam alioquin religiose Dei ac Salvatoris
 nostri nomina habenda ac usurpanda non inviti fateamur. Et Scriptura
 cæteroquin discrimen quoque servat, nec promiscue Servatoris nomini-
 bus utitur.

XIV. Duodecimo ætatis anno, peractâ pueritia, egregium futuri *Successit*
 muneris specimen ac rudimentum edidit; in sapientum cœtu de lege pa- *ipsum ado-*
 tris sui, ad stuporem omnium, gravissimè differens, Luc. 2. *lescentia,*

XV. Cætera privatus vixit in parentum domo, quæ præcâ sanctitate *qua rebus*
 quamquam in re tenui, agebat, eosque omni honore ac obsequio perco- *magnis*
 luit. Ac maturescente ætate fabrilem quoque artem, ut videtur, exer- *præstis:*
 cuit: *Nonne hic est faber, filius Mariæ?* Marc. 6: 3. Quod adeo non
 dedecori ipsi fuit, ut idem celebrium apud Judæos doctorum, ac præfer-
 tim Pharisæorum, institutum fuerit. Unde scitum magistrorum
 Misnah Aboth. 2: 2. *Pulchra est doctrina legis cum via terra* (id est, opi-
 ficio)


ficio) *nam labor utriusque facit hominem oblivisci pravitatis.* Quomodo & Paulus *σκηνοποιός* dicitur, Act. 18:3.

XVI. Sed nec sibi soli in longo isto otio vixit, sed jam tum altiores curas volvens, ac magna illa, ad quæ paulatim surgebat, meditans, in privatis rebus nostrum tamen negotium egit. In omni enim vita sese pro nobis sanctificavit, & ab ipso ejus initio, legis subjectione, paupertate, continua mortis meditatione, precibus & supplicationibus, denique jugi illa ad munus publicum præparatione, & præstituti temporis expectatione, sese jam tum generis humani vadem ac Servatorem præstitit. conf. Gal. 4:4. *Misit Deus filium suum — subjicientem se legi.* Luc. 9:58. *Vulpes lustra habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet ubi inclinet caput.* 2. Cor. 8:9. *Cognoscite enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quod propter vos pauper factus est, quum esset dives, ut vos paupertate ipsius ditesceretur.* Hebr. 5:7. *Qui in diebus carnis petitiones & supplicationes, ad eum, qui poterat eum salvum facere ex morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens; & exauditus à metu &c.*

XVII. Eclipsis autem ac tentatio fidei fuit, in illis qui Messias adventum jam acceperant, ubi ob Herodis insidias exulare iussus, Phari accola, in Ægypto aliquandiu delituit. Quo tempore piorum desiderium ac expectatio non leviter concutiebatur, cum Messias, qui jam Ecclesiæ ostensus erat, non amplius esse videretur. Qua de re propheta agit Jer. 31:15, 16. & reditum illius ex terra hostium pollicetur: *Vox in Ramâ auditur, ejulatus, ploratus amari, Rachelis plorantis super filiis suis, quæ recusat consolationem admittere super filiis suis; quia ipse non erat. Sic dixit Jehovah: Prohibe vocem tuam à ploratu, & oculos tuos à lacrymâ. Nam est merces in operæ-pretium tuum, ait Jehovah, & revertentur ex terrâ inimici.*

Pontificiorum apocrypha.


XVIII. Rejicimus autem Pontificiorum apocrypha, de miraculis infantia Christi, aliaque ejus commatis, quibus quisquiliis plebis Christianæ aures contaminare & pascere illi solent: filente non solum Scriptura, sed & contra insultas istas fabulas præscribente, Joh. 2:11. *Hoc initium signorum fecit Jesus Canæ, oppido Galilææ.* Vera enim miracula doctrinam non præcedere, sed comitari & subsequi amant. Nec *παιδιὰ* ac puerilia miracula facere ex majestate Dei est. Eiusdem auctoritatis est Suidæ figmentum de Christo Pontifice ante justam ætatem; aliæque id genus naniæ frigidissimæ.





CAPUT XI.

De initiatione & unctione Christi.

I.  Neunte trigesimo ætatis anno, ex Levitarum instituto, *Initiatus Christi* Christus in publicum productus, ac munera sua auspiciatus est. *Et ipse Iesus inceperat quasi triginta annorum esse,* Luc. 3: 23. Ubi consideranda 1. ejus *initiatio* 2. *ministerium*, ac *munera* quæ gessit. 3. vitæ denique publicæ *conclusio*. Ad primum pertinet *baptismus*, per Johannem ministratus; atque cum consecuta *tentatio* in deserto.

II. Potissimum initiatio ejus facta est per *baptismum* ipsius, quem accipere & proprio in corpore consecrare voluit; tum ut isto ritu pro humano genere sese vadem sisteret, omnemque obedientiam lege debitam sponderet; tum ut istud amoris ac gratiæ divinæ pignus ac arrhabonem pro se, ac pro fidelibus omnibus, præciperet & prælibaret; tum ut in ipso remissio peccatorum & ablatio jugi obsignaretur.

per BA-
PTIS-
MUM. *conf. 33. s. 14.*
1837: 1814.

III. Quanquam altius quoque hæc spectarent. Cum enim cœlesti voce pater interveniret, atque hunc filium suum mundo publice ostenderet & traderet; fuit in baptismo simul illius inauguratio ad munera publica. Quorum non levia indicia hic comparent. *Rex* enim monstrabatur, qui filius ac hæres Dei erat. Et *sacerdotem* pater admittēbat, quem sibi placere, ac cujus sacrificium sese accipere testabatur: conf. Jes. 42: 1. *בְּחִירִי רֵצָתָה נִפְשִׁי* *electus meus, quem accipit anima mea.* Præsupponit autem *רֵצוֹן* & piamentum. Denique *propheta* erat, qui de cœlo commendabatur, ut sine exceptione audiendus. Atque hæc omnia visibili Spiritus S. descensu confirmabantur, qui leni motu, instar columbæ, in ipsum allabi certo modo visus est.

IV. Jordanis aquis ablutus, ac, cœlo teste, non dubius salutis auctor & præco, *in desertum* abductus est; in secreto illo familiarius Deo suo fruiturus, ac cum inferorum principe pugnaturus; istoque auspicio plenissimè munus suum inchoaturus. (*quem excepit ipse* TENTATIO.)

V. Atque in solitudine illa non simplici cum diabolo certamine defunctus est. Matth. 4. Nam & in corpore, quod historiæ simplicitas ac verborum emphasis ostendit, abreptus; & in anima complures inferni

prædonis insultus tulit. Sed cunctis ejus artibus superior, quanto priori Adamo fortior ac major foret ostendit: istoque pugnae rudimento bellum, quod sibi ac Ecclesiæ suæ cum diabolo restabat, imbuit; ac denique felicem faustumque ejus exitum fore ostendit. Præterquam quod & ad obedientiam, quam Deo debebat, pertinuit, omnes Satanæ suggestiones ac fraudes vincere, quo ea omnibus numeris perfecta foret: ac muneris ejus intererat, cuncta hominum mala degustare, ut proprio exemplo edoctus, miseris eorum promptius succurrere posset.

quod pertinet ipse
unctio. VI. Ad hanc initiationem pertinet unctio illa Christi, à qua *unctus*, & *Christus*, & Hebraicè *Messias* dicitur: quæ licet ab initio incarnationis ipsius, imo certo respectu, ut videbimus, ante eam locum habuerit, quia tamen in publica illius initiatione munerumque ipsi impositorum administratione præcipuè emicuit, hoc loco eam considerabimus.

cujus sub
V.T. typos, VII. Erat autem unguentorum usus in populo Dei frequens; tum ad honestam vitæ voluptatem, Joh. 11:2. & 12:3. Psal. 23:5. 141:5. tum in præcipuo aliquo officio mandando usurpatus. Unde metaphora Prov. 8:23. *A saculo unctus sum, à capite, à primis terræ.*

VIII. Ungebantur in adeundo munere non omnes, sed qui celsioris gradus erant; præcipuè terni ordinis homines: 1. *Propheta*, quanquam rarius, & vix illo ritu. *Jehu autem filium Nimschi ungit in regem, super Israël; & Elisam ungit in Prophetam loco tuo.* 1. Reg. 19:6. conf. Psal. 105:15. 2. *Sacerdotes*, præsertim *Pontifices*. 3. *Reges*. De quorum unctioe supra lib. IV. cap. VIII. §. 14, 15. d

in ipso impletus: IX. Christus autem externo oleo delibutus non est. Non enim typicus istis institutis opus erat, cum non externo ritu, ut aliquis de saculo Rex, aut veteris templi minister; sed sublimiori ac spirituali modo munera ista impleturus foret. Unde & unctio quoque mystica ac spiritualis fuit: partimque in personæ ejus ad munus mediatorium designatione; partim in deitatis in carne ejus inhabitatione; partim in donorum ac charismatum collatione consistit.

num ipsius ordinatio-
ne; X. *Ordinatio* ejus dupliciter considerari potest: tum prout æterno Dei consilio isti muneri destinatus fuit: *Præcogniti quidem ante jacta mundi fundamenta, manifesti autem facti ultimis temporibus propter vos.* 1. Pet. 1:20. tum prout in tempore ad illud rite administrandum in terram ablegatus ac dimissus (*emisit Deus filium suum, Gal. 4:4. Amen non veni; sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis.* Joh. 7:28.) inque munus cœlesti ritu introductus, Matth. 3. rursusque in cœlum rece-
ptus

ptus est; quæ similiter quædam ejus in Ecclesiæ regem quasi inaugura-
tio fuit. *Certo igitur cognoscat tota domus Israël, quod Deus illum Je-
sum, quem vos cruci affixistis, Dominum & Christum fecit.* Act. 2: 36.

XI. Unctus etiam est, quatenus divinitas in carne ejus *inhabitavit,* tum deita-
tis in ipso
inhabita-
tione; cum potentia dandi Spiritum S. Unde *Spiritus Jehovæ dicitur esse super
ipsum;* idque *quia unxit ipsum Jehova ad Evangelium nunciandum* man-
fuetis, Esai. 61: 1.

XII. *Charismata* denique in naturam ejus humanam effusa sunt ma-
gna copia? *Propterea, unxit te, ô Deus, Deus tuus oleo alacritatis, ultra
confortes tuos.* Psal. 45: 8. *Et ex plenitudine ejus nos omnes accepimus,
& gratiam pro gratia.* Joh. 1: 16. *Non enim ex mensura dat Deus Spiri-
tum.* c. 3: 34. Unde ab ipsa nativitate *quiescebat super ipso Spiritus Je-
hovæ, spiritus sapientiæ & prudentiæ, spiritus consilii & fortitudinis, spiri-
tus cognitionis & timoris Jehovæ,* Jes. 11: 2. ita tamen, ut pro ætate
majori postea auctu & incremento ageret: *Et Jesus profecit sapientiæ &
statura, & gratia apud Deum & homines,* Luc. 2: 52. tum præfertim
cum publicè pro Servatore ac Messia sese gesturus foret: *Vidi Spiritum
descendentem, tanquam columba, ex cælo, & mansit super eo — Hic est,
qui baptizat in Sp. S.* Joh. 1: 32, 33. Unde *unctus est spiritu & virtu-
te,* Act. 10: 38, Quæ in cœlesti gloria majori cumulo adaucta dubitari
non potest: ex qua proinde Sp. S. *effudit;* ita *factus,* h. e. demonstratus
Christus, Act. 2: 33, 36.

XIII. Atque ex hac unctione Christus suscepto muneri renunciare,
humanumque genus semel in fidem acceptum abdicare nunquam po-
tuit. Ut Remonstrantes asserere audent. Cujus sententiæ labem ac pe-
riculum lib. 2. cap. 15. §. 16, 17, 18, 19. fusius ostendimus.

XIV. A Christo appellantur fideles Christiani; qui in nascente Ec-
clesia *Discipuli & Nazareni* dicebantur, Act. 9: 1. & 24: 5. Postea Naza-
renorum vocabulo pseudo-prophetis, qui legem cum Evangelio misce-
bant, relicto, Christiani dicti sunt. Quæ appellatio Antiochiæ primum
nata, Act. 11: 26. ac deinde porro usurpata fuit, 1. Pet. 4: 16^o quanquam
Apostolorum tempore, ut videtur, rarius; cum suavia illa discipulorum,
fratrum, ac fidelium, nomina magis placerent. Atque ad novum istud
nomen referunt quidam prophetæ oraculum: *Et videbunt gentes justi-
tiam tuam, & omnes reges gloriam tuam; & nominaberis nomine novo,
quod os Jehovæ exprimet.* Esai. 62: 2.

XV. Dicuntur autem Christiani, quasi unctionis Christi participes 8

& hæredes; quod non de superstitioso aliquo ritu, aut impuro chrisma-
te, quale vel catechumenorum, vel sacerdotum, vel infirmorum in pa-
patu est; sed de divina Spiritus S. gratia intelligendum est; qua fideles
inuncti, & prophetæ, & sacerdotes, & reges sunt. *Et vos unctionem ha-*
betis à Sancto. 1. Joh. 2:20.


in quod no-
men injurii
Pontificii.

XVI. Iniqui sunt in sacram hanc unctionem apud Pontificios *Mo-*
nachi, è *Dominici*, *Francisci*, *Antonii* &c. familia, qui ab humano no-
mine cenferi malunt, divisque istis impiâ devotione se obstringunt. Quo-
rum dedecus augent *Minorita*, *Franciscum* suum, ut ipso Jesu vix mi-
norem, ipsaq; ejus stigmata præferentem, Jesum typicum appellantes. Ac
majori adhuc fastu *Loiolita*, qui, Christiano nomine non contenti, *Jes-*
suitas ac *Iesu socios* sese jactant: quæ appellatio & schismatica, & ambitio-
sa, & irreligiosa est. Nam vel solos sese Jesu discipulos, vel sibi solis colla-
tam Jesu Domini gratiam ac salutem, vel denique ejus in divino munere
focios sese mentiuntur. 6

C A P U T X I I.

De munere Christi prophetico.


Vultus est
Christus
ad tria
muneræ,

I.  Unera, ad quæ Christus unctus est, tria sunt, propheti-
cum, sacerdotale, regium: quæ tum ex nostra necessi-
tate, tum ex salutis conferendæ ordine colliguntur. Nos
enim laborabamus profunda rerum divinarum *ignoran-*
tia, & turpi *peccatorum labe ac reatu* obstricti, in summa ad Deum re-
deundi *impotentia* veluti vincti ac ligati jacebamus. Cui triplici necessi-
tati Christus subvenit, & partim docendo, ut Propheta; partim pro no-
xis nostris satisfaciendo, ut sacerdos; partim beneficia illa applicando,
ut Rex; salutem nostram ordine quodam peregit. Ac singula hæc mu-
nera prophetarum vocibus jam ante ipsi attributa videmus. *Prophetans*
excitabo ipsis ex medio fratrum eorum, sicut te; & dabo verba mea (quæ
nemo præter me potest eloqui) *in ore ipsius.* Deut. 18: 18. *Furavit*
Jehova, & non poenitebit ipsum. Tu es sacerdos in saculum, secundum
ordinem Melchizedeki. Psal. 110: 4. *Et unxi Regem meum in Zionem,*
montem sanctum meum. Psal. 2:6.

ipsi flagu-

II. Licet autem multi olim in populo Dei prophetæ & sacerdotes, ac
reges

1. Tot sal myn gelyc acht waken biden alle werelt (nind loon) nind d'oy
 edy fullyt propheetel etc. Luc: 28. 29. Act 2: 17. 18.
2. Luc 1: 6. d'wils ons gelycacht gelyc tot homing d'g. p'wiffel 5: 4. 18.
3. Luc 12: 47. wox wylde gelyc tot wylde gelyc d'g. p'wiffel 12: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



reges fuerint; vix tamen ullus cuncta ista munera pleno titulo simul complexus fuit: quod solius Christi est. Qui ideo non simplici diademate insignitus legitur, Apoc. 19: 12. & prophetis omnibus, sacerdotibus, ac regibus longè celsior ac sublimior extitit. Propheta vel ipso Mose major, Deut. 18: 18. Hebr. 3: 1-6. inque domo Dei solus audiendus, Matth. 17: 3. & 23: 8. Sacerdos, supra Aaronis sanctitatem, ut pote alterius sacerdotii, Psal. 110. & epist. ad Hebr. Rex denique, qui non terreno in solio, sed in cælo sublimis, divosque, mortalesque turbas, imperio regit unus æquo. Psal. 110: 1. Psal. 89: 28. *Etiam ego primogenitum faciam illum, summum regibus terra.* Quod regium munus officiorum ejus colophon & apex est; cui reliqua subordinantur.

III. Primum ordine est sacerdotium Christi; tum ratione spon-
 nis, tum quia ut Propheta de sacerdotio suo debuit loqui. Ut tamen re-
 ceptum ordinem sequamur, cum etiam Christus, antequam se offerret,
 verba Dei locutus sit, præmittamus officium ejus *propheticum*. Per hoc
 de sinu ac concilio veluti Dei in terram missus, mortali ore hæcenus in-
 dicta edisseruit; ac *verba Dei*, quæ Deum Deique filium solum prolo-
 qui fas erat, locutus est; omneque redemptionis mysterium planissime
 nudavit ac evulgavit. *Deum nemo vidit unquam. Unigenitus filius, qui
 est in gremio patris, ille edisseruit, Joh. 1: 18. Quem enim misit Deus, ver-
 ba Dei loquitur.* c. 3: 34.

Munus
 ipse
 PROPHE-
 TICUM,

IV. Venturum eum promisit olim Moses, prophetarum omnium
 maximus; ac sese majorem hoc ipso passus est, cum ipsi testimonium
 perhibeat, ut servus domino suo: (*Si enim crederetis Moysi, crederetis
 mihi: de me enim scripsit, Joh. 5: 46. Moses quidem fidelis in tota domo
 ipse, ut famulus — Christus autem tanquam filius.* Hebr. 3: 1-6.)
 atque in Ecclesia restare quædam adhuc *λαληθησόμενα* non obscure in-
 nuat, quæ *verba Dei* appellat, in emphasi. Deut. 18: 18. conf. Hebr. 3: 5.
 quæ non à servo, sicuti Moses erat, sed à filio ac divinæ familiæ hærede
 proloquenda erant; qui sub excidii pœna audiendus erat. Deut. 18: 18.
*Erit autem, ut quisquis non auscultaverit verbis meis, quæ loquunturus est
 in nomine meo, ego reposcam ab illo.* conf. Matth. 17: 5. *Hic est filius
 meus dilectus, in quo beneplacitum habeo: ipsum audite.* Quæ profecto
 augustiora sunt, quam ut in alium quemvis ex prophetarum numero
 conveniant; quæ Judæorum corruptela est. Sed & reliquorum prophe-
 tarum de prophetico Christi munere vaticinia extant. *Filii Zion gaude-
 te & letamini in Jehova, Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem illum*

olim præ-
 dictum

ad iustitiam : qui fecit vobis cadere pluviam primam & serotinam in primo mense. Joël. 2: 23. *Ecce servus meus, quem teneo; dilectus meus, quo acquiescit anima mea. Dedi spiritum meum super ipsum, iudicium gentibus proferet.* Jcf. 42: 1. *Ecce testem nationum dedi ipsum, principem & praeceptorem nationum.* Jcf. 55: 4. *Spiritus Domini Jehovae super me est, quia unxit Jehova me ad Euangelium nuntiandum mansuetis,* Jcf. 61: 1. conf. Luc. 1: 76. Hebr. 3: 1. *Considerate Apostolum & Pontificem astipulationis nostrae Christum Iesum.* Unde quoque sub nomine prophetæ cognitus est; concludente vel ipsa turba: *Hic est verè propheta, qui venit in mundum,* Joh. 6: 14.

quibus con-
stet parti-
bus,


V. Munus autem prophetarum hisce fere absolvebatur partibus: 1. quod populum docerent, ac in fide patrum, & præcipuo illo de Messia articulo, confirmarent. *Et loqueris ad illos omnia verba hæc, & non auscultabunt tibi; & vocabis illos, & non respondebunt tibi,* Jer. 7: 27. 2. quod futura, tum præsentem, tum sequentem Ecclesiæ statum spectantia, prædicerent. 3. quod miracula patrarent. *Dixit enim Elisa, vir Dei, veniat ad me, & cognoscat quod sit Propheta in Israël.* 2. Reg. 5: 9. Quæ omnia Christus plenissimè præstitit. Nam & passim in Euangelio docentem audimus; variisque ænigmatis & parabolis, ac apertis quoque verbis novæ Ecclesiæ fatum, ad extremum usque finem, describentem, Matth. 13. & 24. & cuncta denique magnificis operibus ac stupendis miraculis confirmantem videmus.

& quomo-
do à Chri-
sto obitum
sit:

VI. Prophetam vero egit, tum prisca temporibus, sub Vet. T. per Spiritum S. prophetasque ministros: *Perscrutantes in quod & quale tempus Spiritus Christi, qui in ipsis erat &c.* 1. Pet. 1: 11. *In quo (spiritu) abiens, spiritibus, qui in custodia sunt, præconiavit.* c. 3: 18, 19. Unde ejus nomen est *הַמְדַבֵּר* is, qui loquitur, Esai. 52: 6. sicut & dicit se initio locutum, Joh. 8: 25. conf. Esai. 48: 15, 16. tum præsertim sub Novo T. cum præfens Ecclesiam suam doceret, non externo affatu solum, sed & interiori vi ac potentia, qua apud animum pollebat: discedens denique reliquit Ecclesiæ Spiritum suum ducem, & Apostolos doctores, sequentemque eos Euangelizantium turbam. Eph. 4. Perversè enim Sociniani Novi Test. ministros ultra Christi in terris prophetiam ascendere, ac perfectiora longè tradere, blasphemant, quæ videl. à Christo, vel regnatura, vel regnante, acceperint.

in primo
ejus speci-
mine.

VII. Primum muneris specimen dedit duodecimo ætatis anno, quando templum ingressus, interque doctores assidens, futuro ministerio prælu-



prælusit, Luc. 2. publicè autem illud auspicatus est post baptismum, quo decedenti Johanni veluti succederet, cœptumque ab ipso Euangelium perficeret & consummaret. *Postquam vero traditus esset Johannes, venit Jesus in Galilaam, prædicans Euangelium regni Dei.* Marc. 1: 14. coll. Matth. 4: 12-17.

VIII. Ubi notanda Socinianorum fabula: qui ut Christum pro mero homine agnoscunt, qui tam sublimem ac divinam doctrinam, quæ veteri lege longè sanctior ac perfectior fuerit, ex pectoris sui adyto proferre nequiverit; eam ab ipso de cœlo, ubi post baptismum sublatus, ac aliquo tempore moratus fuerit, è divino contubernio haustam afferere non dubitant: non solum nulla Scripturæ auctoritate, quæ raptum istum nullibi narrat: sed & nulla necessitate. Cum enim, si quisquam mortaliū, Christus Deo plenus, ac cœlesti spiritu inunctus foret; sua de cœlo profecto arcessere, ibique arcana doctrinā erudiri, necesse non habebat; neque eo ad muneris sui auspicia rite capienda ascendere tenebatur, cum istud non in cœlo, sed in terra, sollempniter præstiterit. Ac tandem omnis hæc nugatio contra manifestam Scripturam est; quæ Christum *semel* tantum in cœleste sanctuarium ingressum docet, Hebr. 9: 12. & proximis post baptismum diebus non in cœlo; sed in deserto egisse, & à diabolo tentatum testatur. Matth. 4.

IX. Obivit ministerium suum Christus deinceps plenissimè & perfectissimè. Nam 1. doctrina, quam tradebat, præceptis sanctissimis, ac pretiosissimis de salute & vitâ æternâ promissis, constabat. 2. & modus docendi erat omnibus numeris absolutus; cum divina quadam auctoritate, quæ ipsi pro eloquentia erat, polleret; nec humili sermone, qualis eorum est *qui de terrâ loquuntur*, sed cœlesti suada auditorum mentes afficeret; quæ, quanquam non multum humani cultus præferret, simplicitate tamen potens & veneranda erat. Accedebat orationis libertas, summa cum prudentia conjuncta, & perspicuitas, & modo illecebræ, modo aculei & stimuli, nudandæ impiorum hypocrisis; quo in genere immensum valebat. *Docebat enim ipsos, ut potestatem habens. & non ut scriba.* Matth. 7: 29. *Novimus quod verus sis, & viam Dei in veritate doceas, & non curæ tibi sit de ullo: non enim aspicias personam hominum.* c. 22: 16. *Respondunt ministri, nunquam ita locutus est homo, ut hic homo.* Joh. 7: 46. 3. Denique, cum doctrina Christi potissimum in moribus consisteret, & solam fidem ac resipiscentiam doceret, nec ritibus ac cœremoniis magnopere occuparetur, ita ea comparata erat, ut longè lateque à

*an exinde
in cœlum
raptus sit?*

1. facte subijungunt.

*Deinceps in
publico
ministerio.*

cun-

cunctis gentibus adoptari, atque ad ultima mundi tempora perdurare posset.


*inde ejus
in hoc mu-
nere supra
omnes alios
excellencia*

X. Unde excellentia Christi supra omnes alios Prophetas apparet; quæ potissimum in hisce tribus elucet. 1. quod cæteri aliunde accepto lumine, nec nisi per intervalla coruscante; hic autem proprio gauderet; nec aliunde petere Spiritum necesse haberet, quem in proprio corpore hospitantem habebat. 2. quod illi omnia Dei nomine & auctoritate gererent, hic autem in proprio nomine ad Ecclesiam venerit, tanquam ad propria; erat enim Dei filius, ac familiæ istius princeps & hæres. Hebr. 3: 6. Unde locuturus erat ut *testis, princeps ac præceptor*, Esai. 55: 4. & ut *legem suam*, Esai. 42: 4. 3. quod illorum opera exteriori ministerio absolveretur; Christus autem interiori sermone mentem ipsam affari, & victam sub jugum suum ducere poterat. *Et dixit unus ad alium, nonne cor nostrum erat urens in nobis, quum loqueretur nobiscum in viâ, & quum aperiret nobis Scripturas?* Luc. 24: 32. *Omnis igitur, qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.* Joh. 6: 45. Quibus adde, cæteros, cum nudi homines forent, ex terrâ locutos; Christum autem, de sinu Patris demissum, quæ viderat quæque audiverat mortalibus enarrasse: *Qui supernè venit, supra omnes est: qui è terra est, terrenus est, & terrena loquitur: qui è caelo venit, supra omnes est. Et quod vidit & audivit, hos testatur.* Joh. 3: 31, 32. Ut pateat Prophetam hunc simul Deum fuisse. *Quis enim hominum novit ea quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? sic etiam ea, quæ sunt Dei, nemo novit nisi Spiritus Dei.* 1. Cor. 2: 11, 16.

*Errores
prophetia
Christi
oppositi.
1. Socinia-
norum, de
nova Chri-
sti lege.*

XI. Atque hæc de prophetiâ Christi. Videndi nunc oppositi errores, quibus ea ab hæreticis passim defœdata est. Atque occurrunt hic primo *Sociniani*; qui, ut justitiam Evangelicam abnegant, eamque in operibus collocant, eo etiam Christi ministerium subservire faciunt. Cum enim vita æterna, ut ipsos sæpius docentes audivimus, ex veteris legis præceptis sperari non posset; sanctiori quadam lege ac perfectioribus præceptis opus erat, quibus æternæ beatitudinis præmium annexeretur. Hinc jam Christum novum legislatorem faciunt: cumque prisca lex nec præceptis, nec promissis perfecta esset, Christum illam partim correxisset, partim variis in partibus sanctitatem ejus intendisset, denique novis ac propriis præceptis adauxisset docent. Inque eo munus ejus propheticum absolvi tradunt. Quæ propius excutienda sunt. &

XII. Ac de *Christo legislatore*, & quo sensu id nomen ferre vel non ferre



ferre possit lib. 2. cap. 16. §. 6. vidimus. Sine convitio autem *nova* & sanctioris *legis*, novique ac perfectioris fœderis (quod pariter operum fœdus foret) auctor dici nequit. Quod ita ostendimus :

XIII. 1. Illud foret divinæ *legis* sanctitatem criminari, ejusque perfectionem abnegare, quam Scriptura tam luculenter testatur. *Lex Fœderis est integra, restituens animam.* Psal. 19: 8. *Omne quod præcipio vobis, hoc observabitis, ut faciatis; neque ad hoc addes, neque ab eo diminues.* Deut. 12: 32. Nec enim perfectius ac sanctius quiddam illibato Dei ac proximi amore cogitari potest, quem omnem divina lex jubet, Matth. 22: 37. Unde vitam ex ea sperare juvenis ille in Evangelio ab ipso Christo jubetur. Matth. 19: 17.


Quod re-
vincitur.

XIV. 2. Quin est illud ipsius *Dei sanctitatem* abnegare. Cujus expressio est in lege. Ut enim Deus sanctitatem & imaginem suam intus in cordibus nostris expressit; ita eandem in legis tabulis quoque exaravit. Est autem eadem utrobique sanctitas; tum in Deo ipso, tum in imagine ejus; sive ea in hominum animis, sive in legis tabulis spectetur. Ut legis sanctitate & perfectione negata, ipsa Dei sanctitas & imago blasphemetur.

XV. 3. Sed & *hypocriſeos Deum* arguunt; qui imperfectam sanctitatem olim præscripserit, istoque pacto coli voluerit; vitamque æternam ad istum cultum dederit: ac si pro justitia accipere posset, quod justitia non erat; sui que communionem eâ viâ largiri, qua tamen ad Deum non itur, sed potius ab eo disceditur.

XVI. 4. Denique quod de *nova* non solum *lege*, sed & *fœdere* jactant; quod tamen rursus operum fœdus sit; id eo nititur, quasi Christus novam religionem, patribus inauditam, introduxisset: quod quantopere veterum sanctitati ac religioni injurium; spei ac fidei ipsorum inimicum; rei que ipsi, ac Veteris Novique Testam. Scripturis adversum, cumque iis aperta fronte pugnans sit, sub Veteris Test. œconomia non uno loco demonstravimus. Est enim *Jesus Christus & heri & hodie idem, & in sæcula.* Hebr. 13: 8. Sicut nec per adventum Christi religio veterum mutata, aut lex Dei irrita facta fuit. *Legem igitur inutilem reddimus per fidem? absit. Imo legem stabilimus.* Rom. 3: 31. Præsertim cum ipsi illi legi Christi obedire, atque hoc pacto salutem nostram peragere deberet. *Factus ex muliere, factus legi subjectus.* Gal. 4: 4.

XVII. 5. Accedere tandem posset ipsius *Christi* consideratio, &



zich ook wel verbonde gemaekt met mijn eeghgen land in dan-
gelyke zedde op dat maent.

a
n
p
lit
tar
ipl
nif
run
levi
Pro
luzi
quæ
inve
iplor
Mart
mora
ei pe
interp
gnare
tu rer
XX
magite
non fol
tampli
culo ut
per rone
qui rone
reper a
fius can
comij
fili

XXII. 4. Pariter ψ . 27, 28. *Audistis dictum fuisse veteribus, non septimum mœchaberis. Ego vero dico vobis, quicumque aspicit mulierem, ut eam concupiscat, jam adulteravit eam in corde suo; non augetur præceptum septimum, sed vis ac sanctitas ejus ostenditur; quæ ipsos cordis motus, aspectusque omnes lubricos & adulteros coërcet: sicut & in veteri œconomia illi damnantur: & viderunt filii Dei filias hominis, quod pulchra illa essent, Gen. 6:2. conf. Iob. 31: 1.* Quod nec prorsus diffiteri Socinus potuit.

XXIII. 5. Quæ de libello repudii ψ . 31. Servator addit, illa legem politicam, non moralem, spectant. Nec à Mose licentia illa divortiorum, tanquam labe omni careret, approbata, sed Judæis potius durissimum ipsorum cor non sine probro ingestum ac exprobratum fuit. Cujus manifestum exemplum ac publica accusatio erat, in frequentibus illis uxorum repudiis, quibus maritorum asperitas propalam vulgabatur, ac non leviter traducebatur. Quod non Christus solum, sed inter veteres Prophetas Malachias jam notavit: qui Deum repudiatarum suspiriis veluti fatigatum, aramque ejus non sanguine magis quam lacrymis ac quærimoniis ipsarum plenam, inducit; acriterque contra maritorum iras invehitur, quos *injuriam superinduisse vestimento suo* dicit, ut peccata ipsorum cuius nota essent, Mal. 2: 16. Quibus consonant Christi verba Matth. 19: 8. *Moses $\omega\epsilon\delta\epsilon\varsigma$ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν concessit vobis uxores vestras dimittere. sed à principio non ita fuit.* Manifestum enim est primævo conjugii instituto, ex qua, veluti certissima lege, leges omnes interpretandæ veniunt, hanc divertendi libidinem directâ fronte repugnare; ac lacerare par illud, quod Deus propria manu conjunxit, & initio rerum in Paradiso collocavit.

XXIV. 6. Versu 33. ad *tertii præcepti* corruptelas Christus perguit, & *terti- um.* magistrorum axiomata de votis & juramentis corrigit. Fas enim ipsis non solum per nomen Dei, sed & templum, & aram, ac præsertim dona templi jurare; idque temere sæpe & nulla cogente religione, quin & leviculo, uti putabant, peccato per quædam eorum pejerare. *Qui juraverit per templum, nihil est; qui vero juraverit per aurum templi, debet — Et qui juraverit per altare, nihil est, qui vero juraverit per donum, quod est super altare, debet.* Matth. 23: 16-19. Quam ipsorum hypocrisim Christus castigat, & non solum spuris istis juramentorum formulis, sed vero omni jurejurando extra necessitatem abstinere jubet, ne vulgari ac quotidiano usu Dei nomen, quod omnino sanctum haberi debet, evilescat.

Non feres nomen Domini Dei tui in vanum. Exod. 20. cui concinit Ecclcf. 9:2. *Qui iusjurandum metuit.* & Jac. 5:12. *Fratres mei, ne juretis, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud ullum juramentum.* Ac præfertim Christus hoc ipso loco: *Ego vero dico vobis, ne jurate omnino: neque per cœlum &c. neque per terram &c. neque per Hierosolymam &c. neque per caput tuum &c. Esto autem sermo vester etiam, etiam; non, non. Quod autem supra hac redundat, a malo est.* v. 34.


XXV. Versu 38. *Audistis dictum fuisse, oculum pro oculo, & dentem pro dente.* *Ego vero dico vobis, ne obsistite improbo &c.* fatetur ipse Socinus non sensum legis, sed perversam ejus glossam carpi: cum ne quidem sub Vet. T. privatæ vindictæ indulgere licuerit. Quam tamen, sumto è legis verbis, (Exod. 21: 24. *oculus pro oculo, dens pro dente*) colore, vulgo homines exercebant, atque illis peccato suo veluti nubem obducebant. Cum tamen de publicis judiciis lex illa diferte agat. conf. Exod. 21: 22. *Si viri rixati fuerint, & percusserint — multando multabitur — dabit è sententia judicum.* Lev. 24: 19. *Vir, cum, influxerit proximo suo vitium, secundum quod fecit, sic ipsi fiet.* Deut. 32: 35. *Mea est vindicta & retributio.* Quod autem nunc ne illa quidem privata in causa implorare Christiano fas putet, magnopere fallitur. Ad vim enim ac injuriam arcendam tribunalia exposita sunt, ac publicè adire ea sine crimine licet; sed absque fremitu & indignantis animi motu, ne condita nobis odia magistratibus imputantes judiciorum sanctitatem livore ac animi tabe præpolluamus: nedum, ut unice nobis propositum sit, legibus ipsis odia nostra armare, fratremque evertere, ac jacenti insuper illudere; quæ sæva *Ἐπιχειρηματία* est, & olim, & nunc, vetita.

& amorem proximi.


XXVI. 8. Sequitur tandem Scribarum circa amorem proximi *κατήχουσις*, immitis nimium & implacida, nec ex veri amoris lege. Cum enim peculiaribus de causis devotam Cananæorum gentem excindere juberentur, Deut. 7: 2. illi credita sibi odia malè regentes, quicquid uspiam gentium ac populorum extra Judaicum nomen est, tanquam ad Deum nihil pertinens, isti præcepto includebant, eosque abominari ac palam odisse, pro justo ac sancto habebant. Cujus impietatis furculus est, quod apud Matth. v. 43. occurrit. *Audistis dictum fuisse, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Quæ certe à lege charitatis valde aliena erant. Unde Christus veri amoris regulam uberius explicat, ipsosque *hostes diligendos esse, maledicentibus benedicendum, osoribus nostris benefaciendum, & precandum pro iis qui damno nos afficiunt, ac perse-*
quuntur.

conf. 508^s 4
4 570^s 93.

circa judi-
cia







quuntur, monet; addita v. 45. ratione, quæ Vetus quoque Testam. spectat: *Ut sitis filii Patris illius vestri, qui est in cælis; facit enim ut sol suus exoriatur super malos & bonos, & pluit super justos & injustos.* Atque ad alienigenas etiam, ipsosque inimicos nostros, sanctum illud proximi nomen extendendum luculenta pictura ac parabola ostendit, Luc. 10:30. Quæ & legis sententia erat. Quæ enim de proximo & fratre Lev. 19:17, 18. *Non odio prosequeris fratrem tuum in corde tuo, redarguendo redargues proximum tuum, & non feres ejus causa peccatum; non obtrectabis populari tuo; non stabis contra sanguinem proximi tui; non vindictam sumes, & non observabis iram cum popularibus tuis, & amabis proximum tuum sicut te ipsum.* ego *Jehovah*: ac ipso nono legis præcepto, non respondebis falsum testimonium contra proximum tuum; jubentur, omnibus, ni fallor, hominibus, ipsisque inimicis debemus, quos tam propinquo nomine conciliare nobis divina lex voluit. Neque hæc Novi Testam. solum explicatio est, Rom. 13:10. *Dilectio proximo malum non facit. Impletio itaque legis dilectio:* cui concedere tamen adversarii debebant: sed & ipsius legis auctoritatem habet: *Cum occurreris bovi inimici tui, aut asino ejus erranti, reducendo reduces eum ipsi: cum videbis asinum osoris tui recubantem sub onere suo, an omittis vacare ipsi? vacando vacabis cum eo.* Exod. 23:4, 5. Cui concinit quoque Paræmiastæ dictum cap. 25: 22. *Si esurit osor tuus, ciba illum pane: &, si sitit, pota illum aqua.* Quod repetitur & confirmatur Rom. 12:20.

XXVII. Atque hoc quidem pacto Christus Patris sui legem expurgavit; Levitarum fæces, quibus aurum sanctuarii obscuraverant, abradendo, & divina sua limâ illud pristino nitore restituendo, denique duos illos omnium officiorum fontes, Dei ac proximi amorem, qui oblimati jacebant, ac hominum incuria lutulenti fluebant, rursus recludendo, salubresque inde aquas derivando. Quæ scribarum ac magistrorum censura ipsi jam olim debebatur, ex Malachiæ vaticinio, cap. 3: 3. *Nam ipse quasi ignis conflatoris, & ut smegma fullorum est. Ut sedet constans & purgans argentum, ita purgabit filios Levi; defæcans eos velut aurum & argentum.*

XXVIII. Sed legem non solum correctam, ac sanctitatem ejus in singulis præceptis non parum intensam, sed trium præterea præceptorum appendice de novo adauctam statuunt: quæ sunt, de abnegando semet ipso, ferenda cruce, ac Christo imitando: quæ peculiariter Christianæ philosophiæ placita ajunt, iis qui ad ipsam aggregari volebant, in

*An nova
præcepta
superaddi-
deris?*

moralia?

discipulatus rudimentum imposita : *Si quis velit post me venire, abneget se ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Matth. 16: 24. Quod ex perverso adversariorum studio proficitur : quo Veteris Novique Testam. non discrimen solum, sed propemodum dissidium statuunt ; unde totis Scripturis, quæ huc facere posse putant, venantur, ut non sine Veteris T. spoliis ac injuria novum hunc Ecclesiæ statum exornent.


XXIX. Quid enim tria hæc, quæ adferunt, præcepta aliud sunt, quam generalia ad excellentissimam virtutem, ac perfectissimam Dei obedientiam monita & hortamenta, quæ jam olim sub præcepto perfectæ *Dei dilectionis*, ac purissimæ *sanctitatis*, sicut *Deus sanctus* est, Deut. 6: 5 Lev. 19: 2. continebantur, & ab Abrahamo, à Mose, aliisque sanctis viris dudum præstita fuerunt ? Certe in Mose trinæ hujus sanctitatis compendium extat, qui *negavit* diei filix Pharaonis filius; elegit *vexari* cum populo Dei; ac majores divitias duxit improprium *Christi*; quem calcatis Ægypti deliciis in desertum usque secutus est. Hebr. 11: 24. Nec levius Abrahami exemplum est, qui patriam cognatosque *deserens*, Deum præcuntem *secutus* est; ac novus Cananæ accola non simplici *calamitate* isto in exilio exercitus fuit. Ac speciatim abnegationem sui sextum, septimum, octavum, nonum, ac præsertim decimum legis præceptum apertè satis comprehendunt: tolerantiam crucis cunctæ Veteris Test. Scripturæ, ac præsertim Psalmsuadent: ac imitari Deum, sanctitatemque ejus æmulari vel ipse Moses expressis verbis jussit: *Sicut ego sanctus*, Lev. 19: 2.

positiva?

XXX. Absurdiores adhuc sunt adversarii, cum moralibus hisce præceptis unicum præterea ceremoniale de *sacra Cœna* superaddunt. Ita enim amoris Dei pignora ac sigilla in præcepta commutare ipsis libet. Et quasi non vetus quoque Ecclesia illa habuerit ? Quin & ipsius legis præceptum non sit, ubi Deus favoris sui signa exhibet, ea amplecti, & publico isto ritu eum Deum suum fateri ?

11. Ana-
baptista-
rum &
Remon-
strantium,

XXXI. Cum Socinianis paria errant *Anabaptista & Remonstrantes* multi; præsertim primores illorum, *Puppins & Episcopus*: qui non aliud æque crepant, quam mandatorum Christi obedientiam, quæ imensum in modum supra Mosis præcepta evehunt. Quo in genere copiosi admodum sunt, nec eodem omnes ordine ea digerunt. Quæ ambages in Socinianæ impietatis summam aliquo modo perveniunt, ac Christum in novum legislatorem, fidem in opera, & justitiam Evangelicam in justitiam legalem commutant; & pro Christi obedientia nostram obe-



obedientiam ferè substituunt; omnemque prope fidei iustitiam, ipsamque Christianæ religionis apicem, evertunt ac produunt.

XXXII. Accedunt tandem & *Pontificii*, qui, in divinæ legis opprobrium, consilia sua Evangelica jactare non desinunt, quæ Dei præceptis sanctiora prædicant. In religiosâ autem monachorum suorum disciplina illa potissimum constituunt. Quæ ipsorum consilia revera præcepta sunt *hominum*, Esai. 29:13. quin imo *consilium improbi*, ut Scriptura ea merito infamat, Psal. 1:1. dum religioso prætextu veram resipiscentiam ac fidem in Christum non parum obscurant, ac ad falsam iustitiam paulatim deflectunt, & à Christo tandem apostasiam inducunt. Huc enim tandem omnia evadunt, ac speciosis istis verbis & legis sanctitas, & Christi meritum, ac præcipua Novi Testam. bona injurioso pede proruuntur. In externa autem monachorum disciplina, quicquid boni ac sancti est, divina lege continetur; quicquid autem ultra illam sese tendit, & malum, & superstitiosum, ac Christo denique inimicum est.

111. *Pontificiorum, de consiliis Evangelicis.*

XXXIII. Nec satisfaciunt quæ in causam suam afferunt; nos sub N. T. ad puriorem sanctitatem teneri, nec displicere Deo pietatem, quæ ultra imperata se extendat. Est enim extra omnem controversiam lex perfectissima sanctitatis formula. Et si vel Novi Test. fideles, pro temporum istorum felicitate, atque uberiore divinæ gratiæ copia, supra veterem populum longe eminere deberent; istud tamen ex ejusdem legis jussu ac postulato foret. Illa enim cum sanctitatem omnimodam, toto corde cunctisque ex viribus præstandam, jubeat, illi profecto, qui majorem gratiæ mensuram acceperunt, ad peculiariora quædam charitatis ac dilectionis officia obligari possunt, ad quæ aliorum mediocritas non pertingit. Ut, si quem Deus, non ex vulgo athletam, ad martyrii honorem, & ipsa Christianæ militiæ decora vocet; certe ille, non ex consilio quoddam, quod facere majoris quidem meriti, omittere autem peccatum non fit, ut adversarii loquuntur; sed ex ipsa amoris Dei lege ad palmam istam contendere debet. Quo tamen accedere non alii jubentur, quam quibus idem Spiritus audendi auctor est, & pari undique rerum forte, depugnaturis eundem veluti campum aperit. Quo sensu si adversarii perpetuam castitatem, & angelicum vitæ candorem, aliaque sublimiora quibusdam, pro donorum ac occasionum occursum, peculiariter servanda urgerent, in rectum sensum exire illa possunt. Verum istud quidem ab iis non agitur.

CAPUT XIII.

De miraculis Christi.

Prophetia
Christi
annexa

I. MIRA-
CULA
ejus.



I. Ad prophetiam Christi pertinent ejus *miracula*, & vitæ mortisque *exemplum*; quibus doctrinam suam validè confirmavit.


II. Miracula enim, cum vera doctrina conjuncta, non exiguum ad eam commendandam robur habent; suntque veluti divinæ manus signacula, quibus illam sibi curæ esse publicè testatur. Unde in Ecclesiæ exordio ea plerunque adhibita fuere, tum olim sub Vet. T. tum etiam in novâ Ecclesiâ à Christo.

III. Verorum autem miraculorum quatuor ponunt condiciones: 1. ut opus aliquod sit stupendum, ac supra naturæ ambitum. 2. ut idem sit publicum ac patens, & luce sua oculos perstringens. 3. ut non longo molimine veluti elaboratum, sed repente ac protinus, ad nutum Dei, productum sit. 4. tandemque non aliqua ex parte imperfectum, ut naturæ manus agnoscas, sed perfectum atque integrum sit. Quæ omnia in Christi operibus locum habuerunt; quæ naturæ vires immensum supergressa, & publica, & perfecta, ac ad solum loquentis jussu repente edita fuerunt. Quod non dubium divinitatis ejus testimonium fuit.

et planè
singularia.

IV. Quibus accedunt in Christi miraculis quædam *singularia*, quæ ipsum supra reliquos Prophetas longè evehebant: 1. quod miracula ejus non divinæ omnipotentiae solum, sed & bonitatis opera erant; ac talia quæ Messiam ipsum faterentur; quæque Deo ipso, si, humani generis misertus, in terras venire, illudque gratiosè visitare vellet, dignissima erant. In quo manifesto à Mosis miraculis differabant. Bis autem, peculiaribus de causis, severitate usus legitur; tum circa Gadarenorum porcos, Matth. 8. tum circa ficum istam mendacem ac sterilem, Matth. 21. 2. Quod opera post se relinquerent permanentia, ut in ægrorum sanationibus patet. Longe aliter ac illa erant, quæ Moses coram Pharaone gessit. 3. Quod in omni naturæ parte ea ediderit, in cælo, in terrâ, in mari &c. ea veluti universâ doctrinæ ipsius suffragante. 4. Quod singularis exempli forent, *à sæculis non exaudita*. Joh. 9:32. 5. Nec ea parè exhibita, sed frequentia, & numero propemodum infinita; certe multitu-

of. l. 10. 4 3123 qua vera fuerunt



r
fa
Ju
ed
die
net
dor
fan
mon
que
adde
que
cion
re Q
fam &
honor
VI
Strane l
thos m
tam ey
lam an
thos an
pellus
ma lopy

titudine sua omnia retro Mosis ac prophetarum oracula non exæquantia solum, sed superantia. 6. Quod propria potestate illa peregerit; quod & publicè factus est, Matth. 9: 28. *Dixit ipsis Jhesus, an creditis quod possum hoc facere? dixerunt ipsi, ne Domine.* Unde & pro arbitrio ea patrauit, quoties liberet: *Domine, si vis, potes me purificare.* Matth. 8: 2. eorumque patratorum potestatem aliis quoque fecit: *Dedit ipsis (discipulis) potestatem, spiritus impuros ejiciendi.* Matth. 10: 1. Tandemque illa non vanæ gloriæ, aut commodi studio; sed in Dei solius, ac, quod non vanum deitatis argumentum erat, in suam quoque ipsius gloriam, suæque divinitati testandæ, fecit. *Dixit Jhesus, hæc infirmitas non est ad mortem, sed propter gloriam Dei, ut glorificetur filius Dei per eam,* Joh. 11: 4.

V. Ac pertinent huc etiam aliæ quædam eorum *circumstantiæ*: 1. quod, cum Christus surgeret, à multis sæculis miracula nulla erant facta. 2. Nec quisquam majorum Christi, ac speciatim nullus de tribu Juda, miraculis celebris fuerat. 3. Ac ætate Christi, nemo ante illum ea ediderat; ne Johannes quidem Baptista, Christi adventantis præco. *Et dicebant: Johannes quidem signum fecit nullum,* Joh. 10: 41. 4. Quod nemo unquam in templo ea patrauerat. Hoc enim soli Christo, templi domino, servabatur. *Et accesserunt ad ipsum cæci & claudi in templo, & sanavit ipsos.* Matth. 21: 14. 5. Quod nullius unquam nativitas & mors miraculis insignita fuerat; quod Christi solius decus fuit. 6. Denique quod nulli unquam homini cælum ipsum ac universa rerum natura adeo famulata fuerit, & continuo propemodum obsequio, ad singularia quæque vitæ ejus momenta, nativitatem, baptismum, mortem, resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dextram &c. veluti obsecundaverit. Quæ omnia certe tantummodo non clamant, hunc verum esse Messiam & verum prophetam, qui tot divinis testimoniis ornatus, ac tanto honore de cælo ipso publicè commendatus fuerit.

VI. Efficiens miraculorum causa erat divina in Christo natura, ministrans humana. Ac ordine quodam & gradu in iis processit, dum minoribus miraculis majoribus prælusit ac veluti auspiciam fecit. Signorum enim ejus primum fuit, quod in Cana Galilææ fecit, ubi fluvialem undam in vini laticem commutavit. Cumque non semel esurienti turbæ cibos in deserto præbuisset; ab alimentis ad morborum sanationem progressus; tandem & mortem ipsam expugnavit, mundo redonatis qui jam supremum desleti ac humati erant, victimæ nil miserantis orci.

*Eorum or-
do & ratio,*

*in diebus
carnis ipsi-
us.*

VII. Nunquam autem in proprium commodum miracula fecisse legitur, & esuriens licet ac sitiens, utcunque omnes ipsi creaturæ obsequerentur, non aliis tamen quam naturæ manibus cibari voluit. Matth. 4. Joh. 4. Sicuti enim in aliorum bonum solum venerat, ita hominum commodis unicè inservivit, inque eo ad mortem usque perseveravit.


*post resur-
rectionem.*

VIII. Postquam autem resurrexit, non ita vulgo inter homines egit, nec morbos, ut ante, sanavit, Esai. 53:4. Matth. 8:17. & ne in templo quidem amplius visus fuit; peracto videl. sacerdotio, positisque infirmitatibus nostris, quibus antea succinctus erat, ac consummato denique certamine; post quod non in templum, terrestrem numinis ædem, vilemque jam domum, sed in cœlum ingredi, ibique regnare debuit.

*cur inter-
dum celari
jussa?*

IX. Quod celare nonnunquam miracula sua jusserit, id non modestiæ causa fecit, quæ in eo sita non erat, sed peculiaribus de causis. 1. Non enim prope nimis, ac saltu veluti in ora famamque hominum venire, sed spatio & mora invalescere debebat; Judæisque de Messia quærendi, & miracula sua examinandi tempus largiri volebat. *Et dixit ipsi Jesus: vide, nemini dicas: sed abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer donum, quod præcepit Moses.* Matth. 8:4. Unde sparfit quidam radios quosdam, quibus agnosceretur: *Si opera non fecissem in ipsis, quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent: nunc vero & viderunt, & oderunt, & me & patrem meum.* Joh. 15:24. nimia autem luce illorum oculos ferire ac offendere noluit. 2. Præsertim, cum sufficerent illa, quæ publicè extabant, quædam intra privatos parietes gesta intempestive nimis efferrî vetuit. Matth. 9:30. coll. Marc. 8:26. 3. Idoneo enim tempore ista in lucem ventura erant. Sicuti maximam eorum partem, non nisi post resurrectionem ejus, ut & alia ad ipsum pertinentia, primum publicata constat. Quod sapienti de causa fiebat, ut ab opere isto omnium maximo, ac publico divini favoris testimonio, reliqua ipsius miracula, ac doctrina univërfa, pondus ac auctoritatem acciperent. Unde & antea nonnunquam non miracula solum quædam, Matth. 17:9. sed & sese Messiam esse aperte nimis divulgari vetuit, Matth. 16:20. Luc. 9:21. Atque huc spectat signum illud quod flagitantibus Judæis ut omnium maximum pollicitus est; *Tunc responderunt quidam ex Scribis ac Phariseis, dicentes, præceptor, velimus ex te signum videre. Ipse vero respondens dixit eis: gens mala & adulterina signum requirit, sed signum non dabitur ei nisi signum Jonæ Prophetæ: sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tres dies & tres noctes; ita erit filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes.*

Matth.



o
c
i
q
p
in
ho
c
te
glo
me
rum
a. H
qu
gru
pau
tate
miqu
eam a
Deo e
omnis
XII
modu
digne
tate
ment. c
te. c
no. man
d. man

Matth. 12: 38, 39, 40. 4. Magis autem indignabatur, si à mendaci spiritu ipsi testimonium præberetur, quod non nisi infamandæ ipsius doctrinæ servire poterat: unde os istud impurum sæpe compescuit. Marc. 1: 34. & 3: 12. Matth. 12: 16.

X. Tandem non Christus solum ipse miracula patravit, sed & Apostolos ea virtute induit, qui & post ipsius discessum miraculorum gloria claruerunt, ut isto commeatu doctrina sacra mundo placeret. Unde cum toto orbe sermonem illum spargere deberent, qui à Christo in Judæâ solâ prædicatus fuerat, operum magnitudine & copia Christo non inferiores, sed propemodum majores fuerunt. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & majora his faciet; quia ego ad patrem proficiscor*, Joh. 14: 12.

*Patratæ in
ipsum no-
mine quo-
que ab A-
postolis:*

XI. Quanquam inter Apostolorum & Christi Domini miracula hoc interfuerit: 1. quod illi in nomine Jesu miracula fecerint, nullo proprio honore: *Dixit vero Petrus — in nomine Jesu Christi Nazareni, surge & ambula*. Act. 3: 6. *Quid miramini, quasi potentia propria, aut pietate, fecissemus hunc ambulare?* 7. 12. Christus autem & suam & patris gloriam sæpissime testatus ea peregerit: *Jesus autem respondit eis: Pater meus huc usque operatur, & ego operor*. Joh. 5: 17. *Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilee, & manifestavit gloriam suam*. cap. 2: 11. 2. Illi, cum facultatem eam aliunde accepissent, eandem aliis tradere nequiverint: Christus autem Apostolis, successoribus suis, eam quoque largitus fuerit: *Ecce, do vobis potestatem ambulandi super serpentes & scorpiones &c.* Luc. 10: 19. *Infirmos sanate, leprosos purificate, mortuos suscite, demones ejicite, gratis accepistis, gratis date*. Matth. 10: 8. 3. Denique quod nec ipsi Apostoli, quoties ac ubicunque vellent, facultatem eam ad manum haberent, ac non sine precum ambitu eam plerumque à Deo eblandirentur. Quod in Christo aliter sese habuit, cui ad nutum omnis natura præsto erat: *Ita enim filius, quos vult, vivificat*, Joh. 5: 21.

quo discrimine à miraculis Christi?

XII. Quæ vero contra miracula Christi objectant Judæi, levia admodum, & ex mero odio ad fulgorem eorum obscurandum quæsitæ, dignitatem eorum minuere nullo modo valent. Quem enim colorem habet, quod ea dæmonis ope, vel magico ministerio peracta blasphemant, quæ regno ejus adeo adversa fuerunt, ut potentio rem contra Sathanæ castra beliatorem Servatore nostro mundus habuerit neminem? *Ad hoc manifestatus est Filius Dei, ut solvat opera diaboli*, 1. Joh. 3: 8. quem & invitum regno suo occupatisque corporibus cedere sæpe coëgit: *Et*

*Vindicata] cont. V fol. 22
illa à Lu-
dæorum
calumniis.*

rogarunt ipsum, ne ipsos juberet in abyssum abire, Luc. 8: 32. *Si Satanas Satanam ejicit, contra se ipsum est divisus.* Matth. 12: 26. quæque non falsâ vel inani specie oculos præstringerent, ut magorum artes agnosceres, sed vera & mansura in genus humanum beneficia erant; qualia aut diabolo, aut magis imputari nulla ratione possunt. Quod autem ipsos Scribarum quoque discipulos dæmonas fugasse addunt, Matth. 12: 27. id ipsum Christi miracula non destruit, sed confirmat; cum ne illi quidem nisi appellato Christi nomine istam in dæmonas potestatem exeruerint. *Filii vestri per quem ejiciunt demones?* Matth. 12: 27. *Novimus quendam, qui in nomine tuo ejicit demones.* Luc. 9: 49. *Multi dicent, in nomine tuo ejecimus demonia,* Matth. 7: 22.

XIII. Talia ergo cum undiquaque fuerint miracula Christi, vera & divina, imò & Mosis prophetarumque miraculis majora, apparet non fuisse illa ad Israëlem tentandum composita, ut pseudo-prophetarum signa, Deut. 13: 1, 2, 3, sed verbis doctrinæque ejus fidem fecisse. Esai. 8: 18. Joh. 20: 31. Hebr. 2: 3, 4.

11. *Ejus*
EXEM-
PLUM.

XIV. Præter miracula ad munus Christi propheticum pertinet quoque vitæ ac mortis ejus *exemplum.* *Amuli mei sitis, ut & ego Christi.* 1. Cor. 11: 1. conf. 1. Thess. 1: 6. *Qui dicit, se in ipso manere, debet, ut ille ambulavit, & ipse sic ambulare,* 1. Joh. 2: 6. *Ad hoc enim vocati estis, quod etiam Christus passus sit pro vobis, relinquens nobis exemplar, ut sequamur vestigia ejus.* 1. Pet. 2: 21.


XV. Vita enim sanctissimâ doctrinæ, quam prædicavit, non mediocriter alluxit; nobisque omnibus præluxit, ut eandem vitæ sectam teneremus. Non quidem ubi mortale fastigium supergressus divinam virtutem exerit, vel mediationis opere perfungitur, & salutem nostram apud patrem peragit; quæ supra nostram mediocritatem sunt. Sed ubi eximiâ morum sanctitate nobis præit, utque ipsi eandem quoque semitam tereremus, pressa pedum posuit claris vestigia signis.

XVI. Nec parum denique doctrinam suam veluti supremo actu confirmavit morte sua ac martyrio: *coram Jesu Christo, qui testatus est coram Pontio Pilato pulchram illam confessionem.* 1. Tim. 6: 13. *à Jesu Christo, teste illo fideli, primogenito ex mortuis.* Apoc. 1: 5. Ut de resurrectione ac cœlesti ejus gloria taceam, quæ totidem divinæ ejus doctrinæ publica fuerunt testimonia, ac de cœlo edita præconia.

1


7





CAPUT XIV.

De munere Christi sacerdotali.

I.  Um salutem humano generi non solum promulgari, sed & exhiberi ac præstari oportuerit; post propheticum Christi munus, sequitur sacerdotale, ac denique regium ejus officium. Munus Christi SACERDOTALI,

II. Considerandum autem sacerdotale Christi munus dupliciter: 1. in genere, quoad naturam & dignitatem ejus muneris. 2. in specie, quoad præcipuas illius functiones.

III. Sacerdos describitur Hebr. 5: 1. talisque Christus, cum sponsor & angelus Jehovah intercessor esset, exhibitus jam olim fuit, Psal. 110: 4. *Tu es sacerdos in seculum, secundum ordinem Melchizedeci.* Zach. 6: 13. *Et erit sacerdos in throno ejus. & consilium pacis erit inter utrunque.* Dan. 9: 24. *Septimana septuaginta decise sunt — ad consummandum peccata, & ad expiandum pravitatem, & ad adducendum justitiam æternam.* Et in Novo T. Hebr. 9: 11. *Christus autem quum advenit, sacerdos summus futurorum bonorum &c. & 3: 1. Considerate Apostolum & Pontificem ad stipulationis nostræ Christum Jesum.* prædictum in Vet T.

IV. Adeptus autem id munus est, ex patris jussu ac vocatione: *Sic & Christus non semet ipsum glorificavit, ut fieret Pontifex, sed qui locutus est ad eum, filius es meus tu, ego hodie genui te.* Hebr. 5: 5. Cum enim filius foret, ad ipsum merito divinæ familiæ sacerdotium pertinebat. conf. Num. 13: 12, 13. *Ecce ego capi Levitas pro omni primogenito — nam mihi est omnis primogenitus — sanctificavi mihi omnem primogenitum ex filiis Israël.* & Psal. 89: 28. *Etiam ego primogenitum faciam illum, summum regibus terræ.* Nec simplici mandato, sed jurisjurandi religione illud ipsi confirmatum legimus; quo propositi Dei de salute hominum immutabilitatem intelligeremus. *Et in quantum non sine juramento (nam illi quidem sunt, qui sine juramento sacerdotes extiterunt: hic autem cum juramento, per illum, qui dicit ad eum, juravit Dominus, & non pœnitebit illum —) in tantum melioris testamenti extitit sponsor* Jesus. Hebr. 7: 20, 21, 22. 24.

adumbratum in Melchizedeco

V. Fuit vero sacerdos, non ex Aaronidarum instituto, sed ex Melchizedeci ritu & ordine, Pſal. 110:4. qui Aaronidis sacerdotibus & antiquior & major fuit. Qualis ille nobis Melchizedecus, in Cananæ partibus, paulo post mundi à diluvio renascentis exordium occurrit, inter cives suos regnum pariter & Pontificatum gerens. Quo in genere, interprete Apostolo, eximus fuit typus Christi, tum in iis, quæ de ipso in S. Scripturâ narrantur; tum etiam quæ prætereuntur, & religiosi silentii supparo involvuntur: in quo supra reliquos typos eminet.

VI. Narrantur enim de ipso 1. munus ipsius sacerdotale simul ac regium; cum foret Rex idem hominum, cœlique sacerdos. 2. ejus præ ipso Abrahamo dignitas; à quo decimas accepit; cuique sollemnem in modum benedixit. 3. Sacerdotii ejus præ Levitico antiquitas. 4. Nec sacrificium ejus prorsus præteritur, cum decimarum mentio occurrat, de quibus de more sacrificavit. 5. Tacentur autem successores ejus, ipseque solus derepente ea in gente sacerdos prodit. 6. quin & reliqua ejus universa historia reticetur; & nulla vitæ mortisque mentione, ipse prorsus ἀγενεαλόγητος, & tanquam ex se natus, producit. Ut non sacerdotium solum Christi ἀπαράβατον & perpetuum, sed & personæ ejus æternitatem figuratam intelligamus. Quæ Paulus latius in epist. ad Hebr. c. 7. exequitur, ubi Melchizedecum hunc ex tenebris illis, quibus eum sacra historia non sine mysterio obtexerat, evoluit; ac sacerdotii ejus dignitatem præ Levitico multis in rebus ostendit; istumque Christi typum per partes explicat ac ostendit.

⊕ Aaron.


VII. Neque solum in Melchizedeco, sed & in hieratico Aaronidarum ordine Christi sacerdotium expressum fuit: ut jam tunc sacerdotem ipsum viguisse sciamus, ac per ministros, & vicarium pecudum sanguinem, id munus peregisse. Quales, sicuti ante adventum ipsius in Ecclesia dari potuerunt, ut venturo viam panderent, cumque fidelibus de longinquo ostentarent; ita, peracto nunc Christi sacrificio, & vero sanguine libato, nulli amplius ejus vicario vel mystarchæ in terris locus; quales sese falso sacrificuli in papatu, cum suo sacrorum rege, jactant. Possidet enim Christus sacrificaturam ἀπαράβατον, nec ulli mortalium communicandam. Hebr. 7:14. ✕

Muneris illius partes.

VIII. Ut autem ad muneris hujus præcipuas *functiones* pergamus, constitit illud in sacra *εὐαγγελία* Deo placando ac hominibus conciliando, peccatisque ipsorum digno cruore expiandis, instituta. *Et per ipsum omnia reconciliare ad se, pacem faciens per sanguinem crucis ejus, tum*

quia

x conf. tod. 17:18



quæ in cœlis, tum quæ in terris sunt. Col. 1: 20. *Quod Deus in Christo mundum sibi reconciliavit, non imputans ipsis lapsus ipsorum.* 2. Cor. 5: 19. Ac duabus partibus absolvebatur 1. *Sacrificii immolatione*, & 2. *intercessione*: quæ & veteris sacerdotii partes erant.

IX. *Immolatio* Christi sui ipsius oblatio erat, ac proprii sanguinis li- IMMO-
batio, quem *per spiritum æternum obtulit, immaculatum Deo, purifican-* LATIO.
tem conscientias nostras. Hebr. 9: 14. Ubi Christus simul sacerdos, &
victima, & altare fuit.

X. *Sacerdos* fuit juxta utramque naturam, cum actus hic *ἑαυτοῦ* *in qua ipse*
πυρός fuerit, præcipua tamen divinæ naturæ dignitate ac usu; qui *spiri-* *sacerdos,*
tus ille æternus est, per quem se ipsum obtulit. Hebr. 9: 14. Non enim
in sacerdotii hujus honorem latronum turba, qui ipsum cruci suffixe-
runt, venire potest. Quicquid enim illis Christus in sacrum suum cor-
pus permiserit, ipse solus animam suam, nulli hominum obnoxiam, po-
fuit, & propria voluntate patri obtulit. *Nemo tollit eam à me, sed ego de-*
pono eam per me ipsum. Joh. 10: 18.

XI. *Victima* maxime fuit secundum humanam naturam. Oblatio *victima*
enim *corporis Christi* appellatur Hebr. 10: 10. 1. Pet. 2: 24. Cui divinitas
pretium & valorem contulit. Cum non hominis cujuslibet, sed *Dei* fue-
rit ille *sanguis*, qui fundebatur, Act. 20: 28. Unde *unus pro omnibus mo-*
ri potuit, 2. Cor. 5: 15. eosque *unico illo libamine* expiare, Hebr. 9: 26.
Nam ille Christi *ἑαυτοῦ* amor, illudque amoris martyrium tanti
profecto erat, ut humanum genus universum & amplecti & salvare
potuerit.

XII. *Altaris* autem cum duplex olim usus foret, tum victimarum *et altare.*
carnes sustinendi, tum easdem consecrandi; quo præsertim ignis sacer in
ara perpetuo excubans faciebat: priori respectu altare hujus sacrificii fuit
crux, in quam Christus *sursum elatus fuit*, 1. Pet. 2: 24. Secundum re-
spectum ipsa ejus divinitas & spiritus æternus sustinuit, qui victimam
hanc consecravit divinisque flammis accendit, Hebr. 9: 14. *Qui per spiri-*
tum æternum se ipsum obtulit, immaculatum Deo. Joh. 17: 19. *Et pro ipsis*
ego sanctifico me ipsum. Utque duæ olim in templo aræ erant, una pro
victimis, altera pro odoribus: ita utramque in Christi sacrificio reperire
est. Non enim solum peccata nostra ab eo expiata sunt, ut *sanctorum*
anima requiescere sub altari illo suaviter possint, Apoc. 6: 9. conf. Hebr.
13: 10. sed & preces nostræ, ab ipso sanctificatæ & odoræ redditæ, in
altaris illius aurei fumo recta in cœlum cunt. *Et alius angelus venit, et*
con-

constitit apud altare, habens thuribulum aureum; & data sunt ei thymi-
mata multa, ut daret orationibus sanctorum omnium super altare aure-
um, quod est coram throno. Apoc. 8: 3.

illius tem-
pus.

XIII. Tempus peracti hujus sacrificii idem fuit, quod olim lege de-
finitum erat; inclinante videl. vespera, quando jure mactari moris erat,
Num. 28:4. idque juxta angeli vaticinium apud Danielelem, cap. 9. Matth.
27:46. *Circa horam autem nonam clamavit Jesus voce magna.*

INTER-
CESSIO
Christi.

XIV. Altera sacerdotii Christi functio est *intercessio*. Quæ preces
sunt non privatæ, quales illæ quæ Matth. 26: 39. occurrunt: & *preca-
tus est; Pater mi, si possibile est, transeat à me poculum hoc. sed non ut
ego volo, sed ut tu vis*: sed publicæ; quales & olim, Joh. 17. & maximè
nunc in cœlis fundit. *Introiit in ipsum cœlum, ut nunc appareat faciei
Dei pro nobis.* Hebr. 9: 24. Et, si quis peccet, *ἑὸς κλητὸν advocatum
habemus apud patrem, Jesum Christum justum,* 1. Joh. 2: 1. *Quis est, qui
condemnat? Christus is est qui mortuus est, imo qui & suscitatus est, qui
etiam est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis,* Rom. 8: 34.
Quod ex veteris quoque sacerdotii ritu; ubi publicam intercessionem in
intimo sanctuario offerri, dei que veluti folio affundi à Pontifice mo-
ris erat.


XV. Atque hac ratione *ἑὸς κλητὸς* seu *Advocatus* noster dicitur,
1. Joh. 2: 1. quod nomen & Spiritui S. tribuitur, sed diverso sensu. Non
enim ille preces propriè pro nobis fundit, ut Christus sacerdos noster;
sed suspiria ac tacitas preces nobis insinuat ac dictat, atque interioribus
responsis animam nostram mulcet ac solatur. *Nam quod oremus, quem-
admodum oportet, nescimus: sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitu-
bus, qui sermone non explicantur.* Rom. 8: 26. *Emisit Deus Spiritum
filii sui in corda nostra, qui clamat, Abba Pater.* Gal. 4: 6.

illius mo-
dus & ra-
tio;

XVI. Non autem supplici ritu, in humum prostratus, patrisque ge-
nibus minor, hac generis humani ad vocatione perfungitur; sed glorioso
patrocinio causam nostram in cœlis agit; sanguinemque suum ac exant-
lato pro Ecclesia labores, ipsam denique crucem suam testatur; eadem-
que in voluntate, quâ olim in terras venit, nunc etiam in cœlis perfeve-
rat, debitumque laboribus suis pretium poscit. Unde ipse *sanguis ejus
clamare* dicitur, Hebr. 12: 24.

secundum
utramque
naturam.

XVII. Concurrit enim ad preces has, quæ *ἑανθρωπῶς* sunt, divina
ejus natura & humana. Hæc, intimis visceribus commota, laboranti Ec-
clesiæ condolare, proque ea patrem rogare, fufumque olim sanguinem osten-



ostentare non cessat. *Debit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret* — in eo enim quod passus est ipse, potest iis, qui tentantur, auxiliari. Hebr. 2: 17, 18. *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum.* Joh. 20: 17. Quod eo majori efficacia facit, quod ipsa jam in regnum evecta rebus Ecclesiæ majori cum auctoritate præsit. Illa autem non orat, sed exorat, & dignitate sua intercessioni Christi pretium facit.

XVIII. Cumque hæc intercessio *Ἰεσου Χριστου* conveniat, & sacerdotalis sit, atque universa Christi merito nitatur, facile patet quam impie in honoris hujus societatem sancti adsciscantur; quos Pontificiorum Ecclesia, non sine delectu, invocare & apprecari, ac Dei præsertim parentem veluti summo ac præcipuo folio sedentem propitiare consuevit. Quasi aliquem in sanctuario versari fas sit qui Pontifex non sit: vel Christus focia hominum opera indigeat, cum in summis animæ laboribus solus torcular calcaverit: vel denique sine servorum adstipulatione impetrari non possit, quod à patre filius postulat. Sed vide de his uberius tomi superioris lib. 2. cap. 14. §. 14. *207. 202. 196. et 65. 28.*

ita ut soli Christo conveniat, non verò sanctis.

XIX. Sed non ipse solum intercedit Christus, sed & preces sanctorum, sanguine suo tinctas & lustratas, ad Dei thronum perfert; quod quoque ex sacerdotali officio facit, ac juxta veterum sacerdotum ritum. Quomodo & in sacra Apocalypsi à Johanne visus est c. 8: 3.

XX. Ad intercessionem quoque Christi, & sacerdotii ejus in cælis actus, spectat *sacrificii ejus applicatio*, sanguinisque adpersio, quæ per Sp. sanctum peragitur. *In sanctificatione Spiritus, ad obedientiam, & adpersionem sanguinis Christi.* 1. Pet. 1: 2. *Sed accessistis ad sanguinem adpersionis, præstantiora loquentem præ Abel.* Hebr. 12: 24. Et sacerdotalis denique *benedictio*, Num. 6: 22, 23. quam non moriens solum in cruce, Gal. 3: 13, 14. sed vivens præsertim & regnans in cælesti folio nobis impertit: *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo,* Eph. 1: 3. palamque ac plenissime in extremo mundi actu largietur. *Tunc dicet Rex ius, qui ad dextram ipsius erunt: venite benedicti patris mei, hereditario jure possidete preparatum à foundatione mundi regnum.* Matth. 25: 34

Huc quoque spectat sacrificii Christi applicatio & nostra benedictio.

XXI. Has sacerdotalis officii functiones sequuntur fructus ejus & effectus: qui sunt 1. peccata nostra expiare ac delere. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris,* 1. Joh. 2: 2. *Per se ipsum purgatione facta peccatorum nostrorum.* 2. peccatores cum Deo reconciliare: *Gloriantes in Deo,*

Sacerdotii Christi fructus & effectus.


per Dominum nostrum Iesum Christum; per quem nunc reconciliationem accepimus, Rom. 5: 11. Omnia vero sunt ex Deo, qui nos sibi reconciliavit per Iesum Christum. 2. Cor. 5: 18. 3. cœlum nobis aperire, templumque istud sanguine suo consecrare: *Necesse ergo, figuras quidem eorum, quæ in cœlis sunt, hisce mundari; ipsa autem cœlestia melioribus hostiis præ ipsis.* Hebr. 9: 23. 4. tandemque Ecclesiam suam ista mercede acquirere ac sibi desponsare: *Ad pascendam Ecclesiam Dei, quam suo illo proprio sanguine acquisivit.* Act. 20: 28. Quod ex more veterum. conf. Gen. 29: 20, 28. 1. Sam. 18: 25. Hof. 3: 1, 2.

Errores Sociniano-
rum circa
sacerdotium Christi; qui

XXII. Sequitur tandem errorum circa sacerdotium Christi ἀπίθεσις & ἀναστροφή. In quibus agmen ducunt & omnium instar sunt Sociniani. Qui ut Christi satisfactionem negant, eumque sacerdotem revera non credunt; ita, quo testatam ac obviam adeo in Scripturis veritatem evadant, mirum in modum sese torquent. Cum enim sacerdotem eum sæpe appellari, cunctasque officii illius partes tribui ipsi videant; quo vim istam effugiant. 1. Sacerdotem quidem vulgo prædicant, sed sacerdotium ejus à regno non distinguunt, saltem Ecclesiæ suæ respectu. 2. Oblationem omnem negant, nisi quod tenui sensu pro se ipso, propriisque infirmitatibus obtulisse eum fingunt. 3. Propriè autem munere sacerdotali in cœlis demum fungi statuunt. 4. Atque illud denique omne in sola intercessione, atque hanc rursus in fiduciaro in Ecclesiam regno, ac continua pro ea cura ponunt. Quæ corruptelæ paucis profligandæ sunt.

1. Sacerdotium Christi cum regno ejus confundunt.

XXIII. Ac primò quidem sacerdotium Christi cum regno confundunt: quod quid aliud est quam verum ejus sacerdotium negare, & figuratè solum ac improprie sacerdotem fateri. Quod hi homines aperte audent. Quod enim propriè regnum est, improprie sacerdotium appellant; quia videl. non solum potestate, quod meri regis est, verum etiam benigna voluntate ac amore, ad instar sacerdotis, Ecclesiam suam curet & pascat. Scripturæ autem sacerdotium & regnum Christi distinguunt; cum hoc munus apud homines, illud apud Deum peragat: *Omnis enim Pontifex, qui ex hominibus capitur, pro hominibus constituitur, in iis quæ apud Deum agenda sunt,* Hebr. 5: 1. *Ego inungens regem meum præfeci Zioni, monti sanctitatis meæ.* Psal. 2: 6. illumque non externo nomine, & figura quadam, sed verum sacerdotem describunt, cunctasque ejus muneris partes exequuntur; ac veterum denique sacerdotum turbam ministerio ejus præluisse, ac munus ipsius figurasse docent: qui certe si umbræ



u
C
d
h
re
T
re
m
m
cu
pe
pe
co
m
qu
vic
per
ter
fin
fac
pec
Par
Q
com
la
ce
ca
er
r
is
re
h
h
pe

umbræ fuerint, in Christo veritas & corpus existere debent. Col. 2: 17.

Quæ sunt umbra rerum futurarum, at corpus est Christi.

XXIV. Sed & secundo oblationem Christi negant, quæ cum sacerdotii præcipua pars ac sequentis eam intercessionis fundamentum sit, hinc sacerdotem quoque eum omnino negare debent. Quod enim in terris, non pro Ecclesia, sed pro se ipso obtulisse ajunt, ut olim Veteris T. sacerdotes, hancque solam ejus oblationem intelligunt; quem colorem, aut quem revera sensum habere potest? Utcunque enim, dum mortali in corpore versaretur, infirmitatibus nostris & ærumnis, non tamen peccatis succinctus erat. Obtulisse autem Christus in Scripturis cum dicitur, non id mortalis corporis sortem, ut ab eo liberemur, sed peccata solummodo spectat. Unde pro se obtulisse dici non potest, cum peccatis caruerit. Verum adversarii oblationem pro peccatis, qui tamen communissimus ejus locutionis sensus est, ignorare volunt; ac ad humanæ vitæ infirmitates, corporisque nostri ærumnas, & mortem denique ipsam, hoc quicquid Christo tribuunt muneris referunt; quæ ille videl. ut sacerdos, aut potius ut rex, sanaverit & abstulerit. Unde & reppererunt, quomodo, cum peccata non haberet, pro sese tamen ipso in terris offerre potuerit; ad veterum videl. sacerdotum morém. Quæ insincera sunt, ac tollendo ejus sacerdotio excogitata. Hic enim à veterum sacerdotum instituto Christus paulum diversus fuit, cum iis, utpote peccatoribus, pro sese ipsis primo litandum foret, Lev. 4: 3, 4. Quo & Paulus spectat Hebr. 5: 2, 3. *Omnis Pontifex ex hominibus assumitur* —

Qui æquanimis esse possit ignorantibus & errantibus: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate; & propter eam debet, quemadmodum pro populo, ita & sua causa offerre pro peccatis. Quæ ubi Christo applicat, misericordem nobis sacerdotem, & infirmitatibus obnoxium, sed absque peccato, contigisse ait, ac infirmitatum illarum finem ac usum ostendit: *Non enim habemus Pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque tamen peccato.* Hebr. 4: 15. *Quamvis filius esset, tamen ex iis, quæ passus est, didicit obedientiam.* Hebr. 5: 8. Ac pro illis suis infirmitatibus non nisi lacrymas & preces libasse dicit 7. *Qui in diebus carnis suæ deprecationibus & supplicationibus oblati, cum clamore valido & lacrymis &c.* Aliter ac Aaronidæ olim, quibus necesse fuit, prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro peccatis populi, Hebr. 7: 27.

XXV. Cum autem sacerdotium Christi non in oblatione ejus collo-

2. oblationem ejus tollunt,

3. & quæ


*lemcunque
ponunt, ab
ingressu
ejus in cœ-
lum de-
mum exor-
diuntur.*


cent; nec sanguinis fusionem ad eam pertinuisse existiment; denique non in liberatione à peccatis, per interpositum lutrum ac pretium, sed in liberatione à miseria ac peccatorum pœnis per potentiam, quicquid istud muneris est consistere faciant, hinc & *tertiò* exordium sacerdotii ab ejus ingressu in cœlum demum arcessunt; & mortem ejus, ac quicquid in terra pro humani generis salute egit, ab ea excludunt. Quod commentum 1. non solum ex veteris sacerdotii analogia refutatur, cujus multæ partes peragenda erant, antequam victimarum sanguis in adytum inferretur: quin & erant victimæ nonnullæ, quarum sanguis nunquam in interiorem thalamum inferebatur: quomodo & Christus præcipuos sacerdotii actus in terra peregit; in cœlesti adyto autem non de novo obtulit, sed hostiam in terris oblatam ad patrium limen sicut, ac, peracto officio, in cœlum redux, pro animæ labore mercedem flagitavit. 2. Sed & apertis N. T. Scripturis refragatur, quæ oblationem ejus ab oblationis in cœlo repræsentatione accuratè distinguunt: *Purificatione peccatorum nostrorum per se ipsum facta, sedit ad dextram majestatis illius in locis excelsissimis.* Hebr. 1: 3. *Per proprium sanguinem ingressus est semel in sacrarium, æternam redemptionem nactus.* c. 9: 12. *Una pro peccatis oblata in perpetuum victima, consedit ad dextram Dei.* c. 10: 12. Ac sanguini ejus in terris fuso peccatorum purgationem; sessioni autem ad dextram patris jugem pro Ecclesia sua interpellationem assignant: *Et sanguis Jesu Christi Filii ejus, purificat nos ab omni peccato.* 1. Joh. 1: 7. *Quis est qui condemnet? Christus is est, qui mortuus est, imo vero qui etiam suscitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Rom. 8: 34. Hebr. 7: 25.


*4. denique
intercessio-
nem ejus in
precaria
potentia
collocant.*

XXVI. Denique *quarto* ipsum quoque Christi sacerdotium in cœlis, pariterque regnum ejus, corrumpunt. Ne enim Deus esse summus putetur, qui absoluta potestate Ecclesiam regat, sacerdotem potius quam regem appellare malunt. Et sacerdotale illud munus in cura quadam, & precario in Ecclesiam imperio, collocant. Unde infirma profecto fides nascitur. Cum Christus, juxta ipsos, potestatem nullam nisi precariam alterique obnoxiam habeat. Ac multo fatius sit, ipsum Deum recta adire, nec tali sponsore ac interprete niti, qui non solum nostram fidem roborare non possit, sed & in contumeliam ipsius Dei cedat; quasi ipsi soli, sine homine fidejussore, qui pro ipso spondeat, confidere non liceat.

XXVII. Atque ita planè sacerdotium Christi hi homines tollunt, cum








L.
me
Et
que
Deo
com
ci,
alim
III
Gron
relo
bemat
ci. &
un
com
IV.
P
D
J

cum nullam salutis impetrationem, nullam à peccatis liberationem, nullam victimam, nullam denique mediatoriam in cœlis intercessionem agnoscant; quæ cuncta ut non-necessaria rejiciunt. Similitudine solum quadam, regnum Christi, ut & illud corrumpant, sacerdotium appellant; quod videl. benevole, & summo in genus humanum amore, illud administret, acceptaque à patre potestate, Ecclesiam à peccatorum pœna, (quæ pœnæ ablatio illis omnis peccatorum expiatio est) liberet: denique in Christo metaphoricam sacerdotis ac Pontificis appellationem solum superesse docent.

CAPUT XV.

De munere Christi regio.

I.  Ost sacerdotium Christi de *regno* ejus agendum: cujus *Christi* tum natura, tum partes, ac functiones præcipuæ confiderandæ. REGNUM

II. Ac principio distinguendum venit regnum ejus *naturale* mediatorium à regno naturali, quod juxta cum Patre ac Spir. S. obtinet. Est enim hic quædam diversitas *ἀέρεων*, pari cæteroquin regni utriusque majestate ac honore. Cum illud Christo qua *θεανθρόπω*, hoc qua Deo competat; illud speciatim Ecclesiam, hoc autem cunctas creaturas complectatur. Ut male Pontifex, qui se Christi in Ecclesia vicarium facit, hoc colore universa mundi regna fastigio suo subjecta velit. Cum alii mundi, alii Ecclesiæ fines sint; ac dispar utriusque sit gubernatio.

III. Est autem regium Christi munus, ea mediatoris potestas ac auctoritas, qua, Ecclesiæ caput ac Rex constitutus, suprema potestate in cœlo ac terrâ viget; cunctaque ad Ecclesiam spectantia pleno jure gubernat; eamque & verbo ac interiore spiritus sui potentia regit & perficit, & adversus hostium quorumcunque assultus & potentiam tuetur, tandemque victricem, ac corpore animoque perfectam, in cœlo æternum coronabit. *& mediatorium:*

IV. Regem Messiam fore omnia prophetarum oracula canunt: vide *prædictum* Psal. 2:6. *Et ego unxi regem meum in Zionem montem sanctum meum.* *in Vet. Test.* Dan. 2: 44. *In diebus regum illorum, eriget Deus cœli regnum, quod in sacula non corrumpetur &c.* Luc. 1: 33. *Et regnabit in domum Jacobi*

in sacula, & regni ejus non erit finis. Pſal. 89:28. *Primogenitum faciam illum, ſummum regibus terra.* Eſai. 9:5, 6. *Venit principatus in humerum ipſius — ad amplificationem principatus, & pacem ſine fine ſuper throno Davidis.* Jer. 23: 15. *Et excitabo Davidi germen juſtum, quod regnabit Rex, & proſperabitur.* Zach. 9: 9. *Gaude admodum, filia Zion; Ecce rex tuus venit tibi &c.* Prima autem regni ejus mentio in vaticinio Bileami extare videtur: *Incedit ſtella ex Jacob, & ſurgit ſceptrum ex Iſraële; & deſigit angulos Moab, & demolitur omnes filios Seth -- Et Iſraël ſtrenue aget, & dominabitur aliquis ex Jacobo, & perdet ſuperſtitem de urbe.* Num. 24: 17, 18, 19. Ac deinde in Hannæ Cantico: *Fehova juācabit in fixis terra, & dabit robur invitum regi ſuo, & efferet cornu Uncti ſui.* 1. Sam. 2:10. Poſt quæ Davidi regia iſta proles promiſſa eſt, 2. Sam. 7. 1. Chron. 17. A quo tempore Meſſias in Eccleſia expectatus fuit, tanquam Rex ſtirpis Davidicæ: *Et ſervient Fehovæ Deo ſuo, & Davidi regi ſuo; quem excitabo ipſis, Jer. 30: 9. Et conſtituam ſuper ipſas paſtorem unum, & paſcet eas, ſervum meum Davidem; — & ego Fehovah ero ipſis in Deum, & ſervus meus David princeps in medio earum.* Ezech. 34: 23, 24. *Poſtea convertentur filii Iſrael, & quaerent Fehovam Deum ſuum, & Davidem regem ſuum.* Hol. 3: 5.

Eſt autem illud ſpirituale & cœleſte:

V. Eſt autem regnum hoc ſpirituale ac cœleſte; non qualia inter homines regna ac principatus videmus, externa vi ac poteſtate ſubnixā, ac multum humani ſplendoris præferentia; ſed plane alterius generis. Cum in hominum animis ejus ſedes ſit, inque cordibus Deum amantibus, ac humana cuncta calcantibus, Chriſtisque crucem læto animo ſequentibus, conſiſtat. Ad quæ proſecto externa vi ac imperio opus non erat. Unde nec Chriſtus regio apparatu in mundum venit; ſed, tanquam cœleſtis ſapientiæ doctor, divinam iſtam philoſophiam tum ipſe, tum per diſcipulos palam tradidit; veteremque humani generis labem ſanguine ſuo eluit; atque eo pacto mundum devicit, inque eo adhuc regnat.

VI. Tantum autem abeſt, quod externum in eo regnum erexerit, quod ſacrorum illud regnum, nomenque humanum, quod in Eccleſia adhuc extabat, abrogaverit; & ſacerdotum thronos ac veterum regulorum ſolium everterit; & ne qua ejus erigendi amplius vel occaſio vel neceſſitas foret, carnalem illum cultum ſuperinducto meliori deleverit; ipſamque tandem regni ejus ſedem ac palatium, templum Hieroſolymitanum, devaſtaverit ac exciderit. Denique, ne quis in externo nomine amplius gloriaretur, carnalem illum populum repudiavit, & cœlo ſoloque

x Do here be se synde v aude righte. (the long coming of the first
of the year by the first of the year.)

6
p
y
r
g
di
ac
m
m
dat
He
nifi
nis
alio
ho
drag
ipi
firo
quoc
tere
que
quam
cum
Melfi
Glu
IX
omni
tura
idem
p
wata
S
r
cip
am
Et

foloque exulem toto terrarum orbe errare iussit, novumque gentium populum in Ecclesiæ hæreditatem succedere fecit. Unde Christus rectè Joh. 18: 36. *Regnum meum non est de hoc mundo &c.* & Apostolus Rom. 14: 17. *Non enim est regnum Dei esca & potus, sed justitia, & pax, & gaudium per Sp. S.*

VII. Unde regni hujus præstantia patet, quod & cœleste prorsus, & divinum, ac denique æternum est. *Ascendisti in altum, egisti prædam, accepisti dona in hominibus &c.* Psal. 68: 19. *Et agnus vincet eos, quia dominus dominorum est, & Rex regum.* Apoc. 17: 14. *Dixit dominus domino meo, sede ad dextram meam.* Psal. 110: 1. *Talem habemus sacerdotem maximum, qui confedit in dextra throni magnitudinis in cœlis,* Hebr. 8: 1.

VIII. Ut Judæorum stuporem admirari liceat, qui ut Messiam non nisi carnalem regem agnoscunt, instar Davidis vel Salomonis, ita religionis ipsorum hoc nunc præcipuum caput ac compendium est; exorturum aliquem de gente ipsorum regem, qui Judæos exules, non sine multa hostium cæde, in patrias sedes redururus sit, ubi tamen fortè quadraginta annorum regnum sibi polliceri audent. Atque hæc est spes, ut ipsi appellant, Israëlitis; ac huc tendit omnis ipsorum religio. Quod profecto indignum est, hoc pro religionis capite, quin & summa, habere, quod terrenus aliquis rex forte oriturus & late imperaturus sit. Quod certe, si vel verum esset, non animam satiari, non hominem beare, neque fides ista iis, qui beata ista tempora non attingunt, prodesse quicquam posset. Non ultra enim insanam istam opinionem vexare attinet, cum id æpius præstitum sit. Ita autem Judæorum acies in regio isto Messię fulgore stupet, ut huic præcipua ejus beneficia, ac magnam illam salutem, quam attulit, considerare nec velint, nec possint.

IX. Sicut autem regnum Messię spirituale, ita & universale est, omnium sæculorum, omniumque terrarum fideles, quin & universæ naturæ potentiam, ambitu suo complexum. *Jesus Christus heri & hodie idem est, & in sæcula.* Hebr. 13: 8. *Et huic datus est dominatus, gloriaque & regnum, ut omnes populi, nationes & lingua ei serviant; cujus dominatus est perpetuus, qui non præterit &c.* Dan. 7: 14. *Et omnia subjecit ejus pedibus, eumque constituit caput super omnia Ecclesiæ.* Eph. 1: 22. Quod Judæi certe de suo illo Messia præstare non possunt, de cujus regno veteres omnes Ecclesiæ patres nihil degustarunt; nec Abrahamus, nec David, nec alii veteris Ecclesię principes, imo ne ullus quidem in hunc usque diem fidelium.

(made in
terrenum à
Judæis con-
versum).
conf. fol 23
394.

adeoque &
universale.

X. Similiterque regno huic subduntur omnia, omnesque ei creaturæ famulantur: *Facis ipsum potestatem habere in opera manuum tuarum; omnia posuisti sub pedes ejus.* Pſal. 8: 7. coll. Hebr. 2: 8. 1. Cor. 15: 27. *Data est mihi omnis potestas in cælo & terrâ.* Matth. 28: 18. Non quod omnes ad regnum illud propriè pertineant; sed quod sine infinitâ illa potestate administrari nequeat.

illius sub-
jecti.

XI. Subjecti ac vera hujus regni membra, sunt foli fidelès, populus ille voluntarius, Pſal. 110. qui non ex Judæis solum, sed maximam partem ex gentibus constat. In Christo enim inane istud populorum discrimen sublatum est: estque Deus nunc omnibus idem & unus. Gal. 3: 20.

Regni hu-
ius admi-
nistratio
varia, sub
V. & N.T.


XII. Administratio autem ejus hoc modo se habuit. Veteris Testamenti temporibus, cum iidem reipubl. Judaicæ ac Ecclesiæ fines essent, regnabat, etiam quoad externa, eo in populo proprie Deus; ac regimen illius Θεοκρατία quædam erat. Erat enim ibi terrenum ejus folium, omniaque ad principalis domus formam composita: erant & regni ministri, Levitæ ac sacerdotes, qui cærimonis præsidere, populoque jugum imponent; qui cum majori quadam potestate instructi essent, Dei regnantis focii, & dii, ac veteris sæculi principes dicebantur, Pſal. 45: 8. Pſal. 82. 1. Cor. 8. &c. Unde cum Deus non proximè aut solus Ecclesiam istam curare videretur, vigente qualicumque isto hominum imperio ac dominatu, nondum plenè ibi erat regnum Dei. Quod demum sub N. T. manifestatum ac promulgatum fuit; ubi omne hominum in Ecclesia regimen sublatum est. Qui rerum status in Scripturis Novi T. *Regnum cælorum* persæpe appellatur.

præcone Io-
hanne.

XIII. Præco regni illius, regisque jam adventantis præambulo fuit Johannes Baptista. *Lex enim ac propheta,* ac omnino vetus ille Ecclesiæ status, usque ad *Johannem* duravit, Matth. 11: 13. cujus adventu fata in melius commutata sunt, ac Dei regnum, non sine motu, explicare sese ccepit. *A diebus vero Johannis Baptiste usque nunc regnum cælorum vim patitur* (vel vim facit) & *vim facientes rapiunt illud.* Matth. 11: 12.

Rex Chri-
sto.

XIV. Christus ipse, Rex Ecclesiæ, quanquam à nativitate Rex erat, dissimulatâ tamen plerunque majestate in terris egit: nisi quod miraculis & doctrina eam nonnunquam ostenderit. Verum tenuia erant illa initia. Postquam autem è morte revixit, ac in cælum ascendit, tum demum publicè regem factus est; atque inde potissimum regni ejus fasti originem sumunt. *Hunc Jesum suscitavit Deus* — Certo sciat ergo to-



ta domus Israël, quod Deus hunc fecerit Dominum & Christum &c. Act. 2:32, 36. *Et nunc glorifica me, tu, Pater, apud te, gloria, quam habui, priusquam mundus esset, apud te.* Joh. 17: 5. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Matth. 28: 18.

XV. Regia ejus functio duabus potissimum partibus constat, Ecclesie à quo est gubernatione & defensione. Ecclesia

XVI. Gubernat eam, tum verbi, tum Spiritus efficacia. Scipionem ro- tum guber-
bustum tuum emissurus est Dominus Zione &c. Psal. 110:2. Sceptrum re- natio,
ctum est sceptrum regni tui. Psal. 45:7. *Et ego rogabo patrem, & alium advocatum dabit vobis, ut maneat vobiscum in seculum, Spiritum veritatis, quem mundus accipere non potest.* Joh. 14: 16, 17. *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem Spiritus Dei habitat in vobis.* Rom. 8: 9.

XVII. Cumque nec hostes, nec certamina ipsi desint, non homines tum defen-
solum ac mundus hic, qui Christum regnantem plerunque dedignantur; sio.
sed præsertim intestina vitia, atque homo sibi ipsi parum concors; & dæmonum denique vis ac furor, ac multiformes orci pestes; quæ tum interno tumultu, tum externa vi ac terrore fideles quotidie infestant; ab omnibus illis tutos ac invictos suos Christus præstat. Ut frustra infernalis lupus ovile Domini circumgemat; cum æternæ pastoris nostri excubiæ gregem suum ab ejus rabie defendant; nec ulla unquam ovicula inferni raptoris præda fiat. *Simon, Simon, ecce Satanas appetit vos, quos ventilaret sicut triticum: sed ego deprecatus sum pro te, ne deficiat fides tua.* Luc. 22:32. *Qui virtutis Dei præsidio custodimini per fidem, ad salutem paratam revelari.* 1. Pet. 1:5. *Quis nos separabit à charitate Christi? num afflictio, num angustia, num persecutio, num fames? — imo in his omnibus amplius quam victores sumus per eum qui dilexit nos. Nam mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque ullam rem aliam conditam posse nos separare a charitate Dei.* Rom. 8: 34. &c.

XVIII. A gubernatione fluit vocatio, respicientia, fides, nova obedientia; itemque dona illa extraordinaria, quæ nascentis Ecclesie originem illustrarunt, nunc autem constituta ea ac firmatâ, necessaria non sunt. A defensione ejus est fidelium perseverantia, crebræ Ecclesie liberationes, hostium vel conversio, vel interitus; tandemque peracto certamine fidelium coronatio & glorificatio. Ut satis pateat, non alium

quam Christum, Deum, Ecclesiæ caput ac regem esse posse, cum non alius ab illo munia ista explere possit; Papam autem, vel quicumque Christi vices subire, ac supremam in Christi populum auctoritatem sibi arrogare audeat, esse Antichristum. *Nam fundamentum aliud nemo potest statuere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus, 1. Cor. 3: 11. conf. Eph. 2: 20, 21.*

*Adjuncta
regni hu-
jus.*

XIX. *Adjuncta* regni hujus illud ab imperiis terrenis aperte determinant. Imperat enim Rex noster in ipsas animas hominum, iisque leges figere, ac pœnas statuere potest. *Ne timete vobis ab iis, qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.* Math. 10: 28. Nec solum externo ministerio virtutum præcepta docere, sed & per Spiritum suum eadem animis potenter insinuare novit: *Hoc illud est fœdus — indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inscribam eam.* Jer. 31: 33. Dispensat præterea absolutissima potestate vitam & mortem æternam, ac ultra sæculi hujus cursum dominatu suo pervadit; & inferni carcerem ac cœli gaudia solo nutu, pro singulorum meritis, distribuit. *Habeo claves inferorum & mortis.* Apoc. 1: 18. Denique regnum ejus æternum ac incorruptibile est. *Temporibus regum istorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in secula non destruitur.* Dan. 2: 44.

*An illius
detur finis?*

XX. Finem enim Christi regnum ignorat. Cum & Deus, & mediator, ac supremum Ecclesiæ caput perpetuo mansurus, nec ab isto fastigio unquam descensurus, aut gloria sua cariturus sit. Quæ enim ex verbis Apostoli, 1. Cor. 15, 24, 25. necitur difficultas, recto explicatu facile dissolvi potest. De regno enim Christi in terris, medios inter hostes, deque pugnis ac certaminibus ejus, eo loci Apostolus agit, ac finem eorum prædicit, deque Christi ac Ecclesiæ victoriis loquitur. Atque hoc est quod ait, *postea finis erit.* Præsentis enim regni faciem tantum mutandam toto contextu narrat. Ac simili modo Christus *regnum Patri tradet*, regnum videl. in terris gestum consummatum ac pacatum exhibendo, non in terra amplius, sed in cœlo regnaturus. Nisi potius passivè per *regnum Christi* ipsam ejus Ecclesiam, ex terris assertam & victricem, ac post longum exilium cœlo redonatam, intelligas. Quod est eam *Patri tradere*, h. e. triumphantem cœlo inducere, ac ante ora Patris *sistere, gloriosam, Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut quicquid talium, sed ut sit sancta & sine vitio*, Eph. 5: 27. Atque ita etiam *filius subjicietur Patri*, 8. 28. nempe in corpore suo mystico, ac in Ecclesia illa, cujus

conf. ?

o conf. l. 1: c. 23) 16

a
n
g
g
fa
va
M
po
fibi
enim
dum
at,
tadi
&inc
XV
bus in
quant
re ca
tibus
piti ex
priet
tuno a
pion
magn
XV
dum

cujus princeps & caput est: *Ecce ego, & pueri mei, quos donavit mihi Jehova*, *Jef. 8: 18. coll. Hebr. 2: 13.* Qui status præsentis finis regno gloriæ initium ac auspiciū dabit.

XXI. Componendi nunc cum hisce veniunt aduersariorum, ac præcipue Socini, de regno Christi errores; qui potissimum circa initium, naturam, amplitudinem, ac denique durationem ejus versantur. Quos & alibi (præsertim ubi de filii divinitate) tactos, enumerare tantum sufficit. Socinianorum errores circa regni Christi

XXII. Ac regem quidem Christum recentem ac modernum tantum faciunt, ex quo videl. devicta morte in cælum ascenderit, ac triumphalia adeptus fuerit, juxta *Matth. 28: 19. Data est mihi omnis potestas &c. Joh. 17: 5. Et nunc glorifica me, tu, Pater, apud te, gloria, quam habui, prius quam mundus esset, apud te.* *1. Pet. 3: 22. Qui est in dextra Dei, ingressus in cælum, ipsi subjectis angelis, & potestatibus, & potentiis: diversa regni ejus tempora, vel clariora, vel minus illustria, discernere non valentes.* Sub Vet. enim Test. profus regnasse nolunt; & si qua regni Messie ibi mentio, id de regno tantum aliquo terreno à piis tum intelligi potuisse asserunt. initium,

XXIII. *Naturam* deinde regni ejus talem tradunt, ut illud Patri subordinatum, atque ab eo dependens sit; utpote ab eo donatum. Patrem enim in Vet. Test. solum regnasse, in Novo autem Test. Christum socium ac collegam adscivisse, divisumque cum eo imperium possidere; ac, servato sibi reliquo mundo, Ecclesiam potissimum ipsi regnandam tradidisse, docent. Quamquam illud quoad exercitium rursus absolutum & independens faciant. Quæ pugnantia sunt. naturam,

XXIV. De *amplitudine* regni ejus ita philosophantur: *Ecclesie finibus imperium ejus contineri; circa res autem alias non aliter quam in quantum Ecclesie usus postulat versari: naturale autem Christi regnum in cælum ac terram abnegant, solique illud patri creatori ac conservatori tribuunt.* Ac Dominum quidem *angelorum* quoque eum fatentur, sed post exaltationem demum dominum factum. Quando & in *diabolos* potestatem acceperit, ad eos nunc quidem sceptro suo coercendos, extremo autem fine abolendos. Et quid de animabus piorum atque impiorum statuatur notum est. Ut in angustum exeant quæ alioquin tam magnificè de Christi regno, independente & absoluto, jactant. amplitudinem

XXV. Denique, ut Christum regem nuper factum asserunt, ita eundem regem *πρόσωπαιρον* & *εφήμερον* facere non dubitant. Ut enim illum & finem. out. 644
post)! 38.

post quatuor annorum millia sub N. T. demum regnare cœpisse ajunt, ita die novissimo regnum abdicaturum, ac de rege subjectum ac privatum rursus futurum docent. Cum autem nunc in multis angustiis Ecclesiam regat, ac extremo demum mundi actu, in celebri illo humani generis comitio ac judicio, sese verè regem ac Ecclesiæ vindicem præstiturus sit, hostibus ejus resuscitatis, publice damnatis, ac una cum diabolis æternum perire sive annihilari jussis, revera unicum tantum diem plenissime Christum regnaturum ferunt. Quod manifestè verbis angeli repugnat, Luc. 1: 33. *Et regnabit in domum Jacobi in sacula, & regni ejus non erit finis.*

CAPUT XVI.

De Christi obedientia.

Vita Christi arummo-
sa fuit,



I. Ita autem Christi publica laborum, calamitatum ac miseriarum plena fuit. *Tunc dicit ei Jesus, vulpes habent lustra, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet*, Matth. 8: 20. Quamquam ignominia & mendicitas abfuerint; quam non piè satis mendantium familie in papatu Christo adscribunt.

eum sensit
miseria
nostra.


II. Utque ad hominum præcipuè calamitates mollis & tener erat, ita intimo earum sensu tactus illacrymassè iis sæpenumero legitur: 1. ad sepulchrum Lafari, Joh. 11. 2. super Judaicæ gentis excidio, quod jam tum prævidebat ac prædicebat, Luc. 19. 3. denique super universo genere humano. *Qui in diebus carnis petitiones & supplicationes — cum clamore valido & lacrymis obtulit.* Hebr. 5: 7.


in ea præci-
puè eminuit
OBEDI-
ENTIA
Christi:


III. Eminuit vero in vita ejus obedientia illa perfectissima. Unde Paulus Phil. 2: 7. Cum dixisset, eum *formam servi accepisse*, addit com. 8. quod *semet ipsum submisit, factum obedientem.* &c. Sicut & inde per ἀυτονομασίαν *servus Jehova* appellatur, Esai. 42: 1, 19. 43: 10. 49: 3, 5. 52: 13. 53: 11.

duplici re-
spectu ab
ipso præsti-
ta.

IV. Dupliciter autem eam debuit; tum qua *homo* & creatura, quæ Deo subjecta esse necessario debebat, à quo nexu ne nunc quidem in gloria solutus est; tum qua *sponsor* (licet ordine naturæ sponso præcesserit, ex qua assumptio naturæ humanæ profluxit) quatenus legi se ultro subjecit,







P
d
o
re
an
leg
har
fite
de
V
enun
pali
emic
mon
IX
Chin
p
re
H
N
R

jecit, & peragenda salutis nostræ certum obedientiæ curriculum implevit. Qui appellantur *dies carnis* ejus. Hebr. 5: 7, 8. De quo vide lib. 2. cap. 15. §. 8, 9.

V. Cum enim Θεάνθρωπος foret, ac sine ullo certamine ac mora beatitudine potiri posset, ad illud obedientiæ curriculum, legisque postulatam, pro sese quidem non tenebatur; neque hoc pacto sub lege erat. Postquam autem ex sponcione hominem induerat, jamque humano generi in summam miseriam lapsa succurrere poterat; amor certè ille immensus, ac charitatis ardor, quo proximum suum, deique gloriam, adinabat & quærebat, ipsum ad mediatorium munus capeffendum, & perfectam illam obedientiam præstandam urgere non cessabat.

VI. Qui eo major ac admirabilior fuit, quod ex tanto fastigio Θεάνθρωπος quippe jamque filius & hæres omnium, ab ipso assumptæ carnis initio erat) descendere, & gloriam suam humani generis necessitatibus posthabere, jamque paratâ beatitudine ad tempus carere, atque infimas denique calamitates & crucem ipsam perpeti maluit; ut eam tanquam operæ impensæ præmium & mercedem acquirere, hominemque servare, eorumque caput & ad salutem dux fieri posset.

VII. Perfectissima autem fuit hæc ejus obedientia, tum sanctitate animæ habituali, tum actuali ejusdem præstatione, & divinæ legis obsequio; denique constanti & ad finem usque currente perseverantia, constans. Hæc enim requirebantur ad διαγωγή legis implendum, quæ justitiam non habitibus solum, sed præcipuè actibus circumscripserat ac definierat.

VIII. Nec dirimenda obedientia ejus *activa* ac *passiva*. Utramque enim nostro nomine debuit; tum vitæ tum mortis obedientiam. Ac in passionibus obedientia ejus vel maxime sese exeruit; ac charitas præcipuè emicuit, tum vel maxime circa hominum salutem laborans & operans, tantoque experimento profus consummata.

IX. Quam ipsius obedientiam ut perimit *Durandi* blasphemia, qui Christum peccare ac damnari potuisse non sine flagitio docuit: ita non parum lædunt eam *Remonstrantes*, dum eundem mandatum munus sine crimine deponere potuisse asserunt. Quæ quantopere Dei scæderi ac testamento, Christi sponcioni, ac denique fidelium spei ac fiduciæ adversentur, lib. 2. cap. 15. §. 16, 17. vidimus.

X. Ita ergò non solum officiis omnibus legis naturalis seu dilectionis, cui omnis homo subiectus est, defungi voluit, verum etiam majoris

idq: quam
perfectissimè.

97-299. 53-10.

Cui obedientia renunciare non possis.

Ita obediens suis por-

*omnem vi-
tam.*


humiliationis & subjectionis servilis testandæ ergo, legibus Dei positivis propter peccatum impositis illudque commemorantibus, se submisit; ut hac ratione se peccata nostra in se suscepisse testatum faceret. Hinc circumcidi se passus est, Luc. 2: 21. (ut in ipso nobis obfignaretur consummata circumcisio, Col. 2: 11.) oblationemque pro se, tanquam immundo, offerri, com. 22, 24. Ita etiam aliis legibus ceremonialibus se subjecit; Paschatis festum celebrando, Luc. 2: 42, 43. & Hierosolymam circa tempora festiva adscendendo; quod passim historia Evangelica testatur. Ipse tamen non obtulit victimas, nec pro ipso illæ unquam nominatim oblatae leguntur. Civem reipublicæ istius se etiam professus est, ut vel ex didrachmi persolutione patet, Matth. 17: 24. & seqq. Nec minus sacramentis N. T. initiatus est: baptizatus, Matth. 3: 16, 17. & S. Cœnæ æque, ut videtur, conviva, quam ejus auctor, Matth. 26: 29. Ita nimirum *omnem justitiam implens*. Matth. 3: 15. Quin non Deo solum minor est factus. Joh. 14: 28. sed & diis reliquis ac Ecclesiæ istius dominis, h. e. angelis reliquisque potestatem habentibus, & veteris populi tutoribus. Ita *minor paulisper factus est angelis*, Hebr. 2: 7. subiectus nimirum legi, angelorum ministerio latae, iisque vindicibus munitæ, Act. 7: 55. & *servus factus potestatem habentium*, Esai. 49: 7. Ne jam dicam de obedientiæ ejus colophone, quem superaddit tandem Apostolus Phil. 2: 8. *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Per quam mortem servitus ipsius finita est; de quo suo loco.

Quantum ministerii ipsius publici fuerit curriculum?

XI. Quæri hic solet de obedientiæ Christi spatio ac curriculo, quot annos in publico ministerio egerit? Quos certo definire non licet. Probabilissimus vero calculus est, qui à numero paschatum, quorum in historia Christi mentio est, desumitur. Quæ alii quatuor, nonnulli quinque numerant. Quatuor colligunt ex locis, Joh. 2: 13, 14. cum purgaret templum; & c. 5: 1. cum sanaret paralyticum circa piscinam: coll. cum c. 4: 35. *Nonne vos dicitis, adhuc quatuor menses sunt, & messis veniet?* & c. 6: 4, 9, 10. cum turbam miraculose pasceret: denique *ἑνὸς μηνὸς* ejus Pascha occurrit Matth. 21: 12. cum rursus purgaret templum. Hisce quatuor autem quidam quintum, ex Luc. 6: 1. superaddunt, ubi *σὺ βῆτα τὰ δέκα ἑποπρώτῃς* mentio fit. Cum verò hic ipse numerus non prorsus certus sit, ut in re non omnino liquida, rectius alii sibi statuere videntur, Christum anno 30 ineunte ministerium incepisse, Luc. 3: 23. ac anno 33 decurrente absolvisse. Ut omne id spatium vitæ publicæ trium annorum ac dimidii sit. Quo alludi putant Luc. 13: 7. *Ecce tres annos venio,*

quæ-

x con f. 331. 5. 14



Digitized by Google

H
L
forti
grad
que p
fioni
ad Pl
e h
morte
II.
natur
Nem
peris
tamen
hac se
minis
deore

querens fructum in sicu hac, & non invenio, excinde eam. Cum vero duo duntaxat Paschata Christi à baptismo ejus exacta adstrui solide possint; rectius statuisse videntur veterum illi, qui multò contractius illud ministerii Christi publici curriculum ponendum esse crediderunt.

LOCUS TRIGESIMUS QUINTUS

D E

HUMILIATIONE CHRISTI.

CAPUT XVII.

De Christi Passionibus.

I. **D**uplici quasi facie, duplicique gradu, circa hæc probe notando, contemplandum nobis sese objicit status humiliationis Christi. Quorum alter gradus dicitur *κένωσις* seu exinanitio & evacuatio, qui constitit in incarnatione, & forma servi accepta; quem hæctenus explicatum dedimus. Restat alter gradus expediendus, *ταπεινωσις* dicta, quæ exinanitæ jam deitatis, totiusque personæ quædam fuit depressio; quando velut radix è terra, in passionibus & morte sua fuit conculcatus. Fundus hujus distinctionis est ad Phil. 2:7, 8. *Se ipsum κένωσεν exinanivit, assumens formam servi — & ἐταπείνωσεν humiliavit, dum se præstitit obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis.*

Christi exinanitionem excipit ejus humiliatio.

II. Passionum nomine veniunt hic omnia ea, quæ Christus, præter naturalem voluntatis suæ propensionem propter peccata nostra tulit. Nam ea demum est passio, quæ invito homini accidit, & naturali corporis constitutioni, indeque ortæ mentis proclivitati contraria est: non tamen hæc tollunt, quin sponte quis patiarur; atque ita Christus, ipse lubens se invitum vicit, atque illam naturæ imbecillitatem, prolixa in homines voluntate superavit; ut *zelus domus Dei ipsum, hoc modo etiam, devoraverit.* Joh. 2:17. Siquidem *pro proposito ipsi premio, sustinuit crucem,* Hebr. 12:2. & sic quidem, ut *nemo vitam tollat ab ipso, sed ipse ponat*

Quò pertinent ejus PASSIONES.

ponat eam à se ipso. Joh. 10:19. Ita memoratur labor animæ ejus, Esai. 53: 11. quo scilicet se ipsam etiam expugnavit, & se ipsam effudit in mortem. com. 12. conf. Joh. 2:1:18. *Quum senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & feret quò non vis.* Item Joh. 10:18. Gal. 2:10.

III. Striciori autem significato, illæ appellantur passionones, quas Christus proximis duabus ante mortem diebus perpeffus est. Nihilominus tamen ad eas referuntur, omnes infirmitates, contumeliæ, passionones & dolores, quos ab inde exordio vitæ tulit; quæ ipsi in pœnam irrogata fuisse, vel hinc conficitur, quod *nostri causa pauperem factum fuisse* docet Paulus 2. Cor. 8:9. ex qua paupertate, simili ratione, de reliquis etiam malis ejus putare debemus.


quæ veteribus nota fuerunt.

IV. Harum rerum non ignaros fuisse veteres luculenter testatur Petrus 1. Epist. 1:11. utpote quibus testificatus fuerit Spiritus, passionem Christi, non unam & singularem, sed *παθήματα*, numero plura. Sicut inde etiam tam celebres sunt apud Judæos Messiaæ dolores, **הכלי המשיח**. Vide Act. 26:23.

Illarum in genere consideratarum subjectum,

V. Passionum harum *subjectum*, pro vario considerandi modo, dicitur vulgo vel *subjectum quod*, vel *quo*. Illud est persona Christi; hoc, humana ejus natura. Passa quidem tota est persona, at passa tantum in carne. 1. Pet. 4:1. Hebr. 5:7,8. Quæ caro non corpus solum notat, sed & animam; ut utriusque fuerint passionones, eæque iterum vel *in genere damni*, vel *in genere sensus*. de quibus consulendi auctores. Corporis vero passionones non ita dicimus, ac si corpus ipsum etiam doleret, aut sentiret, quod menti proprium est; sed dolor corporis ille vocatur, quem anima percipit, ex turbato & male affecto corpore; vel qui, per corpus, tanquam per instrumentum animæ sufficitur, aut cujus occasionem per sensus exteriores præbet: quibus omnibus Christus obnoxius fuit. Dolor autem animæ est, quem citra læsionem corporis aut occasionem per illud exhibitam proxime in anima sustinuit. De quibus doloribus generalius agit Paulus Hebr. 5:7. *Qui in diebus carnis petitiones & supplicationes ad eum, qui poterat eum salvum facere ex morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, est exauditus à metu.* Specialius autem eos expriment Euangelistæ, Matth. 26:37,38,39,42,44. Luc. 22:43,44.

VI. Alienum igitur à veritate statuunt Pontificii, quasi satis fuissent dolores corporis, nec anima Christi pati debuisset: contrarium enim evincunt loca Esai. 53:10. *Ubi posuit satisfactionis pretium, anima ejus videbit semen.* Luc. 22:41,44. Matth. 27:46. *Deus mi, Deus mi, cur me dese-*



A
7
I
C
ra
ce
vi
ni
do
ate
big
vita
Dei
fime
non
erat,
IX
et C
an p
re pe
vber
mod
do di
prens
dis
m
dum
mas,

servisti ? vid. 1. Cor. 6: 20. Infulse etiam iidem cum Thoma excipiunt, dolores illos tantum fuisse in parte animæ inferiori, aut ex sympathia ejus cum corpore: commentitia enim est isthæc animæ divisio, cum eadem anima indivisa sentiat atque intelligat. Tum etiam ipse in se ipso, non ex sympathia tantum, maledictionem tanquam sponsor noster sustulit Christus, *factus pro nobis execratio.* Gal. 3: 13.

VII. Ingens fuit harum perpeffionum cumulus: *In eo enim quod diversitas passus est ipse quum tentaretur, potest iis qui tentantur, auxiliari.* Hebr. 2: 38 *Tentatus per omnia ad similitudinem absque peccato.* Hebr. 4: 15. *Et magnitudo.* Tentationes enim ipsi tum ab hominibus, tum à diabolo, tum etiam à Deo Patre suo obvenerunt. Quid ab hominibus sustinuerit notum est. Concertationem cum diabolo tentationesque ejus, juxta primævum oraculum Gen. 3: 15. sibi imminentes ipse indicavit Joh. 14: 30. *Venit princeps hujus mundi & in me non habet quicquam.* Quo etiam respexisse videtur Luc. 22: 53. *Hæc est hora illa vestra & potestas tenebrarum.* Denique à Deo se *desertum* in cruce pendens conquestus est Matth. 27: 46.

VIII. Tenenda hic sunt duo, 1. Passionem hanc Christi, licet pœnarum nostrarum vim omnem quoad intensiorem quasi exhausserit, non tamen æternitatem earum tulisse: temporis enim infinitatem, infinita personæ dignitas recompensavit; in cujus personæ omnigena subjectione tam in vita, quam in morte, qua sese Patri subjecerat, satis luculenter apparuit ira Dei adversus peccatum; atque integer honos independentiæ Deo amplissime restitutus est, quem nostra illi ereptum iverat inobedientia: quare non eadem Christi ac nostri erat ratio, qua æterna nobis pœna subeunda erat, quod honorem illum Deo nunquam restituere liceret.

IX. 2. Nec minori etiam cum jure, omni peccati culpa absolvendus est Christus, in omnibus suis passionibus; nam licet peccatum sæpe peccati pœna sit, ipsaque pœna peccatum pariat, non tamen ad essentiam pœnæ pertinet; sed adjunctum quoddam est in peccatoribus, illis accidens; ideoque illud in Christo usu venire non potuit. Nihil enim erat in illo, quod ingruente quasi pœnarum vento turbari posset. Ut nullus omnino blasphemix locus fuerit in Christo; qui Deum dilexit vel in media pœna, lubensque eam subiit. Joh. 14: 31. *Ut cognoscat mundus, quod diligam Patrem, & quemadmodum præcepit mihi Pater, ita faciam.* Remotissimus etiam fuit ab omni murmure & desperatione: non enim damnatorum, sed damnandorum pœnas sustulit: quin nec ipsa hæc mala, propriè ad pœnas infernales spectant, quarum auctor est Deus;

sed tantum iis accidunt in homine damnato; à Christo vero alienissima fuerunt. Matth. 26: 39. *Pater mi, si possibile est, transeat à me poculum hoc; sed non ut ego volo, sed ut tu.* Act. 2: 24. *Quem Deus resuscitavit, quum solvisset dolores mortis, sicut non erat possibile, ut ipse ab illa tene- retur.* Joh. 2: 19. Matth. 20: 18, 19.

*Pontificio-
rum hic
diabo-
lismus.*

X. Insignis igitur Pontificiorum diabolismus est, nostros, & præci- pue Calvinum, hujus tam scædæ blasphemix accusare; a si Christum de- sperasse diceret; quo nihil falsius est, cum, objectionem ex adversario- rum sententia fingens, Christo tantum desperationis vocem tribuat, id est, qualem homines ferme ex desperatione edere solent; non vero qualis ipsius Christi revera fuit, ut ipse hoc propius explicat. Vide eum in harm. & Instit. l. II. c. 16. §. 12. Nihilo æquius ex ejus verbis conficiunt Christum cruciatus damnati hominis pertulisse; cum solummodo eas tulisse velit, quibus obnoxius fuisset homo damnatus; & speciatim dam- nationem pro condemnatione intelligat.

*Passionum
Christi
specialis
partes.*


XI. Atque ita delibavimus quædam quæ huc pertinent, nunc ipsam porro aggrediamur passionem; cujus partes præcipuæ tres sunt. I. mortis antecedanea. II. mors ipsa. III. mortem consequentia.

*Mortis an-
tecedanea
I. in horto;
agonia ejus.*

XII. Antecedanea mortis fuerunt vel in horto; vel in ipsa crucifixi- xione, eique adjunctis malis & circumstantiis. In horto fuit 1. ipsa ago- nia. 2. effectus ejus; tum in sudore sanguineo; tum in vehementissima deprecatione. Est quidem proprie agonia, vitæ mortisque confinium & inter utramque quasi certamen; hic vero notat, certamen Christi cum extremis doloribus & animi angoribus, ex tentationibus Satanæ, aliisque causis, mox dicendis; atque inde natum horrorem: tum in ge- nere damni, tum sensus, ut loquuntur: caruit enim gaudio, quippe divi- nam gratiam, tot doloribus stupefactus, sentire non poterat; lethalis quoque tristitia animum ejus affecit. Matth. 26: 37, 38. *Incipiebat con- tristari & angri — valde tristis est anima mea usque ad mortem.* Joh. 12: 27. *Nunc anima mea turbata est.* Luc. 22: 44. *Et constitutus in agone in- tentius orabat. Erat autem sudor ejus &c.*

Illius causa:

XIII. Hujus quidem horroris causa fuit, non metus naturalis mortis, sic enim infirmior esset Christus multis martyribus; verum tentationes Satanæ. *Tu conteres ipsum quoad calcem.* Gen. 3: 15. quibus procul du- bio accesserunt, sensus iræ divinæ, & *συμπάθεια* cum Ecclesiæ suorum- que tentationibus & malis. Quare mors ejus alterius omnino generis fuit, ac mors martyrum, conjuncta quippe cum sensu judicii divini & acu-



fin
eni
C
fin
rales
funt
vade
huc
cage
am
XV
Mar
fate
proce
fure
que ad
pome
tam
ditem

& aculeo peccati. 1. Cor. 15: 56. *Stimulus autem mortis, peccatum: vis autem peccati lex.*

XIV. Significatum hoc fuit per calicem illum, qui Christo ostensus fuit; hoc velut emblemate exprimente genus loquendi inter illas gentes de doloribus perferendis frequentatum. Perverse hunc calicem *Smalcicus* refert ad angorem illum animi & corporis antequam caperetur; ac si tantum constitisset in illo metu mortis jam imminenti; pariter ut *Episcopus* *ωρονιδειαν* illam Christi in horto, compositam arbitratur fuisse ex omne genus doloribus & ærumnis piorum in hac vita, quibus Deus Christum hic proxime & totum delibutum & immerfum dedisset; ut *misericos* esset *Pontifex*. Hebr. 2: 17, 18. *Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret & fidelis sacerdos &c.* Hebr. 4: 15. *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia ad similitudinem, absque peccato.* Hæc enim eo spectant, ut sensum iræ divinæ à Christo amoliantur, eamque propter peccata nostra ipsum subiisse negent; quæ tamen utramque hic, ut vidimus, fecerunt paginam.

XV. Sequuntur effectus hujus *ἀγωνίας*; quorum primus est, quod sanguinem sudaverit, Luc. 22: 44. qui fudor sanguineus, verus fuit; non enim particula *ωσει* hic similitudinis, sed veritatis nota est. Sic Joh. 1: 14. *Ut unigeniti à Patre.* Luc. 24: 11. *ωσει ληξ*. Fuit etiam in illo Christi statu naturalis; quemadmodum omnium ejus symptomatum naturales causæ & exempla prorsus gemina, in summis angoribus, reddi possunt. Refertur huc à quibusdam locus Gen. 49: 11. *Juda lavat in vino indumentum suum & in sanguine uvarum, tegmen suum.* Magis autem huc respicitur ab *Esaia* cap. 63: 2. *Quare rubrum adest vestimento tuo, & vestes tue sunt, ut calcantis in torculari.* & com. 1. *Quis est veniens ex Edom, maculatis vestibus Bozra?*

XVI. Alter effectus fuit anxia illa deprecatio calicis, ut transfret, si pote. Matt. 26: 39. *Si possibile est, transeat à me poculum hoc; sed non ut ego volo, sed ut tu.* five hora. Marc. 14: 35. Joh. 12: 27. *Salva me ex hora hac.* quas preces tertia vice iterasse legitur Matth. 39: 42, 44. Ita ut non absoluta fuerit, hæc deprecatio, sed ea lege, si Patris voluntati consentanea esset; neque adeo Christus per eam indicavit constantem voluntatem suam, sed potius naturæ desiderium, quæ mortem non horrere non potest; ut non tam diferta & articulata fuerit Christi vox, quam extortum naturæ dolenti suspirium. Quare citra peccatum omnino fuit hæc correctio, seu

anticipatio; cum *Christus etiam ex iis quæ passus est, obedientiam didicerit.* Hebr. 5: 8.

*Moderatio
in hac ago-
nia Christi.*


XVII. Non defuit huic passionis quasi antecessorio modus etiam suus & remissio, qua respirare aliquantum & ad se redire datum est; ut par esset, & locus concederetur officiis ab eo præstandis. Fuit autem hæc remissio vel interna; vel externa. Interna erat, quando animus ex anxietate maxima paululum relaxatus ad hominum curam & officia iis debita se advertabat. Hebr. 5:9. *Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternæ.* Externa vero ex angeli consolatione ipsi fuit collata, Luc. 22:43. *Apparuit vero ipsi angelus e caelo, corroborans ipsum.* Unde aqua Christo quasi aspersa, & otium datum est, in depressissima hac humiliatione, etiam miracula præstandi; ut ne tunc quidem ulla in parte officiis suis defuerit.


2. in cruce.

XVIII. Ex hoc propylæo quasi, in ipsum passionis adytum deducimur; ubi insolito Judæis supplicio, lurida mortis imago se conspicendam præbet; ubi medio in monte, stipes erectus cum antenna, & cruciarius adstat, cruci suffigendus; mortis genus atrocissimum, tum vero fervile & ignominiosum valde; prædictum tamen de Messia: *Cætus maleficorum me cingunt, foderunt manus meas & pedes meos.* Psal. 22: 17. & 69:22. *Et dederunt in cibo meo (vel refectioe mea) venenum, & in siti mea potarunt me aceto.* Esai. 53: 8. *Excisus est ex terra viventium propter defectionem populi mei.* Zach. 12: 10 & 13: 6. *Gladie excitare in pastorem meum & in virum proximum meum (vel, qui est instar mei) ait Jehovah Deus exercituum.*

*illius sup-
plicii neces-
sitas:*

XIX. Quam mortem Christus non fortuito adiisse censeferi debet; cum maledictio legalis necessario hanc illi irrogaret; quippe quæ à Christo erat auferenda; illa vero speciatim incumberebat illi, qui è ligno suspensus erat. Deut. 21: 23. Non enim omnia peccata expiabat, aut omnem maledictionem tollebat Lex. *Non delectaris sacrificio; alias darem: holocaustum non accipis. Sacrificia Dei sunt spiritus fractus.* Psal. 51: 18, 19. Quinimo quosdam ipsos peccata sua, id est, pœnam eorum ferre jubebat; maledicens talibus quantum in se erat. Gal. 3: 10. *Quotquot enim sub operibus legis sunt, sub maledictione sunt.* in cujus maledictionis signum graviores peccatores è ligno suspendebantur. Gal. 3: 13. *Maledictus omnis qui pendet è ligno:* hanc igitur maledictionem ut tolleret Christus, ipse eam prius subire, & è ligno suspendi debuit. Joh. 3: 14. *Quemadmodum Moses extulit serpentem in deserto; ita efferrî oportet filium homi-*





F
V
P
c
R
tu
ra

DI
CO
fle

mi
uni
Sed
fona

ves
pue
carn

es
a. m.



hominis. & cap. 12: 32. *Et ego quum elatus fuero ex terra, omnes traham post me.* Item cap. 18: 32. *Ut sermo Jesu impleretur, significans quali morte moriturus esset.* Ut nulla de causa mors hæc Judæis scandalo esse debeat, cum & prædicta fuerit, & necessum etiam, ut mortem hanc oppeteret Messias.

XX. Raptus fuit Christus ad hoc supplicium ex sententia iudicis, postquam se stiterat ejus iudicio; quo adumbrata fuit forma iudicii divini; sicut eo respicit Apost. Rom. 8: 32. Ut in hac judiciaria morte appareret satisfactio pro peccatis nostris; quæ in morte naturali non fuisset conspicua. Interventit hic etiam, singulari Dei providentia imperium Romanum; ut ita à toto quasi orbe, quo illi potiebantur, condemnaretur Christus; & quemadmodum imperium illud, partem aliquam fecerat in ejus nativitate, ita non exiguam hic facit in morte.


eaque interveniente iudice Romano.

XXI. Ad externum hoc & dirissimum supplicii genus, accessit inter-
nus dolor acerbissimus, ex iisdem causis ex quibus dolor antea in horto conceptus, animumque ejus afflixit; cujus ingentem paroxysmum ostendebat querela illa desertionis divinæ. Psal. 22: 2. *Deus mi, Deus mi, quare desertuisti me?* conf. Matth. 27: 46. Quæ facta non naufragio unionis hypostaticæ, sed cohibita, per paulum temporis, virtute divina. *Sed paulisper præ angelis minoratum videmus Jesum (qui propter passionem mortis gloria & honore coronatus est) ut gratia Dei pro omni gustaret mortem.* Hebr. 2: 9. Ad quem ultimum vitæ ejus articulum præcipuè pertinet illud quod de eo refert Paulus Hebr. 5: 7. *Quod in diebus carnis petitiones & supplicationes ad eum, qui poterat eum salvum facere ex morte, cum clamore valido & lacrymis obtulerit, & exauditus sit à metu.*

In quo acerbissimos animi angores sustinuit.

C A P U T X V I I I.

De morte Christi.

I.  Uemadmodum salus nostra ex uno Christo dependet, & in illo consummatur, quicquid per orbem terrarum salvum est; ita Christus ipse, in morte sua perficitur; quando non solum consummatum est, quicquid prophetarum vaticinia prædixerant, sed ipse hætenus consummatus fuit Christus;

Passionum Christi terminus fuit ipsius MORS.

utpote in quam derivarentur omnes ejus passiones, quas nostri gratia subiit; ita ut nisi in hunc tandem finem terminatæ fuissent, vanus fuisset omnis labor anteaactus, & tam pertinaci studio exantlatus; *Mortem enim gustare pro omnibus debebat*, & hac ratione tanquam *princeps salutis per passiones consummari*, Hebr. 2: 9, 10. Atque hanc ob causam Evangelistarum singuli certatim, historiam hanc mortis diligentissime referunt.

Illius i. Veritas.

II. Accuratissima autem hæc quatuor Evangelistarum enarratio, omnimodo docet veram hanc fuisse mortem, non fictam aut simulatam. Naturalis quoque fuit, quatenus per causas naturales fuit adscita; at supernaturalis eadem fuit, quatenus ex absoluta sua potestate, vitam lubens posuit. Joh. 10: 18. *Potestatem habeo ponendi eam (vitam) & potestatem habeo recipiendi eam.* & Joh. 2: 19. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quare licet maxime violenta, non tamen eo minus voluntaria fuit.

An in ea deserit esse homo?

III. Subnascitur hic quæstio; num mortis hoc triduo, Christus verus fuerit homo? quod merito negatur à Thoma; licet æquivoce homo dici posset, id est, homo mortuus; non autem univoce. Quo vero modo desiit esse homo, eo etiam hæctenus desiit esse Θεάνθρωπος: licet cæteroquin laxato vinculo animæ & corporis, illæsa manserit utriusque unio cum λόγω; & soluta unione naturali, perstitit tamen personalis.

Θεάνθρωπος.

Lutheranorum hic error,

IV. Sicut autem immerito nostram sententiam criminantur Lutherani; quasi dicamus merum hominem pro nobis mortuum; cum subiectum quo quidem referamus ad solam naturam humanam; subiectum vero quod, ad totam personam Θεάνθρωπος, ut divinam naturam non excludamus: ita vicissim è contrario, jure maximo carpenti hic veniunt iidem, qui Deum proprie & sine tropo, atque adeo ipsam divinam naturam pro nobis passam volunt; quin SS. Trinitatis funus, in morte Christi, elatum esse, quidam eorum dicere sustinent. A quibus non abludunt Anabaptistæ Flandri, qui Christum mortuum statuunt in natura divina, & nihil in illo vivum mansisse præter Spiritum, quem Patri tradebat; ipsum autem cadaver filium Dei fuisse. Ex qua quidem sententia aut efficietur plures esse Deos; sin vero; triduo illo mortis Christi, mundum absque Deo fuisse; quod eadem opera qua recitamus, item refellimus. Deum autem illum diserte ait Scriptura. *Si enim novissent, non crucifixissent Dominum gloria.* 1. Cor. 2: 8. *Deus Ecclesiam proprio sanguine acquisivit.* Act. 20: 28. *intra 13043: 18. 44: 1. ubi 3/10. in*

nec non Anabaptista rum.

conf. 31: 1. 22.

editas q' p' omib' valcosi n. humanitati.

V. Ve-

a fac. 1:17. by will. of it gold handling of for divine by on her
at, C. im. / 6:15, 6:24 immortal.

in unum... in latitudine... et natus in a... q...
falso... bilibus... n...
p... et atq... ita...

tus
eo
su
ad
ex
seq
a v
nat
xer
rati
fati
q
6.
fili
tis f
m
pla
bi e
V.
fe n
Qu
um
lign
cro
rede
(C)
bus
S.C.
m
q
V
gen
que
tas
De
pro

V. Veritatem hujus mortis indubitate probavit perfossam hasta latus, & flumen illud sanguinis largiter prorumpens, eumque subsecuta ex eodem vulnere aquæ unda. *Unus militum lancea ipsius latus pupugit & statim exiit sanguis & aqua.* Joh. 19:34. Cui rei explicandæ non illico ad miraculum, tanquam ad sacram anchoram confugere necesse est; cum ex ipsis naturæ legibus & solito cursu, ad istam causam, effectus iste consequi debeat. Quid, quod quantum hac in re tribuitur miraculo, tantum à veritate passionis Christi intervertitur; quem enim nos violaveramus naturæ ordinem, illum non præter ordinem restituere oportebat. Effluerunt autem humores isti, non indistincte, atque promiscue, sed separatim; quod graves illæ contestationes, & accurata Johannis observatio satis luculenter docet. Joh. 19:35. *Et qui vidit, testis est, & vera est ipsius testificatio, & ille novit quod vera dicat, ut vos credatis.* & 1. Joh. 5:6. *Hic est Jesus Christus, qui venit per aquam & sanguinem, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine.* At nec lateris hujus transactio à Prophetis fuit tacita; utpote quam diserte prædixerit Zacharias cap. 12:10. *Et intuebuntur me cum (eo), quem transfoderunt, & plangent super illo, ut planctum super unigenito.* coll. Apoc. 1:7. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, etiam qui eum transfixerunt.*

VI. Non enim altiori significatu, aut mysterio cassum est, quod studiose notat Johannes 1. Epist. 5:6. *Christum venisse per aquam & sanguinem.* Quippe docuit ille effluxus, in una Christi morte concurrissè & impletum esse, quidquid olim per ingentem illum baptismorum apparatus, largissimam aquarum profusionem; per exundantem sacrificiorum cruorem præfiguratum erat. 1. Joh. 1:7. Eph. 1:7. *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius.* Rom. 3:25. Apoc. 1:5. *Qui (Christus) dilexit nos & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Quibus, in quantum erant sacramenta, cum maxime respondent baptismus & S. Coena. Hebr. 10:19,23. *Habemus igitur fiduciam ad introitum sanctorum in sanguine Jesu — accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala & abluti corpus aqua munda.*

VII. Exprimebatur etiam hoc emblemate justificatio nostri, & regeneratio ex aqua & sanguine Christi; id est, ex pura ejus obedientia, quæ vim purificandi habet, & merito mortis, simul cum potentia Spiritus. *Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei.* Joh. 3:5. Denique etiam per hanc transfusionem, singulari Dei providentia præoccupatum fuit ossifragium; quando enim vibrata ma-

2. Certitudo, ex perfosso ipsius latere.

Illius mysterium & ratio.

nu centurionis hasta, latus hausit apertum, nec ullum vitæ signum appareret, superfedere solito cæteroquin crurifragio. Joh. 19: 32, 33. *Ubi viderunt eum mortuum, non confregerunt ipsius ossa &c.* in quo retulit Christus typum agni paschalis. Exod. 12: 46. *& os non frangetis in eo.* atque explevit, vimque dedit verbo illi consolationis Psal. 34: 21. *Servat omnia ossa ejus, unum ex illis non frangitur.*

3. tempus.


VIII. Atque ita omiſſa supplicii capitalis accurata descriptione; tum quoque personarum, loci, aliarumque rerum circumstantiis; memorabile præ cæteris est tempus, tum quoad periodum annorum, tempeſtatem, mensem, diem denique atque alia, quæ nunc diffusa omnem in partem cogitatione, exequi non est animus. Illud unum obiter advertet, ipsam etiam horam qua Christus mortuus, eandem esse, quam olim prædixerat angelus apud Danielelem, c. 9: 21. & seqq. *Et vir ille Gabriel, advolitans celeritate maxima pertingebat ad me circa tempus doni vespertini, & docebat &c.*

4. necessitas.

IX. Morti huic summa stetit necessitas, illa de causa, quod Christus noster *ἐγγυ* & mediator & testator erat. Hebr. 9: 15, 16. *Et propter hoc Test. Novi mediator est, ut morte obita -- promissionem accipiant vocati eterna hereditatis. Ubi enim testamentum est, mortem necesse est contingere testatoris.* Quo faciebat typus vaccæ rufæ. Num. 19: 9. Unde in hac morte vis & efficientia divinæ justitiæ demonstrata fuit. Rom. 3: 25. *Quem proposuit Deus propitiatorium, per fidem in sanguine ipsius.* 2. Cor. 5: 21. *Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut simus justitia Dei in ipso.* Quare etiam non solum corpore, sed & anima pati debuit Christus, ferendo omnes quæ nobis debebantur, pœnas. Esai. 53: 11. *Alabor: anima sua videbit semen & satiabitur.* Rom. 6: 23. Matth. 26: 28. *Valde tristis est anima mea, usque ad mortem.*

X. Ut eximiis solis vitiosis affectionibus, quæ in nostris pœnis ex peccato accidunt, Christi mors fuerit genere & proportione eadem, cum illa morte, quæ peccatis nostris ex justitia convenit, eisdem omnino gradus, membra & species exhibens; quæque idcirco omnem miseriam & pœnas nobis debitas, exhaustit. Unde per synecdochen mors & passio Christi sæpe notat universam maledictionem illi incumbentem, & pro tota ejus satisfactione, tam in vita, quam in morte sumitur. *Angelis minoratus est, ut gratia Dei pro omni gustaret mortem.* Hebr. 2: 9.

XI. In-



V platy učenosti de figura generosa etc.

XI. Ineptiunt igitur Pontificii, cum guttulam sanguinis Christi suffecisse prædicant; quomodo cum sibi videntur pretium & dignitatem meriti Christi immane quantum extollere; omnem ejus vim eludunt, & solutionem quandam imaginariam faciunt; Deoque crudelitatis notam insignem inurunt, Legique & Euangelio contradicunt. Non enim per particulas adeo conscindi debet aut potest Christi mors, non magis quam lux illa solis, quæ vel tanta requiritur, ut unum illustret hominem, quanta est, cum rebus omnibus lætos afflat honores.


quam elevant Pontificii.

XII. Tandem denique hac morte Christi ademptus est morti stimulus & aculeus 1. Cor. 15: 55, 56. non solum circumcisa ab omni parte ejus dominatione, sed penitus sublata; ut nullo modo nunc formidolosa sit, qualis olim erat sub servitute legis & metu mortis. Hebr. 2: 14, 15. *Ut per mortem aboleret illum, qui mortis habebat potestatem, hoc est, diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* quod Davidis, Ezechix, aliorumque exempla evincunt. Reliquos illius effectus nunc mittimus.

§. effectus.

C A P U T X I X.

De Satisfactione & fructibus mortis Christi.

I. uit ipsa mors & passio; restat, ut quænam inde fruges redundarit, & cui bono fuerit, videamus; nisi enim hoc constiterit, vana erit mors, vanus ipse Christus. Fructus autem hic considerari potest, pro duplici fine; nempe \bar{s} , *cujus gratia*; & $\bar{\omega}$, *cui personæ*. Prioris respectu, tres sunt fructus primarii, seu fructuum capita, ex quibus alii derivantur: *satisfactio* nimirum; ex qua profluit nostri cum Deo *reconciliatio*, & *hereditas* vitæ æternæ.

Mortis Christi fructus

II. Ipsa satisfactionis vox, quæ forensis est, & alterius sensus, $\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\lambda\epsilon\acute{\xi}\iota\varsigma$ in sacris paginis non legitur; at parium & æquivalentium vocum abunde est; ut $\lambda\acute{\upsilon}\tau\epsilon\omega\sigma\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}\nu\eta\lambda\acute{\upsilon}\tau\omega\sigma\iota\varsigma$ &c. Originem ejus debemus adversariorum importunitati & fallaciæ, quæ illam nobis expressit.

primus est SATISFACTIO pro nobis.

III. Satisfacere est idem quod $\tau\acute{\omicron}\ \iota\kappa\alpha\nu\acute{\omicron}\nu\ \pi\omicron\sigma\iota\eta\sigma\iota\mu$ Marc. 15: 15. tantum facere, quantum postulanti fatis est, seu verbis seu factis illud fiat. Quare in ære alieno & re debiti, est exolvere. In causâ injuriæ, est illius compensatio & redintegratio. Ita Christus vadem se sistens nostro loco, ju-

qua describitur.

stitiæ Dei satisfecit; restituens illi omnimoda subjectione sua, tam in vita, quam in morte, auctoritatis & independentiæ honorem integrum, quem nos delibaveramus; injuriamque per nos Deo illatam propulsans; nec minus nos debitis tam ingentibus exolvens. Unde *Deus per justitiam sanctificatus* dicitur, Esai. 5:16.

illius præcipua capita.


IV. In hac satisfactione videbimus I. rem ipsam. 2. errorum ἀντίθετον. In ipsa re se considerandum offert I. ejus *necessitas*. 2. *veritas*. 3. *pretium*. 4. *Cui* id oblatum & perolutum? 5. solutionis ejus *modus* & jus. 6. *meritum* pretio conjunctum.

I. *Necessitas*.

V. *Necessitatem* I. docet justitia Dei, seu constans ac æterna illius voluntas, qua, secundum ordinem immutabilem à se constitutum, cuique suum reddit, adeoque & peccatori, malum facienti, malum rependit, & ab eo sese separat. Ita ut nisi huic ordini satisfiat, Deus peccatori similis esset, & cum illo communionem haberet. Qui tamen *negare se ipsum non potest*. 2. Tim. 2:13. *Visitat peccata patrum in filios, in tertios & quartos osorum suorum*. Exod. 34: 5, 7. & 20: 5. *Hec fecisti, & filii, putasti (quod) omnino tui similis existiturus sim: arguam te, aciem dirigam contra oculos tuos*. Psal. 50: 21. Rom. 1: 32. & 2: 5. & 3: 25, 26. 2. Theff. 1:6.

VI. Porro hanc necessitatem demonstrant II. comminationes quas denunciavit Deus. *Quo die comederis de ea, moriendo morieris*. Gen. 2:17. *Maledictus qui non stare facit verba legis hujus, ut faciat ea*. Deut. 27: 26. III. Eodem pertinent prophetarum vaticinia. Esai. 53: 4, 5. & seqq. *Enimvero morbos nostros ipse tulit & dolores nostros bajulavit &c.* aliisque in locis; tum quoque IV. sacrificia Vet. Test. *Quæ parabola est in præsens tempus, quo munera & sacrificia offeruntur, quæ non possunt quoad conscientiam consummare eum, qui cultum præstat*. Hebr. 9: 9.

VII. v. Quin ipsa lex operum idem vincebat, utpote quæ sine promissione vitæ & comminatione mortis ferri aut juberi non poterat. Lev. 18. Deut. 27. jam vero *per carnem imbellis facta est*. Rom. 8: 3. atque ita nos per peccatum præmii compotes facere, aut peccatum accusans condemnare nequibat, alii locum præstans. VI. Nec minus ex ipsa Christi passione veritas & necessitas hujus rei conficitur; quippe indignum Deo facinus erat, hominem sanctum, & summo Dei amore dignum, morti tradere, si non cogat, durum telum, necessitas: adde, quod hoc pacto, Deus in morte Christi, non suum erga nos amorem patefecisset, sed summum potius in Christum jus & imperium; imo supervacuum



n
S
fe
o
in
fer
na
na
mu
ren
tr
ab
hic
tist
loc
X
li
hanc
vel
inde
tue
tur
com
Dau
XI
am

cquam impositionem dolorum super hominem innocentem, & suo, & alterius nomine: præterquam Paulus docet Rom. 5: 8. *Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quod quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Ex quibus omnibus abunde liquet decentia passionum Christi, & consummationis ejus per illas. Hebr. 2: 10. *Decebat enim ipsum — Principem salutis ipsorum per passiones consummare.* coll. cap. 5: 7, 8, 9.

VIII. Dissolvunt hanc necessitatem Durandus, aliique scholastici, frustra negando necessariam fuisse satisfactionem; à quibus hæresin suam hausit Socinus. Si enim citra satisfactionem peccata remittere potuerit Deus, solvitur omnis lex, eaque soluta, nil quicquam à Christo præstari opus fuit. *frustra negata à Durando & Socinianis.*

IX. At opponunt nobis, Deum ut partem offensam, quæ id potest, imo debet, de jure suo remittere potuisse: verum non solum ut pars offensa, sed præcipue ut judex considerandus venit hic Deus, cum de peccatorum irrogatione & remissione agatur; quod judicis est; quam personam Deus hac in re primario gerit, nec unquam deponere potest, licet simul sit pars offensa. Quod regerunt, etiam supremum judicem juri suo renunciare posse; verum equidem est, si legem suam violet; at hoc Deo tribuere, impium & blasphemum est. Nec quoque Deus summum & absolutum dominii sui, & crediti jus prosecutus est, sed justitiam suam hinc ostendit: ut apparet ex Rom. 3: 25, 26. *Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ — ad hoc ut ipse sit justus.* *Horum objectiones.*

X. Objiciunt porro; si tanta hinc rerum difficultas importetur, facili negotio, peccatum impediendo, potuisse Deum prævenire omnem hanc satisfactionis necessitatem. Verum enimvero nostrum non est juri vel voluntati divinæ intercedere; licuit Deo jus suum exequi, quamvis inde lapsus hominis consequeretur; multo magis quam homini illud licet, etiamsi peccatum proximi extra suam culpam inde consequatur. Peccatum cohibere aut permittere divini fuit arbitrii; at vero jam commissum sine satisfactione à Deo condonari non potest. Denique, quamvis nullum ex peccato commodum vel incommodum patiat Deus, nullisque gaudii vel tristitiæ affectibus ducatur, eadem tamen manet necessitas puniendi.

XI. Hæc vero satisfactionis necessitas ex rigore justitiæ, ipsam tamen ponit gratiam; tum qua vocatus & distinctus fuit Christus ad satisfaciendum; *Non tamen hic rigor*

*sine gratia
est.*

dum : tum qua satisfactio illa accepta est nostro nomine , & in nostrum bonum. 1. Joh. 3:16. Rom. 3:24. *Qui justificamur gratis ipsius gratia per redemptionem, quæ est in Christo J. & 5:15. Gratia Dei & donatio in gratia, quæ est unius hominis I. Christi, in multos abundavit.* Justitia igitur fuit in satisfactioe ipsa & in Christo; gratia in modo dispensationis & in nobis.


11. *Veritas.*


XII. 11. Ostensa necessitate, *veritas* hujus satisfactioe sese probandam offert; idque triplici potissimum via ex analogia sacrificiorum. 1. Christo peccata nostra fuisse imputata. 2. ipsum ob ea nostro loco fuisse mortuum. 3. morte hac peccata expiata esse.


*Quia 1. illi
peccata no-
stra impu-
ta sunt.*

XIII. Imputata fuisse Christo peccata nostra, variis modis patet. 1. Cum appellatur sponzor noster. *In tantum melioris testamenti extitit sponzor.* Hebr. 7:22. quare illum pœnæ nostræ vicarium successisse oportet : atque hinc etiam vices nostras in peccato tulit, factus pro nobis peccatum. *Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut simus justitia Dei in ipso.* 2. Cor. 5:21. *Attigerunt me pravitates meæ, & non possum cernere, numerosiores sunt pilis capitis mei.* Psal. 40:13. Christum enim ibi loqui patet ex comm. 7, 8, 9, 10. ideoque peccata nostra portasse dicitur; eodem scilicet modo, quo fiebat in victimis. *Et id (sacrificium pro peccato) dedit Deus vobis, ut feratis pravitatem carnis, ad expiandum pro ipsis coram Jehova.* Levit. 10:17. *Nam sanguis ille pro anima expiationem facit.* ibid. 17:11. Eodem etiam modo Christo tribuitur; quod *morbos nostros ipse tulit & dolores nostros bajulavit.* Esai. 53:4. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Joh. 1:29. *Qui nostra peccata ipse sursum tulit in corpore suo super crucem.* 1. Pet. 2:24. hinc tam notanter, peccata nostra in ipsum incurrisse, & ab eo exacta fuisse dicuntur. *Jehova in eum fecit incurrere pravitatem omnium nostrum.* Es. 53:6.

XIV. 2. Quando mors ejus dicitur רָצוֹחַ id est, pœna exemplaris, coercitio. *Paradigma pacis nostræ super ipso erat.* Esai. 53:5. Et ejusdem capitis com. 10. dicitur קָרְבָּן satisfactio, sicut vox hæc eodem modo de victimis usurpatur. Eadem mors alibi etiam לֹוֹטְרוֹן vocatur. *Venit filius hominis, ut daret animam suam לֹוֹטְרוֹן, redemptionis pretium pro multis.* Matth. 20:28. & ἀντίλυτρον . *Qui dedit se ipsum ἀντίλυτρον redemptionis pretium pro omnibus.* 1. Tim. 2:6. quod dicit vicarium redemptionis pretium: sicut & ad alias res pretiosissimas, aurum & argentum, tanquam sub hoc respectu, ejusdem naturæ, contenditur. *Non auro aut argento empti estis — sed pretioso sanguine — Christi.* 1. Petr. 1:18. *Pretio empti estis.* 1. Cor. 6:20. Adde quod hac ratione, & vi istius pretii,







DE SATISFACTIONE & FRUCTIBUS MORTIS CHRISTI. 101

λύτρωσις & ἀντιλύτρωσις redemptio Christo adscribatur. Mortem obiit ad redemptionem transgressionum, quæ sub priori testamento erant. Heb. 9:15.

XV. Vitiligant hic adversarii; redemptionem illam notare tantum liberationem impropiam, quæ fit per vim & potentiaæ robur, non pretium; sicut olim ex Ægypto Israëlem redemisse dicitur Deus: quibus non inficiamur, interdum hoc modo redemptionem sumi; at hic ea tantum notione venire, id vero pernegamus; ubi tum ipse modus redemptionis explicatur; tum λύτρον adjungitur: ut non solum propria fuerit respectu pœnarum ex jure dominii & potentiaæ; verum etiam respectu peccatorum, ex jure judicii & pretii. *Quam Ecclesiam Deus proprio sanguine acquisivit.* Act. 20: 28.

XVI. Propter peccata nostra, nostro loco mortuum esse Christum, ^{2 Ipse pro-} probatur etiam variis ex locis. 1. Cum dicitur mortuus pro aliis. ^{pter peccata} *Tra-* didi vobis imprimis, quod & accepi, Christum mortuum esse pro peccatis ^{nostra no-} nostris, secundum scripturas. 1. Cor. 15:3. *Judicantes hoc, quod si unus* ^{stro loco} *pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 2. Cor. 5: 15. non est. ^{mortuus} tantum ὑπὲρ ἡμῶν. Rom. 5:8. sed & ἀντὶ ἡμῶν, seu ἀντὶ πολλῶν. Matth. 20:28. Marc. 10:45. ἀντὶ enim vel oppositionem, vel substitutionem notat. Atqui cum priori modo nullum hic locum habeat; posteriori ut veniat necessum est; quemadmodum & vidimus 1. Tim. 2:6. mortem ejus ἀντίλυτρον dici. Non alia ratione ac olim ἀντίψυχοι vocabantur homines seu victimæ, quæ pro alio morti tradebantur; ita & Christus. 2. Sam. 19: 2. &c. 1. Cor. 1: 13. *An Paulus crucifixus est pro vobis?*

XVII. 2. Cum significantissimo loquendi genere, *pro nobis execratio dicitur factus.* Gal. 3:13. conf. Deut. 21:23. cui formulæ tantum abest ut satisfaciant adversarii, ut nihil omnino commune cum illa habeat eorum doctrina, quam de Christi munere, ejusq; partibus tradunt. 3. Ubi perhibetur mortuus ὅτι τὰ ἁρῶν πτώματα ἡμῶν propter lapsus nostros. Rom. 4: 25. ὑπὲρ ἀμαρτιῶν ἡμῶν pro peccatis nostris. 1. Cor. 15:3. *Ipse enim unam pro peccatis oblatam habens hostiam, in perpetuum consedit in dextra Dei.* Hebr. 10:12. & περὶ ἀμαρτίας. Gal. 3:13. *Pro peccato condemnavit peccatum in carne.* Rom. 8:3. & 1. Pet. 3:18.

XVIII. Tandem etiam per mortem Christi peccata nostra expiata 3. *Morte* esse liquet ex loco Rom. 5: 9, 10. *Si enim quum inimici esemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ipsius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.* 2. Cor. 5: 19. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans ipsis lapsus ipsorum.* 1. Joh. 2:2. *Et ipse Christus*

expiatio est pro peccatis nostris. Huc pertinet, quod mors hæc sacrificium pro reatu appelletur. Esai. 53:10. Eph. 5:2. *Christus tradidit se ipsum pro nobis oblationem & sacrificium Deo, odorem fragrantia.* Hebr. 9:14. *Per spiritum æternum se ipsum obtulit Christus immaculatum Deo.* Sacrificium videlicet illud, quod per victimas, Lev. 17:11. & sacerdotes antiquos, Lev. 10:17. adumbratum erat. Quæ omnia eam ob causam post peractum Christi sacrificium cum maxime cessant. *Una enim oblatione consummavit in perpetuum, qui sanctificantur.* Hebr. 10:12, 14. Cum qua expiatione conjuncta est ἡ ἀφεσις proprie dicta, seu perfecta peccatorum remissio; sine exactione chirographi aut commemoratione peccati. Hebr. 10:3, 4, 18. Eodem refer quod Christus dicatur venisse εἰς τὸ ἀνεργησθῆναι ἀμαρτίας. Hebr. 9:28. quod non notat solum ablationem peccatorum, sed sublationem eorundem sursum in crucem; ut 1. Pet. 2:24. *Qui ipse nostra peccata sursum tulit in corpore suo super crucem.* Quod & contentio primi cum secundo Christi adventu ibidem docet. Ut frustra sint adversarii, qui ferre peccatum, nihil aliud indicare volunt, quam ea auferre.

XIX. Idem hæc omnia eludere conantur, purgationem hanc peccatorum per sanguinem Christi in alium sensum detorquendo. Idque 1. quia scilicet effusio illa sanguinis non pretium, sed causa fuerit, per quam Christus accepit potestatem nos purgandi à peccatis, id est, liberandi à pœnis eorum. At vero obstat locus disertus Matth. 26:28. *Hoc est sanguis meus Novi Test. qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.* tum quoque ipsa illa purgatio per sanguinem, potestatem Christi antecessit. 2. Reponunt, purgare peccata, nihil aliud esse, quam purgationem eorum demonstrare; quatenus Christi sanguis promissiones Dei nobis confirmat, & promissam olim remissionem peccatorum nunc declarat. Verum illud vel minimo è Prophetis licuit, nec sanguine Christi hac in parte opus fuit, cum abunde per miracula præstari potuerit. 3. Pergunt obtundere; ergo purgare peccata ad summum erit, conferre symbolam aliquam ad nostram regenerationem, videlicet argumentum quo persuaderi, & ad eam moveri possimus. At contra facit illud 1. Joh. 1:7. *Sanguis J. Christi filii ipsius purificat nos ab omni peccato.* Ubi sanctificatio & purgatio peccatorum discernuntur. Vide & 1. Petr. 1:2. *Secundum præcognitionem Patris, in sanctificatione Spiritus; ad obedientiam & consperisionem sanguinis Jesu Christi.* Conf. Apoc. 1:5. Atque ipse etiam factetur Socius, τὸ καθάρσειν, quod sanguini Christi tribuitur, rectius libe-

a
P
re
m
tis
ni
lat
vit
gyl
E
vini
alibi
crum
fame
X
aliqu
firin
tiam
un f
quod
XX
prop
pre v
Deus
epi
f
tamen
XIII
quod
de

liberationem à pœna, quam animi emendationem notare.

XX. III. Sequitur nunc satisfactionis *pretium*. Pretium proprie III. *Pretium* est res aut factum aliquod, quod alicui pro alio persolvitur, ut ejus valor *um*. re redimatur alter; atque eo nomine pretium hæc in re venit. *Venit filius hominis — ut daret animam suam redemptionis pretium pro multis.* Matth. 20: 28. 1. Tim. 2: 6. 1. Pet. 1: 18, 19. Pretium vero illud ad legem Dei relatum; vel illius execrationem respicit, cui satisfactum per execrationem Christi, Gal. 3: 13, vel ejus mandatum & jus seu *δικαιωμα*, quod impletum est Christi obedientia. *Per obedientiam unius justii constituuntur multi.* Rom. 5: 19. Quamvis autem ad prius potissimum membrum satisfactio hæc referatur; non tamen divellenda est satisfactio mortis ab obedientia vitæ; cum alteram ab altera non sejungas, nisi utrique noxam inferas; & ex utraque juncta, plena tandem surgit satisfactio; sine illa enim obedientia vitæ, nulla nobis conferri potuisset vita. *Per unum justitiæ meritum (seu causam) in omnes homines, in justificationem vitæ.* Rom. 5: 18. conf. com. 19. *Qui Christus Jesus, factus est nobis justitia &c.* 1. Cor. 1: 30. Honor enim absoluti dominii divini, ut redintegraretur, requirebat utramque hanc obedientiam, licet ultimum complementum huic satisfactioni in passionibus Christi adjectum sit. *Decebat ipsum — principem salutis ipsorum per passiones consummare.* Hebr. 2: 10.

XXI. Inane igitur est, quod causatur Socinus, pretium semper esse aliquid externi & adventitii, ut aurum, argentum, similia; quod cum desit in Christi satisfactione, deesse quoque vult pretium: cum sæpe pretium consistat in facto aliquo; non enim in pœna alicuius annumeratur, uti fit in re concredita, sed omne debitum persolvitur præstando illud quod præstari debebat. nec aliter Christum.

XXII. Pretium hoc sufficiens fuit, & merito contra carum. Tum *Quod sufficiens fuit.* propter personam persolventem, qui fuit ipse Deus; ex cujus dignitate pretii valor erefcit. Tum propter intrinsecam rei oblatæ dignitatem; cum Deus & homo semetipsum obtulerit. *Deus Ecclesiam proprio sanguine acquisivit.* Act. 20: 28. Tertio etiam propter modum offerendi, qui divinus fuit, in persona divina; à qua, licet passiones in se essent finitæ, moralem tamen respectum infinitatis aliquo modo acceperunt.

XXIII. Unde consequens est, satisfactionem hanc Christi, suffecisse quoad substantiam; superabundantem vero fuisse quoad circumstantias illas, quæ Christo non conveniebant; æternam videlicet pœnæ durationem,

nem, desperationem &c. quæ tamen aliunde, ut jam vidimus, fatis superque fuerunt compensatæ. Consequens item erit satisfactioem hanc non fuisse acceptilationem; quæ est commentitia & imaginaria solutio, quæque nihilo fecius per victimas & cerimonias legales præstari potuisset, quod negatur Hebr. 9: 9. *Quæ sacrificia non possunt quoad conscientiam consummare eum qui cultum præstat.* Cum igitur tam operosa, tam cara Christi mors requisita fuerit, facile patet veram hanc & plenam esse solutionem.

*adcoque
nihil mi-
nus præstari
potuit,
nec super-
flui quid
præstitum
est.*


XXIV. Declinanda igitur hic ab una parte, ridicula Pontificiorum superstitio; qua sanguini Christi ita parcunt, ut putent vel solam guttam ejus suffecisse; cum in ea nec Deus fuisset ex æquo sanctificatus, nec odium ejus adversus peccatum fatis ostensum; quam ad rem tractu temporis opus erat. Ab altera parte cavendum est, ne putemus, plus solutum esse, quam oportuit; cum pretium infinitum requiratur, ut infinitorum bonorum compotes fiamus, & æterna mala depellantur; quemadmodum ex luce solis nihil quod demas, superest, si vel uni duntaxat homini luceat, cum tamen eadem luce mundus universus illustrari, & multo plures perfundi queant.

*IV. Cui
id pretium
solutum?*

XXV. Videndum nunc *IV. cui* proprie pretium hoc solutum fuerit. Primo in vestibulo hic se iterum objicit Socinus; cavillando, pretium alicui solvendum esse; verum in morte Christi, nulli cuiquam quicquam solutum; quare nec in ea pretium esse. At norunt Jurisconsulti, pœnæ creditorem proprie non dari; non enim judex in ea se, suamque privatam spectat utilitatem, uti supra dictum, sed bonum tantummodo publicum & ordinem rerum; itaque in pœna nulli proprie aliquid solvitur; quamvis improprie; atque illo etiam modo à Christo factum est. Idque non diabolo, qui carnificis & tortoris tantum vices egit: sed Deo tanquam judici. *Unus est legislator, qui potest salvare & perdere.* Jac. 4: 12. *Ne aliquando adversarius te tradat judici & judex te tradat ministro, & in custodiam conjiciaris.* Matth. 5: 25. Patrique speciatim, qui ratione œconomix illius divinæ, judicis personam gerit; cui exhibita fuit hæc solutio. Nam quamvis filius quoad essentiam & re ipsa à Patre diversum quid non sit, est tamen diversus ab eo, qua *θεὸς ὁ υἱὸς* & quatenus spectatur in hoc statu.

*V. Solutio-
nis illius
modus &
jus.*

XXVI. *V.* Indaganda sunt *modus & jus* hujus satisfactioem; quo pacto Christus hanc præstare potuerit; ipse innocens pro nocentibus. Ubi notandum venit, in pœnis humanis capitalibus hunc quidem à Deo



positum esse obicem, ne filius patris vicem gerat in subeundis pœnis. *Non occidentur patres pro (in textu est, propter vel cum) filiis, & filii non occidentur pro patribus, quisque ob peccatum suum occidetur.* Deut. 24: 16. 2.Reg. 14:6. Ezech. 18:20. *Animam peccans illa morietur, filius non feret de pravitate patris, nec pater feret de pravitate filii.* Non tamen illam sibi Deus fixit metam, quin interdum pro jure suo, propter peccata patrum filios puniat; ut patet ex secundo præcepto decalogi, & 2.Sam. 21. quod ipsa naturæ lex dicit; quin certis in casibus inter gentes publici & legitimi juris est.

XXVII. At vero præ hisce omnibus æquior causa & majus quoddam jus est Deo puniendi Christum ob peccata nostra; utpote qui non solum arctissimo naturæ & sanguinis nexu, sed etiam prolixo voluntatis consensu, nobiscum sit conjunctus: fidem enim suam pro nobis adstrinxit, & spondit; quod sicut ab humanis legibus non abhorret, ita multo magis absoluto Dei imperio convenit. Atque hoc pacto patet, quomodo Deo non indecorum fuerit, Christum nostro loco punire. Verum nec etiam alienum à Christo fuit, sponsonem hanc suscipere, & fidem suam jubere; quo facit duplex potestas Christo peculiaris. 1. qua licuit ipsi ponere animam. *Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum accipiendi eam.* Joh. 10: 18. tanquam membrorum suorum Dominus, quod nulli homini competit. 2. qua potuit illam liberare, & forti manu à morte vindicare; ut ibidem ipse ait Christus; quod nec item de ullo homine, pro alio morituro dici potest. Ut undequaque liqueat juste omnino Christum, Goëlem nostrum, cognatum, itemque vindicem & fidejussorem, pro nobis pati potuisse.

XXVIII. Subdole hic agit Socinus, dum plena manu largitur, posse Deum affligere creaturam innocentem occasione alienorum peccatorum; non vero punire. At 1. falsum est prius membrum. 2. Jam vidimus casus quoque dari, in quibus propter aliena peccata alii puniri possunt. 3. Christus insons, non afflictus est occasione alienorum peccatorum, ut quidem illi contendunt, sed veras dedit pœnas à Deo giudice ipsi irrogatas. *Ut liberi essemus ab execratione legis, dum pro nobis execratio factus est.* Gal. 3: 13. Non enim hunc in finem, vel ex ipsa Socini hypothefi, opus fuisset tam acerba Christi morte. Apertius vero contra hanc doctrinam excipit, inauditam esse; & nunquam locum habere hanc surrogationem vadis in pœnis corporalibus, at tantum in multis pecuniariis. Nec mirum sane, cum in rebus humanis similis casus nun-

quam obtigerit: verum nec desunt exempla furrogationum in pœnis corporalibus; qualia videre licet Gen. 42: 37. *Et dixit Ruben ad patrem suum, dicendo, duos filios meos occides, si non reducam illum ad te* 1. Reg. 20: 39--41. Tum quoque peculiaris est Christi ratio, ut §. præced. ostensum.


VI. Meritum:

XXIX. VI. Restat nunc considerandum hujus satisfactionis *meritum*; nam quæ satisfactio fuit respectu Dei, meritum fuit respectu nostri. *Per obedientiam unius multi constituentur justii.* Rom. 5: 19. & com. 21. *Ut quemadmodum regnavit peccatum ad mortem, ita etiam gratia regnaret per justitiam ad vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum* — quod meritum fuit proprie dictum; cum omnes conditiones meriti in eo reperiantur; quin propter infinitam personæ dignitatem meritum hoc fuit ex condigno, ut ajunt. Quod quidem meritum à satisfactione reapse non differt; sed pro vario tantum considerandi modo, prout vel ad Deum relatum, satisfactionis respectum habet; vel ad homines, meriti. Quare nullo modo meritum hoc dividendum est; ut vel morti ejus denegetur, in qua maxima meritis est; vel dicatur Christus, in vita nobis vitam meruisse, in morte tantum satisfecisse, cum in ipsa satisfactione meritum positum esse viderimus. Conjungenda ergò potius arctissime obedientia ejus vitæ & mortis, simulque univèrsa humiliatio; exclusa tantum à merito exaltatione humanæ ejus naturæ.

XXX. Male igitur Sociniani obducunt; Christum nihil meritum esse; quia nempe creditori tantum satisfecit, in qua solutione debiti, nullus merito locus superest; quod largimur omnino, siquidem proprio creditori, debitum à se contractum solvendo; alia vero jam est ratio, cum alieno satisfecerit. Male iidem meritum Christo respectu sui adscribunt, quod denegant ei respectu nostri, ac si illa invicem pugnarent: quod tantum abest, ut verum sit, ut quicquid sibi meruerit, nobis omne illud meruisse maxime censendus est; & nihil ferme sibi meruerit, nisi in nostrum bonum. Sibi vero meruisse gloriam illam & beatitudinem in humanitate, docet Paulus Philip. 2: 9. *Se ipsum exinanivit — quamobrem & Deus ipsum superexaltavit & in gratia donavit ei nomen, quod supra omne nomen est.* At de hoc negotio pluribus etiam visum lib. II. cap. xv. §. x. — XIV.

& inde Christi ju.

XXXI. Ex hac satisfactione sua Christus quoque justificatus est à debito, quod sponsor contraxerat, & à præcepto, quo obligabatur ad præ-



Justificationes Reg in specie?

præstandam justitiam & omnes gratias N. T. de qua justificatione ejus videre est Psal. 16: 2. 1. Tim. 3: 16. Unde etiam ipsi competit hæreditas, præcipuè gentium, quâ habet nos ut *ᾠλωπίησιν & λαὸν περιέσιον*, sive *κληρονομίαν*. Tit. 2: 14.

*Justificatio
ejusque hereditas.*

XXXII. Atque ita nobis de veritate hujus satisfactionis constat, vidimusque rem ipsam nobis eo modo tradi ex S. Literis; contendamus nunc hanc lucem ad tenebras huic veritati offusas, ut ex utriusque comparatione lux hæc manifestior fiat. Quo in negotio nobis res erit cum Pontificiis, Socinianis, Anabaptistis & Remonstrantibus.

*AN ΤΙΘΕΙΣ
errorum
circa satisfacionem
Christi.*

XXXIII. Ut igitur horum errorum scaturiginem repetamus, unde ad reliquos dimanarunt, initium faciendum erit à Pontificiis: qui 1. satisfactionem Christi temere & scelestè circumcidunt, eamque solum factam volunt pro peccato originali, vel actualibus ante baptismum commissis; pro iis vero quæ post baptismum committuntur, non admittunt, nisi ea lege, ut sint tantum mortalia, & restringatur ad reatum culpæ, pœnæque æternam; cætera enim hominibus reliqua faciunt, aliis modis ex- pianda. Verum omnem circumcisionem & coarctationem tollit Paulus Rom. 8: 1. *NULLA igitur nunc condemnatio iis, qui sunt in Jesu Christo.* 1. Joh. 1: 7. *Sanguis Jesu Christi filii ipsius purificat nos ab OMNI peccato.*

1. Pontificiorum.

*cont. 250
1. 42 - 45.*

XXXIV. Illud autem hac in re peccant Pontificii, 1. quod satisfactiones illas quæ Canonice tantum erant & externæ in foro Ecclesiæ, transtulerint nimis finistre ad satisfactiones veras & internas, apud Deum. 2. Diminuunt eandem Christi satisfactionem, & parte sui non exigua mutilant, quando omnem obedientiæ ejus imputationem tollunt, & præter mortis ejus promeritum aliquod, nihil ad nos pertinere contendunt. 3. 3. Majorem etiam in modum offuscant hanc, suffecto in ejus locum, aut saltem succenturiato alio sacrificio propitiatorio, missæ nempe; contra Rom. 3: 24, 25. *Qui justificantur gratis, ipseus gratia per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorium per fidem cum sanguine ipsius.* 1. Joh. 1: 7.

XXXV. Excipit hos Socinus, qui post Abailardum, statuit 1. peccata remitti à Deo per acceptilationem, sine vero & proprio pretio mortis Christi: de quo vidimus. 2. negat satisfactionem Scripturæ testimonio probari posse. 3. Subdole tamen fatentur satisfecisse Christum; ita nempe, ut expleverit omnia, quæ ipsi obeunda erant, ut summam illam potestatem adipisceretur; nequaquam vero justitiæ Dei satisfecisse vo-

*II. Socinianorum.
quorum dogmata*


lunt. 4. Largitur etiam illum victimam piacularem fuisse, pro peccatis nostris, id est, secundum ejus glossam, pignus seu depositum gratiæ divinæ, nobis datæ; non vero quasi pœna ab illo esset sublata. 5. Tandem quoque dat nobis, illum expiassè peccata, sed casto hoc & nullo prorsus sensu; scil. illum accèpissè potestatem nos ab omni miseria liberandi. Hinc illum, doctrina magis & exemplo, ut alias visum, quam merito salvatorem facit.


XXXVI. Ultimo denique facile etiam nobis concedit, nostri causa mortuum esse Christum; at non nisi posito hoc obice, ut metonymice, (quæ solita scilicet eorum acies est, in fingendis tropis & schematibus) per mortem nihil aliud intelligatur, quam potestas illa, ipsi in bonum nostrum, morte interveniente, concessa. Atque hinc speciatim tres hoscè mortis Christi fines ponunt. 1. ut hoc pacto novum fœdus, illique adjuncta promissa divina sanciret. 2. ut homines ad amplectendas fœderis conditiones adduceret: per illas autem conditiones intelligunt, tum obedientiam mandatorum Christi, tum spem promissionum divinarum; atque hanc utramque fidei nomine comprehendunt. 3. ut Christus hac ratione misericordiam edoctus, & supremam hanc potestatem adeptus, tanquam Pontifex, isque misericors nobis succurreret, & promissa divina reapse præstaret. Has potissimum ob causas mortuum esse Christum statuunt. Ex quibus liquet, quemadmodum subruto hoc fundamento, & negata satisfactione, cadat simul huic innixa fides vera & salvifica; quam idcirco aliam omnino faciunt; & pro vera fide substituunt obedientiam mandatorum Christi.


*Strictim re-
vinentur;
in genere.*

XXXVII. Quibus omnibus ut sigillatim quicquam reponamus, nihil attinet; accurate interim hæc tenebimus, unde singula facile cadunt; 1. Christo sic nihilo plus tribui, quam ipsis martyribus tribuitur à Paulo Col. 1: 24. *Nunc letor in meis passionibus, pro vobis, & vicissim impleo reliquias afflictionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* coll. 2. Tim. 2: 10. quod tamen ipse negat Paulus 1. Cor. 1: 13. *An Christus divisus est? an Paulus crucifixus est pro vobis; aut in nomine Pauli baptizati estis?* 2. Ita dicendum potius esset, Christum pro nobis resurrexisse; quam cruci affixum esse, cum potestatem illam quam ipsi tribuunt, ex resurrectione nactus fuerit: contra ac S. Scriptura, quæ salutem cruci ipsius adscribit. *Nos autem predicamus Christum crucifixum.* 1. Cor. 1: 23.

XXXVIII. 3. Ex hac sententia fructus mortis Christi in nullos redun-







A
t
f
F
Z
fa
fr
to
ex
Ch
De
pro
om
rum
gu
rum
cula
mor
mag
quan
carte
X
Chri
ex ip
Chri
unive
sato d
wad v
M
Chri

dundant, nisi solos fideles N. T. exclusis plane V. Test. fidelibus; cum tamen Scriptura diserte testetur, à Christo, ut fidejussore, etiam pro fidelibus V. Test. redemptionis pretium solutum esse. *Et propter hoc Testamenti Novi mediator est, ut morte obita ad redemptionem transgressio- num, quæ sub priori testamento erant, promissionem accipiant, vocati æterna hereditatis.* Hebr. 9: 15. 4. Nunquam refert Scriptura, Christum tantum mortuum esse, ut Prophetam & martyrem; verum expressif- simis loquendi generibus, ut testatorem & testamenti conditorem. Hebr. 9: 15, 16, 17. Gal. 3: 17. *Testamentum ante ratum factum à Deo in Christum, lex, quæ post quadringentos & triginta annos extitit, non facit irritum; ad abolendam promissionem.* Act. 20: 28.

XXXIX. 5. Tum non sine insigni in Deum injuria statuitur, Chri- stum nobis in morte sua solummodo exemplum exhibuisse; eo quippe tollitur 1. omnis demonstratio justitiæ Dei in peccatores. 2. quasi Deus ex se non sit fide dignus, & alio egeat, qui fidem pro ipso adstringat; Christum, qui nostro nomine apud Deum sponsosem agit, faciunt pro Deo apud nos spondere, qui homo cum sit, divina nobis confirmabit promissa; atque ita simul rerum ordinem invertunt.

XL. Fines illi particulares, quos morti Christi adsignant, ejusdem omnino commatis sunt. 1. Quid confirmatio illa novi foederis, divina- rumque promissionum magis dicit, quam quod etiam martyrum san- guis præstare potuit, qui Evangelium confirmarunt, sine tamen peccato- rum remissione? 1. Cor. 1: 13. tum quoque tantundem ipsa Christi mira- cula efficere potuerunt. *Ut cognoscatis, quod potestatem habeat filius ho- minis in terra remittendi peccata &c.* Matth. 9: 6, 7, 8. quin & multo magis fecerunt illud Christi resurrectio & gloria; quibus tamen nun- quam peccatorum remissio adscribitur; ut peculiare quicquam & quod cæteris commune non est, in morte Christi indicetur.

*in specie.
de confir-
matione N.
Foederis.*

XLI. 2. Similiter vanus est ille prætextus finis, de adducendis per Christi mortem hominibus ad ineundas condiciones Novi Test. nam vel ex ipsorum sententia, non adeo illustis apparuit Dei charitas in morte Christi; neque certius, aut præclarum magis exemplum dedit hæc, quam universa ejus vita; neque ira Dei vehementior exarsisse visa est, ut à pec- cato deterreremur; neque aliquid per illam nobis revera acquisitum est, ut ad virtutem alliceremur, & novis argumentis constringeremur.

*de addu-
cendis ho-
minibus ad
amplecten-
das condi-
tiones N. T.*

XLII. 3. Eadem omnino est ratio tertii illius finis, quo volunt Christum morte interveniente accepisse potestatem nos servandi & à pec-

*de accepta
potestate*

*nos servan-
di.*


catis absolvendi. Nam 1. ipse Socinus fatetur, Christum jam eam potestatem in terra habuisse, quod ex Scriptura saltem vel maxime palam est. *Ut cognoscatis quod potestatem habeat filius hominis in terra, remittendi peccata.* Matth. 9: 6. 2. Ita quoque, ut jam vidimus, ad fideles Veteris Test. nullo modo spectasset hæc mors, ejusque effectus, cum tamen illi per Christum vitam æternam adepti sint; quando Christus, ex placito Socini, nondum illa potestate præditus fuit. 3. nec ipse Socinus dabit hoc, Christum nos liberasse à servitute peccati, sed tantum à miseria & malo ejus; quippe qui ne quidem salutem ipsam nobis præstiterit, sed viam duntaxat monstraverit, quæ nosmet ipsos ipsi liberemus. At vero liberavit nos Christus per *λύτρον*, quod sane non datur liberandis, sed illi, à quo sunt liberandi, ut per hujus valorem, libertatem & salutem eorum impetret: qui verus est & dignus mortis Christi effectus, non ii, quos commentus est Socinus. Rom. 3: 24.

*III. Ana-
baptista-
rum.*

XLIII. Rudiores hisce in rebus sunt, at sæpe non meliores Anabaptistæ; qui 1. negant Christum in anima sua iram Dei percepisse, aut pœnas infernales sensisse: qua scilicet Scriptura totidem verbis illud non dicit: quasi vel corpus sine anima dolore affici possit, nec dolores animæ ejus memorentur. 2. Christum etiam stricte loquendo, pro nobis non satisfecisse, sed tantum exemplum præbuisse: scripto videlicet consignatum est, unum pro altero non moriturum. Ezech. 18. verum hisce jam supra occurrimus.

*IV. Remon-
strantium.*

XLIV. Errant pariter Remonstrantes. 1. Dum quidam eorum statuunt Christum non sustinuisse nostro loco pœnas gehennales, sed mortem duntaxat temporariam; eamque plenè satisfactionis vice à Deo fuisse habitam & acceptam. De quibus jam actum. 2. dum contendunt, huic solum fini Christum mortuum, ut Patri acquireret jus nobiscum redintegrandi sædus, & de remissione peccatorum contrahendi, quacunque vellet conditione. Sed 1. non Patri quicquam acquisivit Christus, cui omnia competeabant; at nobis, & quidem reconciliacionem actualem, utpote quibus omnia deerant. 2. Posita morte Christi, nova conditio justitiæ iniri non poterat; nisi hæc sola, quæ nunc rata est, & testamento Christi unice innititur; neque enim novo pacto legali ullus locus concedi poterat. 3. non ita nobis impetrata fuisset reconciliatio, sed tantum nova conditio & modus constitutus, quo reconciliari possemus, dum modo nobis ipsi ne desimus. 4. nec esset inde, quare magis Christo illud imputaremus, quam nobis ipsis, quippe qui condi-
tio-



le
f
a
e
pr
D
ba
Co
(si
Ro
Y
nis
illet
mini
præf
lio,
natur
fructu
quoque
pam
XL
bonum
viam p
vicia
Eli
XLV
viam

tionem illam præstiterimus. 5. denique repugnat hoc naturæ spon-
sionis, per quam constat, primarium debitorem ipso actu, ut ajunt, libe-
rari debere; nos vero hic non liberari censetur, nisi accedente demum
novo pacto.

XLV. III. Dum non absolutam, sed conditionariam reddunt hanc
satisfactionem; quæ Deo quidem plena sit, sed nobis non efficax, nisi de-
mum, ubi eam prona voluntate acceperimus; cæteroquin ipsam hanc
Dei voluntatem irritam facimus: quomodo non veretur Episcopus pro-
fari. Verum obstat hæc; quod 1. morti Christi assignetur, præfens &
actualis reconciliatio, tanquam repræsentato jam pretio; quæ idcirco
ex nulla conditione suspendi potest. *Et ipse Jesus Christus expiatio est
pro peccatis nostris.* 1. Joh. 2: 2. Rom. 3: 25. *Omnia autem sunt ex
Deo, qui reconciliavit nos secum in Jesu Christo.* 2. Cor. 5: 18. *In quo
habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.*
Col. 1: 14. *Et placuit per ipsum omnia reconciliare ad se, pacem faciens
(sive dum pacem fecit) per sanguinem crucis ejus per ipsum.* com. 20.
Rom. 8: 34. & præcipue 5: 10.

satisfactionis

XLVI. 2. Cum conditio hæc suspensa hæret ex voluntate homi-
nis, eaque indifferente & ambigua; incertum omnino & ambiguum fu-
isset, totum hoc opus; quod tum Deo indignum est, quem mutata ho-
minis voluntate, ipsum mutari necesse esset: quique cum æternum
præciverit, quosdam mortem Christi aspernatos, nullo tamen confi-
lio, nulloque scopo filium pro iis morti tradidisset: tum Dei rerumque
naturæ contrarium fuisset; nam cum hominum voluntates Deus flectat,
frustra fingitur expectare, quo tandem evasurus sit earum motus: tum
quoque promissis Novi Fœderis non convenit. *Quod super potioribus
promissionibus in legis formulam redactum est.* Hebr. 8: 6.

XLVII. 3. Denique cum satisfactio sit surrogatio unius pro alio, ab-
sonum omnino erit illam ex conditione suspenderi. *Hoc judicantes, si
unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 2. Cor. 5: 15. *Ipsæ
cruciabatur propter defectiones nostras, continebatur ob pravitates nostras.*
Esaï. 53: 5.

XLVIII. IV. Contra dicunt hoc modo; satisfactionem Christi uni-
versalem esse pro omnibus, substratam quippe fœderi gratiæ universalis,
ut pro pereuntibus æque, ac salvandis Christus mortem obierit; nam
merito mortis ejus tantum effectum est, ut Deus cum peccatoribus sit
reconciliabilis, iisque det gratiam sufficientem ad reconciliationem con-
sequen-

sequendam, si velint. Huic gemina est aliorum distinctio; qua Christum dicunt mortuum pro omnibus sufficienter, non vero efficaciter. Vide Apolog. pag. 94. 95.


XLIX. At I. in solens est & inauditum in S. Scriptura, eodem prorsus modo mortuum esse Christum pro damnandis ac salvandis. vide Matth. 21. Joh. 10. & 17. Eph. 5. 2. Itidem absurdum est, Deum reconciliabilem factum, & peccata posse remitti; cum non semel expressissime peccata dicantur jam reapse condonata. *Hoc judicantes, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 2. Cor. 5: 15. & com. 18. *Omnia autem sunt ex Deo, qui reconciliavit nos secum in Jesu Christo.* 3. Turpiter hoc modo se ipsos jugulant, cum sufficienter mortuum velint Christum, non vero efficaciter; quæ se mutuo tollunt; cum sine efficacia nulla sit sufficientia. 4. Omnia illa quæ huc aurigantur, tum ipse satisfactionis modus in Christo; tum omnes loquendi modi, notant semper aliquid quod jam revera fit, non quod possit esse. Ita in Scriptura mori pro aliquo semper significat surrogationem, adeoque actualem satisfactionem; quare vel peccata nostra in Christo punita sunt, quando simul vere remissa esse oportet; sin vero; vanam esse omnem Christi sponsonem necesse est. De quibus amplius cap. seq.

L. v. Fallunt item, cum ita ordinant decreta Dei; ut Deum prius velint decrevisse filium dare morti; tum eos eligere, quos prævidit in illum credituros; in quo Lutheranorum vestigia premunt: ut mors Christi præordinata sit electioni ad vitam æternam. At nihil absurdius est, quam ut Deus prius media ordinaverit, quam finem; cum satisfactio medium sit ad salutem, ubi videlicet hæc duo inter se conferuntur; respectu enim Dei coordinata sunt hæc omnia, qui simul destinavit salutem, simulque satisfactionem; adeo ut in decreto Dei mors Christi non præcesserit nostram fidem; quamvis in executione res aliter se habeat.

Alter mortis Christi fructus est nostri cum Deo reconciliatio: detorta à Socinianis.

LI. Post hanc sequitur alter mortis Christi fructus, ex satisfactione fluens, quæ est nostri cum Deo reconciliatio.

LII. Hæc autem reconciliatio, ne in ipso limine impingamus, non est concipienda *μόνοῦ ἀπὸ Θεοῦ*, ut fingit Socinus, seu tantum à nostra parte, quæ fiat per regenerationem, qua revertimur ad Deum, illique nosmet ipsos supplices objicimus, prætexto loco 2. Cor. 5: 20. *Reconciliamini cum Deo.* — nam liquet apertissime ex Scriptura, æque nobis Deum reconciliatum esse, quam nos Deo. 2. Cor. 5: 18, 19. Eph. 2: 15, 16. Col.



P
a
P
L
p
fa
e

qu
sp
e
vid
con
ama
sol
nihil
re
hab
frus
ergo C
LV

ner
Chri
lege
finc
mens
hanc

2: 14. Rom. 5: 10. Col. 1: 19-21. Hebr. 10: 14, 17. Vide & 1. Theff. 1: 10. Eph. 2: 18. Hebr. 12: 23, 29.

LIII. Repugnat hęc etiam sinistra Remonstrantium opinio, qui impetratam quidem omnibus reconciliationem, sed non applicatam volunt, ut Deus non nisi credentibus & obedientibus sit reconciliatus; reconciliabilis tamen omnibus. Primum intelligi volunt 2. Cor. 5: 19. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans ipsis lapsus*: secundum ibidem com. 20. *Itaque nomine Christi legatione fungimur, & velut Deo rogante per nos, oramus Christi nomine, reconciliamini Deo.* Verum hoc pacto 1. tollitur Testamentum Novi fœderis, quod non hypotheticum est, sed absolutum. *Ubi enim testamentum est, mortem necesse est contingere testatoris: Testamentum enim in mortuis firmum est.* Hebr. 9: 16, 17. *Ego dispono vobis, sicut mihi Pater disposuit regnum.* Luc. 22: 29. 2. cum hypothetica hac reconciliatione, conciliari non possunt loca Eph. 2: 15, 16. Col. 2: 14. Hebr. 10: 14. *Una oblatione consummavit in perpetuum qui sanctificantur. & vs 17. Peccatorum ipsorum & iniquitatum ipsorum non recordabor amplius.*

& Remonstrantibus; qui distinguunt inter reconciliationem. impetratam & applicatam,

LIV. 3. Non consistit cum ea mors Christi, ut sponsoris nostri, per quam reapse reconciliati sumus. *In tantum melioris testamenti extitit sponsor Jesus.* Hebr. 7: 22. *Hoc judicantes, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 2. Cor. 5: 15. Cateroquin enim, ut supra vidimus, non punita sunt in ipso nostra peccata. 4. Frustra quoque reconciliationem illam priorem universalem faciunt, cum ipsi extra illam amendant fideles Veteris Test. 5. Denique ita fieri potuisset, ut Iytrum solvisset, mortemque obiisset Christus, nulli bono; quippe, unde ipse nihil reportasset præmii, nec quisquam alius ex ea vel minimum salutis retulisset: simulque testator fuisset Christus, cum tamen nullum forte habuisset hæredem: quare frustra mori, frustra testari potuisset Christus; quod tamen negat Paulus Gal. 2: 21. *Si enim per legem est justitia, ergo Christus frustra mortuus est.*

LV. Huc etiam velificantur illi, qui dispartiantur reconciliationem in absolutam, & in comparatam, seu ex conditione suspensam; ut Christus non profusus propitiationem & placamentum impetraverit, nisi ea lege, ut ipsa hæc reconciliatio per Sp. sanctum & fidem intimaretur. Quæ sane indigna fuisset filio Dei ratio, & labori suo tam immani non conveniens, ut beneficium tam care acquisitum, non nisi post novam conditionem aliunde præstandam, daretur. Nullam ergo hæc reconciliatio

absolutam & conditionatam,


agnoscit legem aut conditionem; sed merus est effectus sponsoris, isque secundum pactum aliquod, ex quo dictum, reconciliationem hanc absolutam in homines per Sp. Sanctum & fidem redundaturam esse; atque ita juxta promissus est Sp. Sanctus & fides, citra omnem incertam conditionem.

plenam u-
trinque, &
non ple-
nam,

LVI. Interpolans hæc Episcopus, realem omnino ait & actualem esse, etiam à parte Dei, hanc reconciliationem; ea tamen lege, ne homo illam negligat; ut nulla quicquam ex parte desit, sed utrinque plena sit & perfecta. Verum liquido contra apparet, Deum non omnibus quantum in se, placatum esse, aut eodem affectu prosequi; quo nihil crebrius & studiosius Scriptura inculcat. Ita 1. sub Veteri Test. ut antea cta Patrum tempora prætereamus, adoptat Israëlitas, rejectis gentibus. *Nam populus sanctus tu es. Jehovah Deo tuo, te elegit Jehovah, ut sis ipse in populum* סגלה *ἁγιασθεως sepositionis ex omnibus populis.* Deut. 7: 6. Psal. 147: 18, 19. 2. In Novo Test. versis rerum vicibus, Judæis exterminatis, adfciscit gentes. *Quod querit Israël, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, reliqui vero occalluerunt (quemadmodum scriptum est, dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.* Rom. 11: 7, 8. 3. nec etiamnum multis hominibus, quinimo populis, modus & via salutis ostensa est, quod tamen fieri oportuisset, si quidem omnibus impetrata salus. 4. Nec absoluta erit illa reconciliatio, quæ ex mutabili hominis voluntate & conditione profus incerta, suspensa est. 5. Tum quoque non nisi ad adultos spectabit hæc reconciliatio, alienis ab ea infantibus, utpote quibus hæc conditio offerri non possit.

ut & inter
redemptio-
nem præ-
venientem
& comple-
tam,

LVII. Porro pergit errare Episcopus, circa redemptionem Christi; quam duplicem facit; alteram prævenientem, quæ ad homines movendos conducit ut redimi se patiantur. 2. Cor. 5: 18, 20. Alteram, qua, persuasi jam homines, & in mutuam gratiam cum Deo reversi, reapse à morte liberantur; quæ redemptio completa illi dicitur, eaque locum habet in iis, qui constanter Christo obedire perseverant; sicut priorem inde incompletam vocat. Sed indigna nimis & perversa hæc est rei tractatio; nam 1. redemptio illa præveniens, nomen suum tueri non potest; cum redemptionis tantum sit oblatio; uti nec altera, quæ ejusdem est applicatio, qua homines vel illam sibi, vel ad illam se applicant. 2. Quod alteram illam completam vocet, non nisi demum post emensum vitæ nostræ stadium, fallit itidem, cum redemptio incompleta nulla detur; & etiam



in hac vita certo redimantur omnes, pro quibus Christus mortuus est. Act. 26: 17, 18.

LVIII. Ex iisdem lacunis hausit idem, cum duplici modo Christum redemptorem vocat; priori, redemptor est sine effectu; quatenus ad salutem consequendam homines adducit, nulla tamen certa cum efficientia: posteriori modo, cum effectu; quatenus post perseveratum sanctitatis studium, plenam salutem eamque irrecusabilem confert. Quando Christus Salvator noster erit, non ut Sacerdos, sed ut Rex tantum, qui ex mera sua potestate vitam æternam nobis largitur; cum tamen & reapse & certissimo cum effectu, tanquam sacerdos, propitiatorio suo sacrificio nos salvet. *Una oblatione consummavit in perpetuum, qui sanctificantur.* Hebr. 10: 14. & 9: 24. *Ipse salvabit populum suum a peccatis ipsorum.* Matth. 1: 21.

Et inde inter Christum redemptorem sine effectu, & cum effectu.

LIX. Ultimus denique mortis Christi fructus restat; quo legata est salvandis hæreditas vitæ æternæ. *Et ego dispono vobis, sicut Pater mihi disposuit regnum.* Luc. 22: 29, 30. quem etiam intercipiunt, quin plenum ejus effectum negant, Sociniani & Remonstrantes: sed planissime probari potest. 1. Ex testamentaria Christi dispositione, quæ morte ejus confirmata est. *Testamentum enim in mortuis firmum est.* Hebr. 9: 17. 2. Ex mandato Patris, cui cum Christus satisfecerit, omnibus etiam sibi datis vitam æternam acquisivit. *Hæc est voluntas Patris qui me misit, ut omne, quod dedit mihi, non perdam de eo. Hæc vero est voluntas ejus qui me misit, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Joh. 6: 39, 40. 3. Ex ipso fine mortis Christi, qui is erat, ut vitam æternam nobis reapse conferret. *Introduxit in gloriam multos filios.* Hebr. 2: 10. 4. Ex jurejurando Patris, per quod sancitum & firmatum est Christo regnum sacerdotale. Psal. 110. regnum vero illud absque iis qui tanquam vere salvati, regno illi subjecti erunt, vanum prorsus erit & inane. 5. Ex certissima consolatione, quam solam ex morte Christi, contra damnationem & mortem capere licet. *Quis est, qui condemnet? Christus is est, qui mortuus est.* Rom. 8: 34. & 5: 17, 22. Joh. 5: 24. *Qui sermonem meum audit & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit ex morte in vitam.* 6. Ex sollempni Christi prece, jamjam morituri, eoque efficaciore. *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, etiam illi sint mecum.* Joh. 17: 24. 7. Secus nulla foret in hac vita, vel adoptionis gratia, vel ejus hæreditas. Rom. 8: 16, 17. Eph. 1: 5. *Dum definiuit nos ad adoptionem*

Ultimus mortis Christi fructus est hæreditas vitæ æternæ.

filiorum per Jesum Christum. 1. Pct. 1: 3, 4. *Regenit nos ad spem vitam — ad hereditatem incorruptibilem.* quin imo ne quidem electio ad gratiam; hæc enim simul sunt & se mutuo ponunt. Eph. 1: 5.

LX. Ut huic negotio nullo modo respondeat adversariorum pactio hypothetica, qua acquirenda statuitur vita æterna, post nostram demum obedientiam: cum ultro & indubitate illa ex morte Christi fluat; unde tum plena reconciliatio, tum hæreditas indivulfe & necessario consequitur. *Qui dedit se ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni adversus legem delicto, & purificaret sibi populum in divitiis suis perpetuo habendum.*

Tit. 2: 14. 1. Joh. 1: 7.

C A P. X X.

De Objecto mortis Christi, sive pro quibus Christus mortuus sit.


OBJE-
CTUM
mortis
Christi,
sive pro qui-
bus mor-
tuus sit.





I. Idimus quem in finem susceptum sit tantæ molis opus, & quo scopo mortem obiverit Christus; restat nunc considerandus finis \hat{q} , seu pro quibus ingens hoc negotium fuerit confectum. Sicut enim provinciam hanc non subivit Christus temere ex vana gloria, nec incerta de causa, quod ab infania non multum distaret; ita quoque eventus tanto conatui minime defuit, & quem sibi proposuit scopum certissime assecutus est. Qua in re dum versamur, præcipua nobis opera collocanda erit in retundendis adversariorum ictibus, quos veritati intentant.

*Triples hic
sententia-
rum divor-
sium.*

II. Triples potissimum sententiarum divortium est. 1. Agmen ducunt Sociniani, qui inficias eunt, Christum, ut sponforem mortuum esse; verum tamen omnium hominum bono: quos supra refutatos dedimus. Secunda sententia est eorum, qui non omnimodo sponforis vices Christo derogant, at illum mortuum volunt pro omnibus & singulis hominibus, quibus licet reconciliationem promeruerit, nemo tamen, præter fideles, illius particeps sit. Atque hæc Remonstrantium est opinio. Ultima sententia est, quæ Christum agnoscit vadem, non quidem omnium & singulorum hominum, at vult tamen, redundare ex morte Christi, utilitatem aliquam in omnes; ut pro omnibus & singulis, sufficien-







cienter mortuus esse dici possit, quorundam scilicet loco; aliorum vero bono: quam suam faciunt quidam inter Reformatos.

III. Quibus quidem sententiis, quatenus in eandem hanc universalitatem conspirant, opponemus primo Scripturæ veritatem; tum argumenta eorum & objectamenta examinabimus. Hæc enim sententia, quæ antiquorum etiam Pelagianorum fuit, statuentium pro universo genere humano Christum mortuum esse, palam ex S. Scriptura & rei veritate refellitur. Nam 1. cum morte Christi, salvati sint fideles ante Christum; fatentibus illud, ut videtur, quibusdam adversariorum, necessario hinc sequitur, mortuum illum duntaxat esse, pro iis qui jam revera salvati erant; nam pro damnatis mortuum esse, quo colore dici posset? quamvis illud affirmare non vereantur Remonstrantium quidam. Nec meliori etiam cum specie mortuus dicitur pro iis qui peccarunt in Sp. sanctum, jam ante mortem Christi. *Qui dixerit verbum in Sp. sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Matth. 12: 31, 32. coll. 1. Joh. 5: 16. *Serpentes, progenies viperarum, quando effugietis judicium gehennæ?* Matth. 23: 33. Joh. 8: 24. ita nec mori potuit pro Juda proditore. *Nemo ex iis perit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleretur.* Joh. 17: 12. *Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis est diabolus?* Joh. 6: 70. & 13: 11.

*Rejicitur
universalitas
mortis
Christi.*


IV. 2. Nequaquam etiam unquam pro omnibus intercessisse legitur. *Non pro mundo rogo, sed pro iis, quos dedisti mihi.* Joh. 17: 9. *Da peccatum ad peccatum illorum, & non veniant ad justitiam tuam. deleantur ex libro viventium, & cum justis non scribantur.* Psal. 69: 28, 29. Jam vero arctissimo & indivulso nexu hæc utraque, intercessio nimium & satisfactio, inter se cohærent; quinimo hac quodammodo illa major & latior est.

V. 3. Si pro omnibus mortuus sit Christus; 1. etiam omnes actu reconciliati erunt. Hæc enim mortis ejus vis est & efficientia. *Hoc judicantes, quod, si unus pro omnibus mortuus est; ergo illi omnes mortui sunt.* 2. Cor. 5: 15. 2. Omnium peccata erunt remissa. *Hoc est sanguis meus — qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.* Matth. 26: 28. 3. Omnibus omnia gratificabitur Pater, & sanctificati erunt omnes. *Quomodo non etiam cum eo filio, omnia nobis largietur Deus?* Rom. 8: 32. *Et pro ipsis ego sanctifico me ipsum, ut & ipsi sint sanctificati in veritate.* Joh. 17: 19. quod falsum esse apparet. *Quem Spiritum veritatis mundus non potest accipere, quia non vidit eum, neque cognoscit eum.* Joh.

14: 17. 4. Omnes erunt amore summo dilecti. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis.* Joh. 15: 13. coll. 1. Joh. 3: 16. at contra est. *Tum profitebor ipsis, quod nunquam novi vos.* Matth. 7: 23. 5. Ita nullus revera posset condemnari. *Quis est qui condemnari? Christus is est, qui mortuus est &c.* Rom. 8: 34. aliter ac habetur Marc. 16: 16. *Qui vero non credit, condemnabitur.*

VI. 6. Omnibus foret acquisita fides. *Quem Jesum Christum proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius.* Rom. 3: 25. *Fides ex auditu &c.* Rom. 10: 17. *cujus contrarium evincitur ex Psal. 147: 19, 20. Indicat verba sua Jacobo, statuta sua, & judicia sua Israëli; non fecit sic ulli genti, & judicia, quod attinet, non cognoverunt ea.* Act. 13: 48. *Et crediderunt, quotquot erant ordinati ad vitam æternam.* Act. 16: 6. *Prohibiti à Spiritu sancto loqui verbum in Asia.* 2. Theff. 3: 2. *Non enim omnium est fides.* 7. Omnes liberati erunt à servitute peccati, & habebunt spiritum regenerationis. *Hoc scientes, veterem nostrum hominem una crucifixum esse, ut aboleatur corpus peccati, ut non amplius serviamus peccato.* Rom. 6: 6. 2. Cor. 5: 15. Hebr. 2: 14, 15. Jer. 31: 33. quod experientia quotidiana refellit. 8. Nullus erit ex natura filius iræ, sed omnes in statu gratiæ; diferte contra Eph. 2: 3. *Eramus filii natura iræ, ut & reliqui.* 1. Cor. 7: 14. *Alioqui liberi vestri vestri impuri sunt.* 9. Quinimo omnes erunt participes vitæ æternæ. *Propter hoc Testamenti Novi mediator est, ut, morte obita, ad redemptionem, quæ sub priori Testamento (erant) transgressionum, promissionem accipiant vocati æternæ hereditatis.* Hebr. 9: 15. quod negat Paulus. *Si autem filii, & heredes sumus.* Rom. 8: 17.

VII. 4. Hinc S. Scriptura, ut huic errori occurreret, diligenter admodum notat, mortuum esse Christum non pro omnibus hominibus, sed distinctè pro iis, qui ex hominibus electi sunt. *Et audivi numerum signatorum, centum & quadraginta quatuor chiliades, ex omni tribu filiorum Israëli.* Apoc. 7: 4. *Acquisivit Deus per sanguinem suum Ecclesiam.* Act. 20: 28. atque idcirco passim pro multis illum mortuum testatur, non sine accurata notione, qua liquido negatur, pro omnibus morte functum. Ef. 53: 11, 12. Matth. 20: 28. & 26: 28. *Hoc est sanguis meus -- qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.* Hebr. 9: 28. & 2: 10. Ita speciatim mortuus perhibetur pro populo suo. *Ipsè autem salvabit populum suum à peccatis ipsorum.* Matth. 1: 21. *Futurum erat ut Iesus moreretur pro gente.* Joh. 11: 51. *Ipsè est salvator corporis.* Eph. 5: 23. & pro ovibus suis. Joh. 10:



W
q
L
in
vi
T
no
ge
tu
nn
Ch
rori
mor
om
cula
finc
cred
&c.
je
freat
krim
omni
fatis re
fent ha
fuit. 2
18-14
intellig
ante 4
Nomen
X.
num loc
Dey
dax.

15. *Animam meam pono pro vobis. & com. 28. Ego do vitam aeternam eis, & non peribunt in seculum.*

VIII. 5. Denique ex ipsa aduersariorum hypothesi destruitur universalis mors Christi. Nam 1. non statuunt mortuum, pro infantibus, quos à peccato originali immunes faciunt; quare mediatore non egent. Licet aliter doceamur Matth. 1:21. 1. Cor. 7:14. *Alioquin liberi vestri impuri sunt.* Conf. A. Æt. 2:39. 2. Mortuum etiam nolunt pro iis qui vixerunt ante N. Test. sine cognitione vitæ aeternæ; & qui sub Novo Test. vixerunt, sine noticia Euangelii; illi enim aeternæ condemnationi non sunt obnoxii. 3. Nec etiam pro reliquo genere humano; cum negent peccatum originale; & ab actuali, omnes sibi cavere potuisse, à multis revera cautum esse velint. Unde certo consequitur, maximæ hominum parti inutilem fuisse Christi mortem.

IX. Hisce fatis superque deturbavimus hanc universalitatem mortis Christi. Nunc etiam loco suo movenda veniunt, quæ speciose huic errori prætendunt argumenta. Qualia sunt. 1. quod passim *pro omnibus mortuus* dicatur Christus. 2. Cor. 5:15. Hebr. 2:9. *Ut gratia Dei pro omni gustaret mortem.* 1. Tim. 2:6. qua in re tenendum hoc est, voculam *omnis* creberrime ita usurpari, ut excludat omnem distinctionem; non vero exceptionem. *Dicit enim Scriptura, omnis, qui credit in eum, non pudebit; non enim est distinctio Judæi & Græci* — &c. Rom. 10:11, 12. Gal. 3:26, 27, 28. Col. 1:20, 28. Rom. 11:32. *Conclusit Deus omnes (utrosque, Judæos & gentes) ut omnium miseretur.* Ut per hanc vocem quidem innuatur sublatum esse omne discrimen inter Judæos & gentes; nequaquam tamen efficiatur omnes omnino Judæos & gentes, sine ulla exceptione salvandos. 2. Aperte fatis respicitur hac voce ad promissionem Abrahamo factam, qua semen seu hæreditas ex omnibus gentibus ad eundem ipsi promissa & confirmata fuit. *Benedicentur in te omnes familia terra.* Gen. 22:18. & 12:3. & 28:14. Hinc dicitur: *hæres mundi.* Rom. 4:13. Gal. 3:8. ut *omnes* hic intelligendi sint, non de omnibus universim hominibus, sed de omni semine Abrahamo promisso. *In Isaaco vocabitur tibi semen.* Gen. 21:12. *Non enim omnes, qui ex Israël; hi Israël.* Rom. 9:6.

X. Atque hinc facile etiam apparet, quis speciatim sensus sit singulorum locorum in quibus hæc vocula occurrit. ut 1. Hebr. 2:9. *Ut gratia Dei pro omni gustaret mortem.* & com. 10. *Multos filios in gloriam introduxit.* 2. Rom. 5:18. *Per unum iustitia meritum (seu causam) in-*

omnes

omnes homines in justificationem vite. Vide & com. 19. *Per obedientiam unius iusti constituentur multi.* 3. 2. Cor. 5:15. *Hoc judicantes, quod si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt.* & com. 17. *Siquis in Christo, novā est creatura.* & com. 18. *Omnia sunt ex Deo* &c. tum etiam illi omnes sunt illi qui *Christi jam vivunt*, com. 15. quales non sunt omnes & singuli. Vide & 1. Cor. 15:22, 23. Act. 2:39.

pro mundo.

XI. Deinde, quod sæpe pro mundo Christus mortuus dicatur. Joh. 1:29. facile illud explicari potest; nam, ut omissis cæteris mundi significationibus, illas tantum recenseamus, quæ nostro instituto inserviunt; sumitur interdum pro universitate electorum; sæpe pro solis gentilibus; quandoque pro semine illo promissionis, ex gentibus sine discrimine. qua notione hæc in locis commodissime capi potest.

XII. Sic 2. Cor. 5:19. *Deus erat mundum secum reconcilians in Christo*, intelliguntur gentes; non vero omnes universe homines. vide com. 17, 18, 19. *Omnia sunt ex Deo, qui nos secum reconciliavit per Jesum Christum* &c. Col. 1:20. *Per ipsum omnia reconciliavit ad se.* quemadmodum 1. Joh. 2:2. per *peccata totius mundi* non intelliguntur omnium hominum, verum electorum ex gentilibus, seu potius universi seminis Abrahamæ, ex Judæis non solum, sed etiam ex gentibus collecti. Vide Joh. 11:52. *Non tantum pro gente, sed ut & filios Dei dispersos cogeret in unum.* idem indicat quoque dictio tota epistolæ scriptæ ad Hebræos, ut *pro nobis* sit tantundem ac *pro Judæis*; *pro mundo* ac *pro gentilibus*. Ita & Joh. 3:16. *Sic enim dilexit Deus mundum; ut filium suum* &c.

1 Tim. 2:

4.

XIII. Objiciunt nobis locum 1. Tim. 2:4. ad quem responderi potest; non dici *σώζειν*, sed *σωθῆναι*, quod quid sit, explicatur mox; nempe *ut perveniant ad cognitionem veritatis*, id est Evangelii: posito fine rei & consequente, pro antecedente: sicut Marc. 16:16. *Abeuntes per totum mundum predicate Evangelium omni creatura.* quare nos ita censere debemus, Deum velle, ut omni homini Evangelium annuncietur, atque idcirco juxta *pro omnibus orandum esse.* com. 1:2. Quo facit, quod com. 5, 6. Christus dicatur *se dedisse ἀντίλυτρον pro omnibus*; illud autem non pro omnibus & singulis factum est, at tantum pro semine promissionis. Similiter 2. Pet. 3:9. *Sed Dominus longanimis est in nos, nolens ullos perire, sed omnes venire ad resipiscentiam*, sermo tantum est de electis.

2. Pet. 3:

9

Rom 14:

15.

XIV. Par ratio est locorum Rom. 14:15, 20. *Noli cibo tuo illum perdere. pro quo Christus mortuus est.* & 1. Cor. 8:11. non enim in illis agitur de

1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

repor
stum
pro se
que ce
tum h
mentu
fius m
quoad
omnib
tū, cre-

de effectu ipſo, & eventu quem res fortitur, ſed de conatu & molimine, quando nimirum per infirmorum ſcandalum frater infirmus, quantum in nobis eſt, perditur, non quidem funditus & internecivo proſus interitu, aliqua tamen ex parte. Similes phraſes vide Matth. 5:28. *Quicunque aſpicit mulierem, ut concupiſcat eam, jam adulteravit eam in corde ſuo.* Hebr. 6:6.

XV. Nec tandem etiam aliquid efficitur ex loco 2. Pet. 2:1. ubi falſi *2. Pet. 2:1.* doctores abnegare dicuntur Dominum, qui eos redemit. Nam vox illa δεσπότης, diſtincta à voce κυρίου, ſecundum multos Patri hic tribuitur. ut Luc. 2:29. *Nunc dimittas ſervum tuum δεσπότης, Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* & ex quorundam ſententia 2. Tim. 2:21. Jud. 4. *Negantes illum ſolum δεσπότης Herum, Deum & τὸν κυρίον Dominum Jeſum Chriſtum.* 2. At demus licet per δεσπότης, Filium hic intelligi, aliter tamen conſideratur ut δεσπότης, herus; aliter ut κύριος Dominus, qualis eſt non niſi verorum Eccleſiæ membrorum; at herus etiam eſt eorum, quos quocumque modo in Eccleſiam viſibilem adſciſcit. *In magna domo non ſunt tantum vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & teſtacea, & alia quidem ad honorem, alia autem non ad honorem.* 2. Tim. 2:20. Joh. 8:35. Gal. 4:30. 3. Adde, quod empti dicantur illi non pretio, 1. Cor. 6:20. *Empti eſtis pretio.* 1. Pet. 1:19. *Redempti eſtis pretioſo ſanguine Chriſti:* ſed empti tantum, id eſt, ſine pretio; ut operarii & ſervi mercede & externis beneficiis conducti. Vide Matth. 20:1, 2, 3. Deut. 7:8. & 9:26. *Et oravi Dominum & dixi: Domine Deus, ne perdas populum tuum & hereditatem tuam, quam redemiſti per magnitudinem tuam, quam vel cum eduxiſti eam ex Ægypto, per manum fortem.*

XVI. Atque ita cum nullum ex S. Scriptura præſidium cauſæ ſuæ reportent, ad inanes logos & ratiocinationes recurrunt; clamantes Chriſtum pro omnibus eſſe mortuum, quod omnes debeant credere, illum pro ſe eſſe mortuum; ſecundum πολυθρόνητον illud; quod unusquique credere debet, illud eſt verum. Reſp. 1. quod formam, argumentum hoc paralogiſmum eſſe; hoc pacto reſtituendum: quicumque tenentur credere Chriſtum pro ſe mortuum eſſe, ſunt ii, pro quibus Chriſtus mortuus eſt; atqui omnes & ſinguli tenentur credere &c. 2. Reſp. quoad materiam, non omnes & ſingulos hoc debere credere; nam 1. non omnibus & ſingulis Euangelium annunciat. *Quomodo autem credent, quem non audiverunt?* Rom. 10:14. 2. Tum illi, quibus annunciat, credere quidem debent, Jeſum eſſe Filium Dei, recepturum omnes

*An omnes
teneantur
credere,
Chriſtum
pro ſe eſſe
mortuum?*

resipiscetes & ad se confugientes; non tamen continuo pro se esse mortuum, quinimo impœnitentes contrarium credere jubentur. *Ne date sanctum canibus; neque projicite margaritas vestras coram porcis.* Matth. 7:6. & cap. 16: 19. Joh. 20:23. *Non est tibi pars, neque fors in verbo hoc.* Act. 8:21. 2. Cor. 13:5. 3. Patet ex hisce, juberi omnino, ut omnes fide sua in Christum recumbant. *Ut omnis qui credit in eum, non pereat.* Joh. 3: 16. per modum & rationem præcepti. *Ubi igitur gloriatio? exclusa est: per quam legem? operum? non; sed per legem fidei.* Rom. 3: 27. post quæ iusta, jubetur demum fides in Christum tanquam pro nobis mortuum. Vide Rom. 6: 3--8.

XVII. Instant, Deum hoc modo non posse simulationis crimine absolvi, qui tales jubeat credere. Verum non jubet Deus, ut impœnitentes credant, sed ut pœniteant & credant, atque ita vult, generatim nunciari, Christum pro pœnitentibus & fidelibus mortuum esse; ut hisce hæc consolatio serio nec temere proponatur; reliquis vero monstratur via, quam calcare deberent, ut fructus mortis Christi reciperent, idque sine omni simulatione.


XVIII. Extricanda nunc restat quæstio; an non Christus, non quidem quoad efficaciam, sed tamen quoad sufficientiam mortuus sit pro omnibus? Hanc autem ut recte ponamus, discernendum accurate est, inter ea quæ Remonstrantes sentiunt, & quæ à quibusdam ex nostris traduntur.

XIX. Remonstrantes quod attinet, discrimen illi fecerunt inter salutis impetrationem & applicationem: illam dicunt esse factam à Christo, ex consilio Patris, pro omnibus & singulis; hanc relinquunt uniuscujusque arbitrio. Ita olim constituerunt in collatione Hagienfi.

1. Deum morti destinasse filium suum, antequam quemquam destinasset saluti.
2. Redemptionem in sese indeterminatam esse, adeoque mortem Christi pertinere ad omnes.
3. Deum non intendisse eam mortem alicui applicare ad salutem, sed scopum suum obtinuisse mortuo Christo; adeo ut ejus morte non legata sit alicui vita æterna, sed via tantum patefacta Novo Fœderi, in quo per mandata Christi vitam æternam quilibet adipisci potest.
4. Et hæc illis est salutis impetratio, dum per mortem Christi effectum est, ut Deus salva sua justitia, peccatorem salvare possit, seu per fidem, seu per opera; ex quo aliud etiam decretum posterius fabricantur.
5. Inde dicunt Christum tam indeterminato & vago modo morti destinatum, nec pro fidelibus, nec pro infidelibus (utrisque qua talibus) mortuum esse, sed pro omnibus; ex quibus postea quidam fideles,

An Christus sufficienter sit mortuus pro omnibus? secundum Remonstrantes.

*conf. p. 1: c. 30
p. 2: c. 1: 125
et p. 2: c. 17: 17.*
An simulate agatur cum repro bis?



v
r
d
P
ti
ti
en
Et
ab
no
nec
que
fals
us
und
X
nem
eri
divi
tax
ex
tra
qua
pau

fideles, quidam infideles fiunt, ut ea intentione æque pro Pharaone ac Maria sit mortuus. 6. Quicquid autem deinceps fiat in applicatione post præstitam ab homine conditionem requisitam, id, secundum illos, confertur, non sub ratione finis, sed præmii ac mercedis, adeoque potius ad iustitiam, quam ad gratiam & charitatem spectat. 7. Quin etiam ex eorum sententia Christus sibi jus acquisivit infideles perdendi. 8. Quidam tamen eorum docent universum genus humanum, actu non solum reconciliatum esse, modo in eo persistant, sed & universalem applicationem docere videntur, statuentes universalem & sufficientem gratiam omnibus & singulis dari. Quam applicationem alii negant, nolentes Christum intendisse in impetratione applicationem reconciliationis, uti dictum est, sed eam tantum velle post impetrationem completam.

XX. Circa hæc autem notandum est; tum quod supra etiam observavimus, à Christo ita Testamentum factum, absque hæredum institutione, in qua tamen omnis Test. fundamentum & ratio posita est; tum distinctionem hæc impetrationis ab applicatione haustam esse è lacunis Pelagii, quo libero arbitrio litaret; quod tamen discidium res ipsa non patitur. Nam 1. vana est, omnis impetratio sine applicatione, nec una mutuari debet, aut latius extendi, quam altera, in fausto discidio: utramque enim in morte sua intendit Christus, qui mortuus est, ut salvaret electos; ad quod tam impetratio, quam applicatio requirebatur. 2. Tum ab ea excludentur infantes, donec eam re ipsa sibi applicent, vel potius illa non egent, quippe qui & peccato originali careant. Imo nec adultis erit necessaria, cum à peccato actuali cavere sibi possint, & in morte æterna, quæ quidem peccati pœna sit, natura non hæreant. 3. Denique universalis illa reconciliatio seu impetratio, ne unum quidem hominem amplius salvari facit, quam absolutum illud, quod nostris tribuunt, decretum; unde supervacua esse abunde constat.

XXI. Porro causam suam non parum produnt, dum reconciliatio- nem hanc universalem per fidem applicari volunt. Fides enim illa, vel erit modus & via, per quam Deus re ipsa reconcilietur, & tum causa erit divinæ voluntatis, qua nos salvare velit; quod Deo indecorum; vel duntaxat instrumentum erit applicationis; qua ratione Deus, cum fides hæc ex hominis arbitrio suspensa hæreat, incertus plane erit, quis salutis impetratæ futurus sit particeps. Summum igitur hinc nihil aliud conficitur, quam per impetrationem hanc effectum esse, ut Deus peccatorem salvare possit, modo velit; cum qua possibili redemptione homo æternum perire potest.

XXII. Facile hinc existimare datur, quo respectu mors Christi dici possit sufficiens pro omnibus. Ita nempe, ut si intrinsecum illud mortis pretium consideretur, omnino sufficiens sit; hinc tamen non efficitur, Christum pro omnibus sufficienter esse mortuum: quoties enim in Scriptura Christus pro aliquo mortuus dicitur, notatur vera substitutio in locum ejus, pro quo mortuus est. *Hoc judicantes, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 2. Cor. 5:15. hoc autem nullo respectu de Christo respectu omnium dici posse, ante docuimus.


*secundum
Lutheranos.*


XXIII. Huic errori etiam innexi sunt Lutherani, qui, cum eadem distinctione sufficientiæ & efficaciam, Christum ex sua & Patris intentione pro omnibus & singulis mortuum esse volunt; quod difficilius illi tuentur; cum applicationem mortis Christi non suspendant ex viribus liberi arbitrii, sed ex gratia Dei. Ut ita ex illorum hypothese fingi nequeat, quomodo salutis impetratio latius patere possit, quam ejus applicatio.


*secundum
quosdam
Reformatos.*

XXIV. Aliter paulo concipiunt hæc quidam Reformatorum, quamvis omnes etiam non eodem modo. Nam 1. volunt quidam Christum ita sufficienter pro omnibus esse mortuum, & salutem iis impetrasse, ut applicatio tamen illius pendeat à sola Dei gratia. 2. Alii, cum dicunt Christum sufficienter mortuum esse pro omnibus, tantundem volunt significare ac bono & utilitate omnium. Ita ut Christum non velint mortuum loco omnium (hoc enim electorum tantum est) sed bono, eoque non tanto, ut salutem in eo assequantur, sed communiori, quo, vi hujus mortis, reprobi etiam vocentur, illuminentur, sordes & inquinamenta seculi effugiant &c. Hebr. 6:4, 5. unde mors Christi iis manifestatur, cum obligatione eam non negligendi. Verum usui Scripturæ repugnat hæc expositio: nam illa, ubi de morte Christi loquitur, particulam *pro*, eo semper significato accipit, ut notet vice ac loco alicujus, nunquam vero, in alicujus bonum ad hanc vitam pertinens. Phrasis vero illa nunquam enervanda est; cum generalis sit hæc regula, non solum locum habens in particula *ἀντὶ*, verum & in altera *ὑπὲρ*; quæ quidem aliquando latius sumitur, ut Col. 1:24. *Vicissim impleo reliquias afflictionum Christi in carne mea ὑπὲρ pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* cum tamen usurpatur de morte Christi, ex analogia aliorum locorum sumenda est.

XXV. Quam tamen utilitatem illi ex morte Christi pro reprobis accessunt, non negamus quidem talia beneficia communia illis conferri, quamvis ipsi illis abutantur. *Abnegantes herum, qui ipsos emit.* 2. Pet.









2: I. non tamen hæc illis conceduntur à Deo tanquam redemptore, ut illos fervet, at potius, ut in iis demonstret longanimitatem & potentiam suam, & simul duritiam cordis illorum. *Deus volens ostendere & notare facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vasa ira aptata ad interitum.* Rom.9:22. Esai.5:3,7. multo minus respectu talium beneficiorum & illius utilitatis, Christus pro illis & maxime pro reprobis mortuus dici potest. Nec repetenda sunt illa beneficia, ex amore Dei erga tales, qui sit fructus mortis Christi, sed potius ex providentia Dei, qua eos damnare non vult citra demonstrationem bonitatis suæ tam illustri. Ut hoc respectu Christus nequaquam mortuus pro iis dici debeat: adeoque novis hisce loquendi generibus & formulis in Scriptura non usitatis abstinendum potius est. Tantum de morte Christi.

C A P. X X I.

De Sepultura & descensu Christi ad inferos.

I. ltimus exinanitionis Christi gradus, seu complementum ejus, fuit sepultura; non enim decebat Christum gustata morte continuo emergere, sed per aliquantum temporis quasi mortis vinculis irretitus teneri debebat, ut veritas mortis eo magis elucesceret & patesceret justitia Dei. *Cum vero absolvisset omnia, quæ de ipso scripta erant, auferentes à ligno, posuerunt ipsum in sepulcro.* Act. 13: 29. conf. Matth.26:12, Joh.12:7.

Mortem Christi ex- cepit ejus SEPULTURA.

II. Prædicta fuit hæc sepultura. *Et quod*  *est, & quod excita- tus est, tertio die, secundum scripturas.* 1. Cor. 15: 4. præcipue Esai.53:9. *Dedit cum improbis sepulturam ejus & cum divite in mortibus ipsius.* quibus verbis duo dicuntur 1. sepulcrum ipsius futurum fuisse cum improbis, more facinorosorum. 2. Providentiam tamen divinam effecturam, ut non in illis facinorosorum sepulcris, sed in divitis sepulcro sepeliretur; quod & factum. Matth.27:59,60. *Joseph (homo dives, Arimatheaensis, com. 57.) cum accepisset corpus, involvit illud syndone pura, & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra.* Marc. 15:43. Luc.23:50. Joh.19:38.

qua secun- dum præ- dictionem peracta.

III. Ut modum hunc sepulturæ Christi rectius cognoscamus, scienda est sepulcrorum Judaicorum ratio. Erant autem ea, nimirum nobi-

illius mo- dus,

liora, hanc ferme in formam, ut primo aream haberent in medio ad ingressum sepulcri; ab utroque autem latere speluncam, area quatuor cubitis depressiorem, quæ suos iterum habebat loculos, in quibus componebantur cadavera, numero sex octo, interdum etiam tredecim; qualis locus **קבר** appellabatur: unde ratio univèrsa sepulcri Christi intelligi potest, ut & historiæ Euangelicæ Luc. 24: 3, 12. Marc. 16: 5, Joh. 20: 5, 11.

ratio

IV. Speciatim hæc ita fieri voluit divina providentia; 1. ut sepulcrum hoc in petra esset Matth. 27: 60. ne per occultos meatus Christum inde extractum calumniari possent. 2. ut novum esset Luc. 23: 53. *Et posuit illud corpus in monumento, in saxo inciso, ubi nondum ullus erat positus.* Matth. 27: 60. ne objici posset, Christum aliena virtute inde resurrexisse; ut 2. Reg. 13: 20, 21. 3. ut alienum esset, quo Christus pro aliena salute mortuus & sepultus ostenderetur.

& honor
illi in ea
habitus.

V. Præterea ex consuetudine Judæorum, qui variis ritibus fidem suam circa mortuorum resurrectionem testabantur, corpus Christi, puræ syndoni, cum aromatibus, fuit involutum. Matth. 27: 59. Joh. 19: 39, 40. non autem Christi corpus pollinctum etiam fuit, propter temporis brevitate, instante nempe Sabbato. *Et regressæ præpararunt aromata & unguenta, & Sabbato quidem quieverunt secundum præceptum.* Luc. 23: 56.


VI. Factum vero illud confici potest 1. ut declararetur Christi innocentia. 2. ut probrum crucis honesta sepultura jam propulsaretur. 3. ut notaretur vivificum odorem è sepultura Christi emanaturum. 4. Quod autem pollinctura non fuerit adhibita, contigit, ut ostenderetur, Christum, etiam sine illius corruptioni non fore obnoxium. *Non dabis piuntium, ut videat corruptionem.* Psal. 16: 10. tum quoque ne virtuti illius integritas & incorruptio corporis Christi adscriberetur.

Saxum ad-
volutum.

VII. Ingens præterea saxum sepulcro Christi fuit advolutum, Judæorum rogatu. *Abeuntes vero munierunt sepulcrum, obsignato lapide eum custodia.* Matth. 27: 66. quod factum quibusdam videtur secundum Thren. 3: 53. *Manciparunt foveam vitam meam, & conjecerunt lapidem in me.* quo pacto simul à ludibrio custoditum fuit Christi cadaver, & obsignata simul resurrectionis veritas. Atque ita contraria adversariorum studia veritatem & justam causam non solum non lædere, sed promovere debent.

Sepultura

VIII. Sepultura hæc hos in fines instituta fuit. 1. ut Scriptura imple-
retur.



I
f
c
d
T
q
c
rit
p
ca
nat
fu
I
qua
dog
nun
ab A
preh
X
ultra
quod
gri
tales
A
lis
tur
ad
et
ver
dum
MISS. C

retur. Pſal 16: 19. & 22: 16. *In pulverem mortis diſponis me.* Pſal. 88: *Chriſti*
 7. *Reputatus ſum cum deſcendentibus in foveam, extiti, ut vir, ſine viri-* *ſines.*
bus — poſuiſti me in fovea profundiffima, in tenebris, in abyſſis. Eſai. 53:
 9. 2. ut conſtaret certiffimis argumentis, cum vere mortuum eſſe. *Pi-*
latus, advocato centurione, interrogavit eum — & rem cognofcens &c.
 Marc. 15: 42, 43. 3. ut expiationem peccati morte ſua peractam eſſe te-
 ſtaretur & confirmaret; ex typo Deut. 21: 23. *Nam execratio Dei eſt*
ſuſpenſus. quo vetabatur ut cadaver ſuſpenſi in ligno relinqueretur; nam
 cum in hoc ſupplicio per mortem Chriſti abolenda eſſet execratio, non
 debebat, aut ipſum corpus Chriſti, aut ſuſpenſi illius è ligno, in Veteri
 Teſt. ſub execratione illa noctem tranſigere. 4. Ut mortem in ultimo
 quaſi arcis ſuę angulo & aſylo perfequens, illam inde deturbaret, & ſepul-
 cra noſtra ſanctificaret. 5. Ut peccata noſtra ſecum ſepeliret; cuius rei veri-
 tatis & certitudo obſignatur nobis in baptiſmo. *Conſepulti ſumus igitur*
ipſi per baptiſmum in mortem. Rom. 6: 4. Col. 2: 12. 6. ut Sabbatum
 cæterasque legis Moſaicę cęrimonias ſimul etiam ut emeritas & rude do-
 natas tanquam cadaver in ſepulcro componeret; quare & Sabbatiſmum
 ſuum in ſepulcro peregit.

IX. Appendix huic articulo adjecta, luſtranda hic nobis etiam eſt; quæ hiſce verbis concepta; *deſcendit ad inferos*; tum hiſtoricę, tum
 dogmaticę diſquiſitionis eſt. In antecellum tenendum hic eſt, quod
 nunc omittimus, Symbolum Apoſtolicum male ſtatui compoſitum
 ab Apoſtolis; neque ab initio tot quoque articulorum fuit, ac nunc de-
 prenditur.

X. Articulum igitur hunc, qui nobis ſub manibus eſt, quod attinet,
 ultro patet, ab Apoſtolis compoſitum non eſſe; quo maxime facit,
 quod nec in Veteris Eccleſię Symbolis, uſque ad tempora Caroli Ma-
 gni; nec in ipſo hoc Symbolo, quod Apoſtolicum dicitur, apud Ori-
 entales & Romanos etiam compareat. Prima ejus mentio fit in Symbolo
 Athanaſiano, quod tamen Athanaſii non eſt. Ex hiſce igitur probabi-
 lis, nec haud difficilis eſt conjectura: cum in Symbolo Niceno habeantur
 verba, *ſepultus eſt*; in Athanaſiano vero, omiſſis iis, legatur: *deſcendit*
ad inferos; ſequentibus ſeculis ad verba Symboli Niceni: *ſepultus eſt*;
 ex Symbolo Athanaſiano in margine, explicationis gratia, adjecta fuiſſe
 verba; *deſcendit ad inferos*; quæ deinceps ex margine in ipſum Symbo-
 lum recepta, ſimulque eodem tenore recitata fuerint; quod ex variis
 MSS. Codicibus oſtendi poteſt.

Appendix cont. 307
 de DE-
 SCENSU
 Chriſti ad
 INFEROS

quomodo
 ſepultura
 ejus ad-
 jecta?

*Illius varia
interpretatio.*

XI. Hæc ergo cum eorum verborum origo sit, quid auctores per illa intellexerint, cum non fuerint Apostoli, scire non multum refert; laborandum potius est, quis conveniens sensus ex iis erui possit.

XII. Plurimas equidem interpretationes articulus hic est passus. Aliis eum ad descensum duntaxat virtualement, ut vocant, referentibus; aliis ad realem; iique rursus quadruplici sententiarum genere distrahuntur. 1. Quidam volunt, descensum hunc solummodo factum secundum divinitatem. 2. Alii, quoad animam solum: idque vel *metaphorice* sumunt, vel de statu animæ in loco invisibili, vel de acerbissimis ejus doloribus, vel de dormitione, triduo mortis: vel etiam *secundum litteram*: quando volunt, vel animam ascendisse in cœlum, vel descendisse in locum obscurum terræ, sive ille sit limbus Patrum & Purgatorium, sive puerorum & Gehenna simul, sive etiam hæc tantum; varios item fines hujus descensus in hæc loca comminiscens; *intrans* seu involantes, *in ea qua nunquam viderunt*. Col. 2: 18. 3. Intercedunt quidam, volentes descensum hunc factum secundum corpus & animam, idque iterum vel realiter, ut quidam Lutherani; vel ita, ut anima & corpore apud inferos relictis, divinitate sola in cœlum ascenderit, ut olim hæretici *χρυσολύται*. 4. denique alii solum corpori descensum hunc tribuunt, quando nimirum per triduum in sepulcro fuit detentum; vel de statu corporis intelligunt, quando per triduum istud vita naturali caruit; vel simpliciter de sepultura sumunt, ut in his verbis sit propior explicatio priorum; sicut infernus pro sepulcro ita passim venit. Gen. 42: 38. 1. Reg. 2: 6, 9. Psal. 16: 10. 1

*Sensus il-
lius litera-
lis.*

XIII. Sensus ergo horum verborum idoneus statui potest, vel literalis, vel metaphoricus. Literalis notat Christi descensum in sepulcrum, seu triduanam perseverationem status illius sub dominio mortis. *Quem Jesus Deus excitavit, solvens dolores mortis, sicut non erat possibile ipsum ab ea teneri*. Act. 2: 24. conf. y. 27, 31. quod notatur etiam Eph. 4: 9. ubi explicatur per *κατ' ἄνω γῆς*. Confer Matth. 12: 40. *Sic filius hominis erit tres dies & tres noctes in corde terræ*. Vide & Psal. 69: 16.

*metapho-
ricus.*

XIV. Analogice etiam & metaphorice per hæc verba notari possunt cruciatus & dolores Christi, tum in horto, tum in cruce tolerati, per quos improprie in infernum descendit: ita ut externis Christi passionibus in Symbolo subjungantur passiones animæ internæ; conf. 1. Sam. 2: 6. Psal. 18: 6. 116: 3. 88: 16, 17, 18. ut inepte Pontificii, prætextu horum

f
i
p
fa
lo
de
lin
fun
Et
clif
X
in S
not
elt; r
16; y
ponit
si spr
morum
menes
elt; di
carcere
rais; le
s: -
fimen
& A
rime
Vale

horum verborum negent spirituales Christi dolores ab ipso toleratos. Ab altera tamen parte cavendum item ne cum aliis statuamus, Christum post mortem in anima passum esse, quod repugnat verbis Christi: *Consummatum est*. Joh. 19: 30. verum dolores illos tulit in vita, post ultimam cœnam, Matth. 26: 37, 38. *Et incepit Christus affici tristitia & gravissime angis; tunc dixit ipsis, valde tristis est anima mea usque ad mortem*. Luc. 22: 44. & in cruce, Matth. 27: 46. qui etiam improprius in infernum descensus repræsentatus fuit tenebris. Matth. 27: 45. Luc. 23: 44, 45.

XV. Male ergo Pontificii & Lutherani caput hoc Symboli de descensu incrustant & detorquent; cum descensionem hanc Christi in infernum localem faciunt; quamvis non eodem sensu omnes; cum alii præterea hunc descensum pœnalem, alii triumphalem efficiant. Verum falsa horum omnium est hypothesis, ac si effecta illius in variis inferni locis quæ fingunt, peragi à Christo nequiverint, nisi anima ejus re ipsa descenderit; tum quoque concessio licet hoc descensu, non tamen inde limbus vel purgatorium efficietur, sed infernus tantum. Præterea falsum esse quem huic hypothese superstruunt errorem, patet Luc. 23: 43. *Et dixit ipsi Jesus, hodie mecum eris in Paradiso*. ut anima quæ in Paradiso jam erat, simul in inferno esse non potuerit.

detortus à
Pontificiis
& Lutheranis.

XVI. Nec quicquam turbat hanc sententiam, vox *inferni*: illa enim in Scriptura, non locum damnatorum, sed mortuorum, seu sepulcrum notat; quæ sola tum Hebræi nominis לשׂוּעַ , tum Græci $\alpha\delta\eta\varsigma$, notio est; nisi forte uno in loco Luc. 16: 23. nec aliud probatur ex locis Num. 16: 30. 1. Sam. 2: 6. Matth. 11: 23. ubi infernus pro sepulcro etiam ponitur. Frustra quoque objicitur 1. Pet. 3: 19, 20. *In quo Spiritu abiens, iis spiritibus, qui in carcere sunt prædicavit*. & c. 4: 6. *Ad hoc enim etiam mortuis evangelizatum est*. nam licet *carcer* ibi inferos significet; non tamen eo profectus fuit Christus per animam separatam, sed *in Spiritu*, id est, divina inspiratione per Noachum prædicavit spiritibus, qui sunt in carcere; quæ iterum non jungenda sunt, ac si prædicaverit iis jam mortuis; sed à se mutuo separanda; dum scilicet in vivis erant. Act. 2: 27. ubi *anima Christi in inferno fuisse* dicitur, per synecdochen anima sumitur pro cadavere. ut שׁוֹבַע Lev. 21: 1, 11. Num. 19: 11. Luc. 6: 9. Vide & Act. 2: 31. Nihil amplius etiam infert, quod *in corde terra* dicatur fuisse Matth. 12: 40. cum illud tantundem sit, ac infra terram defedisse. Vide Ezech. 28: 2. & Eph. 4: 9. de quo supra visum.

illorum ratiuncula.

LOCUS TRIGESIMUS SEXTUS

DE

EXALTATIONE CHRISTI.

CAP. XXII.

De statu Exaltationis & Resurrectione

CHRISTI.

*Humilia-
tionem
Christi
insecuta
fuit ejus*

I.



EXALTA-
TIO.

*Et quia cum
consecuta sunt*

Æ sunt rerum humanarum vices, ut non nisi post depugnata[m] rite pugnam victoria reportetur, & post depressionem sequatur demum exaltatio. Hæc etiam vices subivit Christus: qui se ad infernum usque abjici passus est, at vicissim etiam in cœlos sublatus; & tanquam herba terræ conculcatus, excrevit demum immensum in modum: unde *ταπεινωσιν humiliationem* & abjectissimum ejus statum mox subsecuta est *ὑψωσις exaltatio*. *Minorem eum fecisti paulisper Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Hebr. 2:7. ex Psalmo 8:6. Esai. 50:8,9. & 53:13. *Ecce, feliciter aget servus meus, efferecur, & extolletur valde.* 1. Petr. 1:11. *Spiritus Christi ante testatus est, passiones in Christum, & post eas, glorias.* Luc. 24:26. *Nonne oportuit Christum hæc pati & ingredi in gloriam suam?* conf. Dan. 9:25,26. Zach. 9:9. 6:13.

*qua descri-
bitur.*

II. Hanc autem ut explicatius teneamus, sciendum est, eam non consistere in abdicatione humanæ naturæ, ut ea quasi rude donata sit; sed tantum formæ fervilis, ejusque commutatione in gloriam cœlestem: quoad humanam igitur naturam recepit illa reapse; quoad divinam egit illa, & gloriam suam æternam tantum manifestavit. Phil. 2:9. Joh. 17:5. *Et nunc glorifica me tu, Pater, apud te gloria quam habui, prius quam mundus esset, apud te.*

*illius gra-
diss.*

III. Sicut autem non statim in extremum illum humiliationis statum devolutus; ita quoque paulatim superas evasit ad auras, & non nisi per gradus quosdam in fastigium gloriæ surrexit. Gradus hi potissimum

tres.

Die Witze in Symbolen.

Rechnung des XI B in Kistab Josef. Aug 1850

tres sunt. Prima est, resurrectio è mortuis. 1. Cor. 15: 45. *Factus est primus homo Adam in animam viventem, ultimus vero Adam in Spiritum vivificantem.* Secunda, ascensio in cœlos. Act. 1: 11. *Sic veniet, quemadmodum vidistis ipsum abeuntem in cœlum.* Tertia, Sessio ad dextram. Phil. 2: 9. Eph. 1: 20. *Eum excitavit ex mortuis & collocavit ad dextram suam in supercœlestibus.* Hebr. 10: 12.

IV. Resurrectio quidem est, qua natura ejus humana, vere ad vitam fuit resuscitata; suo scilicet & improprio modo anima; corpus vero propriè. Partes ejus sunt, tum interna excitatio, facta per refarcitam corporis vivificationem, & animæ cum illo unionem; tum externus è sepulcro exitus in dias luminis auras. Cæterû de hac resurrectione videnda 1. illius veritas. 2. natura & modus. 3. causa efficiens. 4. tempus. 5. rationes & effectus

V. Certitudo ejus maximi, si quicquam, est momenti; nisi enim hoc constiterit, actum est de nobis & Christo. *Si autem Christus non suscitatus est, vanum igitur præconium nostrum, vana autem etiam fides vestra; deprehendimur etiam falsi testes Dei, quia testati sumus de Deo quod excitavit Christum.* 1. Cor. 15: 12, 14, 15. liquido autem illa patet, cum ex Veteri, tum ex Novo Test. Primo loco occurrunt vaticinia. *Quod suscitatus est tertio die, secundum Scripturas.* 1. Cor. 15: 4. qualia sunt Psal. 16: 10. *Non relinques animam meam in inferno; non dabis pium tuum, ut videat corruptionem.* quem locum de Messia solo intelligendum esse docet Petrus Act. 2: 27, 31. Ita & Esai. 55: 3. eodem pertinere, luculentum Pauli testimonium evincit Act. 13: 34. Nec aliter Esai. 53: 10, 11. Psal. 22. & 40. &c.

VI. Vaticiniis secundo loco succedunt typi, Gen. 2: 2. qualis & illustris admodum est *Isaacus*, Gen. 22: 12, 13. Hebr. 11: 18, 19. deinde *Josephus*, Gen. 41: 14. *Jonas*. Jon. 3: 1. *Ezechias*, 2. Reg. 20: 5. *Ecce ego sano te, tertio die adscendes in domum Jehovæ.* quorum primus & duo posteriores ipsum etiam resurrectionis tempus præfigurarunt. Partes hic etiam suas habet *Simson*. Jud. 16: 3. Huc etiam pertinet caro sacrificii eucharistici, quæ ex præscripto legis ante tertium diem comedi debebat. Lev. 7: 16, 17, 18. Huc etiam spectabat *manipulus* ille Lev. 23. qui in Paschate, postridie Sabbati, offerebatur, & agitabatur eo die, quo Christus surrexit.

VII. Omnium vero clarissime tota hæc res conficitur ex historia Novi Test. & serie universa narrationis. Nam primo corpus idem fuit, ut ex novo monumento apparet. Luc. 23: 53. Joh. 19: 41. deinde

quorum
primus est
RESUR-
RECTIO.

Illius 1. ve-
ritas præ-
dicta in
V. T.

vaticinii:

& typis.

confirma-
ta ex histo-
ria N. T.

furto ablatum non est; siue illud factum dicatur à discipulis timidissimis; seu à militibus custodiæ illius admotis; quod etiam somnus eorum evertit; seu ab hostibus, qui cadaver illius ostentassent; ut undequaque cadat hæc suspicio. Contra vero vivum fuisse Christum apertissime liquet 1. ex testimonio Angelorum, qui Angeli fuerunt lucis, quales se suo fulgore satis probabant, atque ideo mentiri non poterant. *Matth. 28: 6. Non est hic, excitatus est, sicut dixit.* Luc. 24: 5, 6. 2. mulierum innocentissimarum, in quas nulla fraudis suspicio cadebat, cum Christum surrexisse ignorarent, quin & dolerent. 3. Petri & Johannis. *Joh. 20: 5--8.* qui sepulcrum videbant inane; & speciatim sepositum cum linteis sudarium; quod securitatem Christi resurgentis testabatur. 4. Thomæ aliorumque infidelitas maximum & gravissimum resurrectioni præbet argumentum. *Joh. 20: 25, 27.* 5. Ante omnia faciunt huc tot apparitiones Christi, eæque variis modis factæ, omnes efficacissime resurrectionem probantes. Apparuit quippe variis personis, vicibus, locis, modis, & diuturno sæpe tempore. Gravissimus etiam & locupletissimus hujus rei testis est universa Ecclesia, quando in memoriam resurrectionis Christi diem Dominicum dedicavit. Nec tenue est argumentum in baptismo gentium, post illam resurrectionem instituto, Judæorum non credentium iudicio &c.

VIII. Maximi ergo momenti est hic articulus, & fidei Christianæ compendium. *Quod si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, & credideris in corde tuo quod Deus eum excitaverit ex mortuis, salvus futurus es.* Rom. 10: 9. Ut præfractus sit Judæorum error, quo in hanc veritatem invictam insurgunt. *Multum argentum dederunt militibus; dicentes: dicite quod discipuli ipsius, nocte venientes, surripuerunt ipsum &c.* *Matth. 28: 12.*


II. *Natura
& perfectio:
quoad
animam*


& corpus;


*quod gloriosum
resurrexissit;*

IX. Considerandam nunc se offert resurrectionis *natura* & perfectio. Per hanc autem animæ dotes eximia accessione fuerunt adauctæ, pro natura scilicet humanæ animæ: summa lux fuit in intellectu, ut perceperit & noverit omnia, quæ scire potuit aut debuit humana natura; summa itidem in voluntate fuit sanctitas, gaudium &c. quæ summa caritate ejusque reciproco sensu cum Deo fuit conjuncta. Corpus vel in sepulcro, corruptioni nequaquam fuerat obnoxium; quod factum tum ob brevem in eo moram, tum præcipue omnipotente vi divinæ ejus naturæ, vivificantis illud & ab omni labe præservantis; resurrexit vero gloriosum, & deposito pulvere, in naturam cœlestium corporum transit.

Phil.







Phil. 3:21. Act. 13:34. Rom. 6:9, 10. 1. Cor. 15:44, 49. Hebr. 2:9, 14. Phil. 2:9. Matth. 26:29. quod & editæ ejus operationes satis demonstrant.

X. Quod hisce obtendant, Christum edisse & bibisse post resurrectionem, frustra est. Non enim illud fuit humanæ indigentia, sed benignitatis profusus divinæ & liberæ œconomia, ad demonstrandam veritatem resurrectionis suæ, ideoque semel tantum factum est, Luc. 24:41. 43. nam sæpius id contigisse ex Luc. 24:30. *Et factum est, cum ipse accumberet cum illis, accepto pane benedixit, & fracto dedit ipsis.* Joh. 21:13. Act. 10:41. cogi non potest. Pariter solvitur, quæ de cicatricibus vulnerum ipsius neçtitur difficultas. Primo enim dubitari non immerito potest, an eas semper habuerit. Joh. 20:24, 25. an vero in illud tempus tantum, pro arbitrato suo & œconomice assumpserit, & deinceps sit assumpturus. *Videbit eum omnis oculus, & qui eum transfixerunt.* Apoc. 1:7. Deinde, si vero eas habuerit, œconomicum nihilominus fuit, nec de glorioso corporis illius statu quicquam demit.

XI. Obscurata tamen & obnubilata fuit hæc gloria quantisper in ter-
ris egit, quo conversari cum discipulis posset: quod docet analogia loci
2. Cor. 3:7. *Si autem ministerium mortis — in gloria factum fuit; adeo ut filii Israël non possent intueri faciem Moysi, propter gloriam faciei ejus, quæ periret; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria?*
Vide Luc. 24:16. Act. 22:11. *Cum vero non viderem præ, vel à gloria lucis illius, manu deductus — veni Damascum.*

XII. Non ergo amplius *secundum carnem cognoscendus est Christus,* salva sem-
post resurrectionem. 2. Cor. 5:16. id est, quoad infirmitatem & sub-
jectionem sub lege. Mansit tamen corpus illud idem numero & substan-
tia; retinuit etiam essentiam & proprietates essentielles corporis; specia-
tim quoad locum & dimensionem. *Sursum laus est in cœlum.* Luc. 24:
51. Matth. 28:6.

XIII. Inepte igitur Pontificii corpus illud intra angustias hostiolæ
cogunt, & sub specie panis contineri volunt, per esse sacramentale, ut
vocant; cum esse illud tantopere ab essentia corporis differat, quanto pe-
re modus & significatio rei sacramentalis ab ipsa re. Nec melius Luthe-
rani dimensionem ab hoc corpore auferunt, per commentum suum de
ubiquitate, seu multipræsentia & replicatione, quæ sine multiplicatione
cogitari nequit. Nec obstat quod à *QAVT* dicatur factus. Luc. 24:31.
quod notat illum ex conspectu eorum subductum esse, sive quod disci-
pulorum oculos perstrinxerit & præpedierit; sive quod celerrime se is

furripuerit : non quod ἀφανής aut invisibilis sit factus , sed quod iis non amplius sit visus. Ita nec clauso sepulcro resurrexit , ut liquet Matth. 28 : 2. Nec *per clausas januas* se penetravit , Joh. 20 : 18. illud enim loquendi genus vel tempus duntaxat significat , vespertinum scilicet , cum *clausa* jam essent *janua* ; non vero modum : sin vero ; non tamen clausæ manserunt ; ut patet ex analogia loci Act. 5 : 19. *Angelus Domini nocte aperuit fores carceris.* & com. 23. *ministri — renuntiaverunt , carcerem invenimus quidem clausum , cum omni certitudine.* conf. c. 12 : 10.

ut & Sociniani.

XIV. Graviter hic errant etiam Sociniani. Qui primo , Christum ante resurrectionem , tempore mortis , esse desiisse volunt , seu in infernum non existentiae detrudunt ; quod ab horrenda blasphemia non abest. Permanfit enim 1. *Anima.* *Hodie tecum eris in Paradiso.* Luc. 23 : 43. & corpus. *Non dabis pium tuum , ut videat corruptionem.* Psal. 16 : 10. 2. Ipse erat *vita.* *Ego sum via & veritas & vita.* Joh. 14 : 6. & 11 : 25. habet *potentiam vite indissolubilis.* Hebr. 7 : 16. 1. Cor. 15 : 45. 3. Ita Christus bis ἐξ ἑκ δυνάτων emerisset , semel in generatione , iterum in resurrectione. Secundo iidem negant , corpus Christi , statim à resurrectione gloriosum esse factum , sed demum post ascensionem : præter quam supra vidimus.

111. *Causa efficiens : qua est Christus , virtute propria*


XV. Succedit nunc resurrectionis *causa efficiens.* Facta quidem illa est virtute Christi propria , Joh. 2 : 19. & 10 : 18. 1. Cor. 15 : 45. Zach. 6 : 12. Joh. 5 : 26. Act. 1 : 3. tribuitur tamen generatim Deo. *Hunc Jesum excitavit Deus , cujus nos omnes sumus testes.* Act. 2 : 32. Patri vero. *Quam , præpollentiam virium , operatus est* (Pater gloriæ. com. 17.) *in Christo , dum eum excitavit ex mortuis.* Eph. 1 : 20. Sp. Sancto. *Spiritus ejus qui Jesum è mortuis excitavit.* Rom. 8 : 10. *Christus quidem mortificatus est carne , vivificatus autem Spiritu.* 1. Pet. 3 : 18. Speciali ratione Patri adscribitur , utpote qui in hoc negotio tanquam iudex spectatur , qui Filium pro peccatis jam mortuum excitando , absolvit à culpa , qua peccatorum nomine tenebatur , & è carcere demisit. *Qui traditus est propter lapsus nostros , & suscitatus propter justificationem nostri.* Rom. 4 : 25. conf. c. 6 : 4. & Hebr. 13 : 20. Cæteroquin virtus hæc & operatio toti Trinitati fuit communis. Ut nulla cum specie Sociniani & Anabaptistæ Filio hoc denegent , quia nempe Patri tribuitur.

speciali ratione Patris.

Ostensa inde divinitas Christi.

XVI. Recte igitur hinc probatur Christi deitas & divina filiatio. Rom. 1 : 4. *θεοδότης* , nempe *Filius Dei ex resurrectione.* Longe aliter ac Sociniani , qui illum inde Filium Dei denominatum fingunt , quo de-

tor-



r
r
c
sp
d
Jo
ip
C
m
fi
et
ter
che
hen
Un
Ma
:::
illo
vesp
gram
XI
simi
quam
typu
madi
Christ
& sine
ro sim
XX
effe
epoc

torquent locum Pſal. 2:7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* coll. Act. 13: 32, 33. & Hebr. 5:5. Col. 1:18. contra locorum iſtorum genium.

XVII. Negligenda circa hoc negotium minime etiam eſt *circumſtantia temporis*. Fuit autem tertius dies. *Et occident ipſum, & tertio die excitabitur.* Matth. 17:23. Luc. 24:21. Joh. 2:19. *Solvite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud.* Act. 10: 40. *Hunc Jeſum excitavit Deus tertio die.* 1. Cor. 15: 4. Tempus hoc Chriſto plane peculiare fuit; cum nec ſub V. nec Novo Teſt. ullus tertio die excitatus legatur. Vide ſpeciatiſſim Joh. 11: 39. *Dixit ipſi Martha, Domine, jam olet, quarti enim diei eſt.* Præfiguratum illud fuit in tribus præcipue viris Iſaaco, Ezechia, Jona; Patriarcha, Rege, Propheta. Diſtinctiſſime verò typum hunc in ſe ipſo exhibuit Jonas. Matth. 12: 40. Reliquos typos ſupra luſtravimus. Conf. Hof. 6: 2. *Vivificabit nos à duobus diebus: die tertio reſuſcitabit nos, & vivemus coram illo.*

IV. *Tempus tertio die.*

quod Chriſto peculiare;

juxta prophetiam.

XVIII. Ad difficultatem quam hic neſcunt de triduo mortis Chriſti, cum ſummum per quadraginta tantum horas mortuus fuerit; facilis eſt reſponſio: triduum illud recte dici poſſe, tam proprie & ex nudo literarum ſenſu; quam ex analogia. Proprie quidem, ut per Synecdochem, ſub tribus hiſce diebus, eorumque partibus, noctes etiam comprehendantur; quod Judæis & S. Scripturæ frequens eſt. Vide Gen. 1: 5. &c. Unde & numerum hunc ipſe Sp. Sanctus ad tertium diem coarctat. Matth. 16: 21. &c. Vide & 1. Sam. 30: 12. & ſeqq. Eſth. 4: 16. & 5: 1. Luc. 2: 21. Analogice vero ſi ſumatur, intelligi triduum illud poteſt, de toto illo tempore humiliationis Chriſti, ab extrema cœna, uſque ad primam veſperam, qua ſe diſcipulis vivum tot monumentis exhibuit; quod integrum adeo eſt triduum.

An triduum illud fuerit integrum?

XIX. Dies quam in ſepulcro exigit, fuit Sabbati; atque hæc ſimilis fuit omnibus mortuis, nunquam enim quifquam illo die excitatus legitur. Conveniebat illud utique etiam, ut ita typum Sabbati ſimul expleret. Dies reſurrectionis fuit primus hebdomadis, qui inde in memoriam reſurrectionis, ab Eccleſia primitiva Chriſtianorum ſacris conventibus dicatus & diſtinctus eſt; quare & læti & ſine geniculationibus diem illum tranſigere debebant. Quomodo vero ſimul impleti ſint typi veteres, alias viſum.

Sabbatum in ſepulchro tranſegit; primo autem hebdomadis die reſurrexit.

XX. Tandem ſequuntur hic denique advertenda reſurrectionis effecta & fructus; tum Chriſti, tum noſtrûm reſpectu. Chriſtum quod ſpectat, reſurgendo declaratus eſt victor mortis & dux vitæ.

v. Effecta & fructus.

Jeſus

Jesus Christus, primogenitus ex mortuis & princeps Regum terra. Apoc. 1:5. *Rursus autem quum introducit primogenitum in orbem habitabilem, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei.* Hebr. 1:6. *regius sacerdos. Dabit ipsi Dominus Deus thronum Davidis, Patris ipsius.* Luc. 1:32. *Unde & salvare ad perfectum potest accedentes per ipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro ipsis.* Hebr. 7:25. Rom. 8:34. Nos quod attinet, per resurrectionem Christi ad nos pervenit testamenti ejus executio, quæ præstari debebat ab ipso Christo vivo. *Qui traditus est propter lapsus nostros, & suscitatus propter justificationem nostri.* Rom. 4:25. Hebr. 9:12. atque ita fructus omnis mortis Christi in nos derivatus est.

XXI. Oritur ergo hinc 1. certitudo justificationis nostræ; cum resurrectione sua absolutus sit Christus ab omni reatu nostri ergo ipsi incumbente. Rom. 4:25. *Quem Jesum Deus excitavit, solvens dolores mortis, sicut non erat possibile, ipsum ab ea teneri.* Act. 2:24. cum & hîc obtineret illud Matth. 5:26. *Amen dico tibi, non exibis inde, donec dederis ultimum quadrantem.* Hinc *baptismus est ἐπιπέσμα bonæ conscientie per resurrectionem Christi.* 1. Pet. 3:21. 2. In hac resurrectione exemplar nobis datum est & arrha nostræ resurrectionis futuræ. *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi moriatur, vivet.* Joh. 11:25. Rom. 8:11. 1. Pet. 1:3. 1. Cor. 15:12. *Si autem Christus predicatur quod ex mortuis excitatus sit, quomodo quidam inter vos dicunt, quod non sit resurrectio mortuorum?* inde Christus dicitur *primitia eorum qui obdormiverunt* 1. Cor. 15:20. cum tota fidelium massa in eo sit sanctificata. 3. Agnoscitur in ea deformatio resurrectionis nostræ spiritualis. *Sicut surrexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vita ambulemus.* Rom. 6:4. & 7:4. *Vos mortificati estis legi, per corpus Christi, ut fieretis alterius, qui ex mortuis surrexit, ut fructum feramus.*

perversi à
Socinianis.

XXII. Plane alienum est, quod hic statuunt Sociniani, Deum per resurrectionem hanc nihil aliud intendisse, quam gloriam suam, respectu sui ipsius; respectu vero nostri confirmationem fidei nostræ, ut credamus hominem mortalem, Deo obedientem, excitari posse. Quod mirari licet, cum carnis resurrectionem negent.

Quia hinc inquit & pergitur
(ad. 016). 34




Apr. Annüeral d'ing et Netz in Symbola.

424. 17. 1722 mit geyht sprichet & Ged vordig day Abraz.

5
fu
fer
7
Pro
qua
ten
dica
tuba
mini
III
conf.
dem po
fang
gratia
dedic
calu
Nov
tia, fe
can
IV
rum
Chri

CAP. XXIII.

De Ascensione Christi.

I.  Alter gradus exaltationis Christi est ejus ascensio, quando triumphali quasi curru ovans in cœlum sublatus est. Act. 1: 11. Eph. 4: 10. *Qui descendit, ipse est & is qui ascendit, supra omnes cœlos, ut impleat omnia.* Cujus tractatio ut ordine fiat, videnda 1. *ascensio* ipsa. 2. *ejus certitudo*. 3. *locus*. 4. *tempus*. 5. *causa*. 6. *finis & fructus*.

Progressus exaltationis Christi est in ASCENSIONE ad cœlos. 1. illius modus.

II. Ipsi Deo interdum ascensio tribuitur *ἀνθρωποπαθῶς*. Gen. 11: 5. & 17: 22. & 19: 21. hic autem proprie sumitur pro translatione substantiæ corporeæ è loco inferiore ad superiorem, seu à corporum inferiorum vicinia in viciniam corporum superiorum. Act. 1: 11. *Hic Jesus qui sublatus est à vobis in cœlum.* &c. Marc. 16: 19. Luc. 24: 51. Proprie ergo convenit naturæ Christi humanæ, divinæ tantum figurate, quatenus nempe in illa manifestavit gloriam suam; & metonymice, quatenus ascensionis fuit causa; unde & de tota persona divina ascensio prædicatur. Psal. 47: 6. *Ascendit Deus cum clangore, Jehovah cum voce tubæ.* & 68: 19. *Ascendisti in cœlum, egisti prædam, accepisti dona in hominibus;* & ex eo Eph. 4: 8, 9.

III. *Certitudo* constat 1. Ex vaticiniis. Psal. 68: 18, 19. & Psal. 110. 11. *Certitudo.* conf. Act. 2: 34. 2. Ex typis. Ita, sicut Pontifex, semel quotannis, & quidem post exordium novi anni, intrabat in Sanctum Sanctorum, non sine sanguine Lev. 16. idem Christo etiam faciendum erat, in initio temporis gratiæ & libertatis, fuso suo sanguine, ut viam in cœlum apertam nobis dedicaret. Hebr. 9: 23, 24. *Neceße ergo figuræ quidem eorum, quæ in cœlis sunt, hisce mundari; ipsa autem cœlestia majoribus hostiis præ ipsis. Non enim in manu facta Sancta introivit Christus, verorum instar habentia, sed in ipsum cœlum, ut nunc appareat faciei Dei pro nobis.* rupto velo carnis suæ. Hebr. 4: 16. & 10: 20. *Quam initiavit nobis viam recentem & vivam, per velamen, id est, carnem suam.*

IV. Eodem spectabat Enochi & Eliæ raptus, Gen. 5. 2. Reg. 2. quorum ille sub promissione, iste sub lege in cœlum translati sunt; sicut Christus sub gratia; in exemplar fidelium omnium ætatum. Miraculum

lum etiam hoc primum omnium fuit à creatione mundi, quemadmodum & ultimum futurum est, in consummatione seculi. Notandæ autem hic sunt differentiæ, inter hanc Christi ascensionem, & aliorum sublationes: illi nempe ascenderunt virtute aliena, Christus propria: illi vivi, Christus post mortem, quam superare & hoc modo triumphare debebat.

V. 3. Indubitate probatur ex testibus, quorum numerus sufficiens, & sanctitas supra omnem calumniam; partim Angeli; partim duodecim Apostoli, Act. 1:9, 10. 1. Cor. 9:1. *Nonne sum Apostolus? an non liber? an non Jesum Christum Dominum nostrum vidi?*

an socios in
en habue-
rit?

VI. Turbas hic excitant Pontificii, Christo socios in ascensione assignando; alii Patres è limbo liberatos; ex Psal. 68:19. cum potius cogitari debeat Christus, pro more triumphantium, Diabolum cum morte, peccato & inferno, revinctis manibus in captivitatem post se traxisse. Alii ergo malunt adjunctos illi fuisse sanctos illos, qui in morte Christi resurrexerant, Matth. 27:53. sed exigua itidem probabilitate.


III. Locus
quem reli-
quit.

VII. Locus in ascensione duplex considerari potest; vel unde solverit quasi; vel ubi appulerit. Prior Act. 1:12. dicitur *mons Oliveti*. Luc. 24:50. vero, *Bethania*. Confer Act. 1:12. & Joh. 11:18. Quod ita in concordiam redigi posse videtur; ut ascenderit Christus ex monte Oliveti, eo nempe loco, quo ab urbe distabat per octo stadia (quantum est iter Sabbati Act. 1:12.) qui ejus tractus jam inde denominabatur *Bethania*, à palmis ibi confitis, usque ad 15 stadia. Joh. 11:18. sicut primus ejus tractus urbi vicinus appellabatur *Bethphage*, à grossis: cum generale & commune nomen horum tractuum fuerit mons Oliveti; ad quod nomen respicitur Act. 1:12. Quæ vero de vestigiis Christi, monti huic impressis scripserunt veteres, fide sua carent.

quem occu-
pavit.

VIII. Locus quo ascendit, est cælum. *Ascendisti in altum*. Psal. 68:19. *Hic Jesus, qui a vobis sublatus est in cælum* &c. Act. 1:11. Marc. 16:19. 1. Petr. 3:22. *Qui est in dextra Patris, cum abiisset in cælum*. Eph. 4:10. five cælum summum. *Jesus Pontifex maximus pertransiit cælos*. Hebr. 4:14. & cap. 7:26. *Altior cælis factus*. Eph. 4:10. *Qui descendit, ipse est, qui ascendit supra omnes cælos, ut impleat omnia*. Pervertunt hæc Lutherani ubiquitarii, errorem novo errore tecturi, ne pateat; cælum etiam ubiquitarium fingentes; atque ita non loci, sed status tantum mutationem factam esse: contra ac est Joh. 6:62. *Si igitur conspiciatis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius*. & c. 14:2. *Proficiscor, ut parem vobis locum*. Phil. 3:20. *Nostra autem civitas in cælo est, unde & Sal-*

vato-



vatores expectamus Dominum Jesum Christum. Eph. 4: 10. 1. Thess. 4: 16. Hebr. 12: 23.

IX. *Tempus* ascensionis, fuit quadragesimus à resurrectione dies. *iv. Tempus* Act. 1: 3. qui numerus frequenter in S. Scriptura observatur, tum in *pus*. Mose, Elia, aliisque, tum speciatim in Christo, secundum varios ipsius excellentiæ gradus. Luc. 2: 22. Matth. 4: 2. Act. 1: 3. *Quibus & stitit se ipsum vivum, postquam passus ipse esset, per multa signa, per quadraginta dies visus ipsis, & differens ea quæ sunt regni Dei.* Per quadraginta vero istos dies conversatus est cum hominibus, & loquutus cum discipulis de rebus regnum Dei spectantibus. Act. 1: 3. quando *invigilans visit* amicos suos, *ut irrigaret animam lipientem, & omnem animam agrum impleret; & somnus suus fuit suavis ipsi.* Jer. 31: 25, 26. Quod Christo proprium & peculiare fuit ex omnibus iis qui è mortuis excitati sunt. *v. Causa.*

X. *Causa* fuit quidem Pater illum assumens, Act. 1: 11. 1. Tim. 3: 16. ita tamen, ut divina sua potentia, qua se excitaverat, Joh. 10: 18. simul ascenderit, Luc. 24: 51. Joh. 20: 17. & 3: 13. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui ex cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo. & 14: 2. Profuscor, ut parem vobis locum.* conf. Joh. 8: 23. & 3: 31. *Qui de sursum venit, supra omnes est.* Eph. 4: 9. Hebr. 2: 10. Quo conferebat corporis glorificati ratio, quod spiritui subjectū, eadem facilitate sursum ac deorsū moveri poterat.

XI. Occurramus nunc erroribus, qui veritati huic officias obdu- *Avτίθεσις* cunt. Quibus se intricarunt homines, ad carnales suas cogitationes *errorum,* omnia metientes; quorum *πρωτων ψευδ* est, Christum in S. Cæna corporaliter esse præsentem; quod ut tuerentur, pervertenda quoque fuit ejus ascensio. Ante omnes Lutherani hic toto cælo aberrant, distin- *I Pontif* guentes inter ascensionem Christi visibilem & invisibilem; illam semel, *ficiorum &* hanc variis vicibus factam esse volunt. Quos varios ascensionis invisibi- *Luthera-* lis gradus, secutam fuisse visibilem seu ultimam & dispensatoriam sta- *norum.* tuunt, quam in disparitione & glorificatione corporis ejus collocant. Quamvis in hisce omnibus non omnes consentiant.

XII. At 1. vanum est illud ascensionis discidium in visibilem & invisibilem; cum Scriptura unam tantum agnoscat. *Per propriam sanguinem intravit semel in sancta, æterna redemptione inventa.* Hebr. 9: 12. Act. 1: 9. Joh. 20: 17. *Ascendo ad Patrem meum.* 2. Ascensio non consistit in sola glorificatione corporis. Aliud enim est *ascendere*, aliud *glorificari.* Matth. 17: 2. *Et transformatus est coram ipsis, & splenduit facies ejus, solis instar.* 3. Neque etiam modo loquendi satisfit, cum di-

citur disparuisse; quod magis etiam ab ascensione distat, quam glorificari. Vide Marc. 16: 19. *Dominus igitur postquam locutus esset cum ipsis, sublatuſ est in cœlum.* Luc. 24: 51. Act. 2. 34. secus enim sapius jam ascendisset. *Ipsorum autem oculi aperti sunt, & cognoverunt ipsum & ipse disparuit ab illis.* Luc. 24: 31.

illum secundum carnem in terris non esse.

XIII. Liqueſt igitur hinc, Christum non amplius in terris degere, nempe secundum naturam humanam. Matth. 26: 11. & 28: 6. Joh. 16: 28. *Rurſus relinquo mundum, & proficiſcor ad Patrem.* 2. Cor. 5: 16. *Si autem etiam Christum novimus secundum carnem, sed nunc non amplius cognoscimus.* quamvis quoad personam suam & spirituaſem effiſcientiam, quæ ex humana natura etiam originem trahit, ubique ſit ſemper. *Ecce ego vobiscum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi.* Matth. 28: 20. cæteroquin in cœlos Christum ſe contuliſſe, relictis terris docetur Act. 3: 21. *Ὁὐ δὲ ἔρχοντὶ ἐξ ἁδου. Quem oportet, ut cœli capiant, uſque ad tempora reſtitutionis omnium.*


nec omnibus aut multis locis præſentem.


XIV. Ruit ergo Pontificiorum *πολυτοπία*, & Lutheranorum quorundam *παντοπία* naturæ humanæ Christi. Repugnant quippe illæ 1. Aſcenſioni Christi, Act. 1: 9. Col. 3: 1. *Ea quæ ſurſum ſunt, quarite, ſibi Chriſtus eſt, ad dextram Dei ſedens.* Hebr. 8: 4. 2. Plerisque Symboli capitibus. 3. Ipius Christi prædictioni. *Quando igitur dicant vobis, ecce in deſerto eſt, ne exite; ecce in ciboriis, ne credite.* Matth. 24: 26, 27. Joh. 6: 61, 62. 4. Inſtitutioni S. Cœnæ. 1. Cor. 11: 25, 26. 5. Naturæ corporis, cui ſi locorum ſpatia & diſenſiones demas, ipſum corpus tolli neceſſe eſt.

XV. Putide contra hanc rem argutantur adverſarii, Christum, ut iter hoc conficeret, plus quam quingentorum annorum intervallo opus habuiſſe. Qua in re quotidianus naturæ uſus, ut divinam Christi potentiam prætermittamus, eos arguere poteſt: parilem enim motus velocitatem in motu planetarum & materiæ ſubtilis animadvertimus; qualem agile illud corpus Christi etiam recipere potuit. Nec majoris ſunt ponderis, quæ obtundunt ex eo, quod Chriſtus poſtea in terris ſit viſus. Primum Stephano, Act. 7: 55, 56. Verum apparuit ipſi non in terra, ſed in cœlo conſpiciendus; tum omnino ſit vero ſimile, viſionem hanc fuiſſe ecſtaticam; quo facit, ut alia mittamus, quod dicitur, *Impletus Sp. ſancto.* Secundum, viſum voluit Chriſtum eſſe Paulo, Act. 9: 4, 17. 22: 6. & 26: 19. At primitus non viſus eſt Paulo Jeſus, ſed auditus duntaxat. Act. 9: 3, 4, 17. & 22: 9. Deinceps conſpectus quidem à Paulo eſt Chriſtus, ſed mota

men-







mente & visione interna. Act. 18:9. *Dixit autem Dominus per visionem noctu Paulo: ne time, sed loquere, & ne sile.* 22:17, 18. & 23:11. & 26:13. 1. Cor. 9:1. *An non Jesum Christum Dominum nostrum vidi?* Postea Johanni etiam conspicendum se præbuisse dicunt Christum Apoc. 1:10, 12, 13. *Quam visionem emblematicam esse, locus ipse vel prima fronte docere potest.*

XVI. Veritatem hujus rei etiam Sociniani intervertunt. Quando non solum plures una Christo tribuunt ascensiones, de quo supra actum: verum etiam, quamvis corpus Christi in ascensione demum glorificatum fuisse velint, carne & sanguine absorptis quasi, & in spiritum mutatis; aliud tamen corpus in cælum ab eo illatum volunt, gloriosum nempe, & ejusmodi quidem, ut corpus & ossa non habeat. Quæ si vera sunt 1. Christus glorificatus constabit ex duobus spiritibus. 2. Ne quidem ascensione prima, quam vult Socinus, Christus corpore suo in cælum potuerit ascendere. 3. Et nos in cælo corpus habere nequibimus. *Cum oporteat nos omnes manifestari coram tribunali Christi, ut quisque ferat, quæ per corpus fecerit.* 2. Cor. 5:10. Contra vero 1. corpus carneum & osseum ipsi post resurrectionem adscribitur. Luc. 24:39. *Videte manus meas & pedes meos: contrectate me & videte: nam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me conspiciatis habere.* conf. Act. 1:11. 2. Et talis apparebit in futuro judicio. *Et intuebuntur me cum eo, quem transfoderunt.* Zach. 12:10. Apoc. 1:7. 3. Caro ejus corruptionem non sentiit, aut ei unquam fuit obnoxia. Psal. 16:10. *Non dabis pium tuum, ut videat corruptionem.* Act. 2:31. 4. Non citra blasphemiam, cælum carni Christi inaccessum putant, perperam intellecto loco 1. Cor. 15:50. *Caro & sanguis non possunt regnum Dei hereditare.*

XVII. Alieni ab hisce etiam non sunt Anabaptistæ, fatentes quidem Christum corpore suo surrexisse; at vero quali corpore, aut quo modo nunc dextram Patris claudat, ignorare se profitentes; quin volunt eum in cælo abdicasse naturam & proprietates corporis: sed contrarium jam evictum est. conf. Act. 1:9. *Et hæc dicens, ipsis videntibus, sublatus est.*

XVIII. Sequuntur denique ascensionis *Finis & Effectus*. Necessaria siquidem illa fuit, tum Christi ergo: *Primus homo ex terra pulvereus erat; secundus homo, Dominus ex cælo.* 1. Cor. 15:47. Hebr. 9:6. & 12:24. tum præcipue nostri causa. 1. Ut cælum nobis referaret. *Nondum manifesta erat facta via; adhuc priore tabernaculo habente statum.* Hebr. 9:8. 2. Ut pro nobis intercederet. Rom. 8:34. *Quis est, qui*

qui condemnat? Christus est is — qui etiam interpellat pro nobis. 3. Ut nostro nomine cœlum occuparet. *Et conresuscitavit & collocavit in cœlestibus in Christo Jesu.* Eph. 2:6. & locum nobis illic pararet. Joh. 14:2. 4. Ut Spiritum suum in nos effunderet. *Si vero proficiscar, mittam eum paracletum ad vos.* Joh. 16:7. cuius virtute cœlestia quæreremus. *Ea quæ sursum sunt, quarite, ubi Christus est, ad dextram Dei sedens.* Col. 3:1--3. *Nostra autem civitas in cœlo est, unde & Salvatorem expectamus, Dominum Jesum Christum.* Phil. 3:20. 5. Ut τεκμηρίον & certissimum nostræ ascensionis argumentum in promptu haberemus. *Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi sum ego, ibi & minister meus erit.* Joh. 12:26. *Assumam vos ad me, ut ubi ego sum, ibi & vos sitis.* Joh. 14:3. Phil. 3:20, 21.

quos ever-
tunt Soci-
niani.

XIX. Pessime vero Sociniani adulterinas & fictas hæc ascensionis causas ponunt. 1. Ut per eam divino modo immortalis fieret, h.e. mori amplius nequiret. Cum videlicet idem corpus ante ascensionem Christo non fuerit, cum eo quod nunc habet, hoc per ascensionem ipsi acquirendum fuisse, supponunt. 2. Ut salutem nobis procuraret & præstaret. Qualem nempe in procuranda salute Salvatorem illum pro arbitratu suo fingunt. De quibus tum proxime, tum alio loco egimus.

C A P. X X I V.

De Sessione Christi ad dextram Patris.

Supremus I.
gradus glo-
ria Christi
est Sessio
illius ad
DEX-
TRAM
Patris.



Ualis olim Regum in Oriente erat consuetudo, ut quos vellent insigni honore maectatos, & in secundum ab ipsis locum eveetos, ad dextram suam collocarent; eodem etiam modo Spiritus sanctus exaltationem Christi describit, iisdemque utitur loquendi generibus: ita enarraturus supremum illum gradum gloriæ Christi, in quem eveetus est, dicit eum *ad dextram Dei sedisse.* Quæ prærogativa soli Christo peculiaris est & propria. *Consedit ad dextram magnitudinis in altis.* Hebr. 1:3. *Eum excitavit ex mortuis, & collocavit ad dextram suam in supercœlestibus.* Eph. 1:20.

II. Prædicta fuit hæc gloria. *Dixit Jehovah Domino meo, sede ad dextram meam.* Psal. 110:1. Confer Matth. 22:42, 43. non enim illud Davidi, vel ulli alii convenire potest.

III. Dex-

~~for Angelika~~ with in Synch.

a
a
q
u
fr
li
ra
no
ge
den
me
I
am
V
ca
tum
nom
Phil
a
huc
me
bor
rum
huc
VI
fed
gub
dime
Phil

III. *Dextra Dei* interdum potentiam Dei notat. *Juravit Jehovab Quid dex-*
per dextram suam, & per brachium roboris suum. Esai. 62: 8. *Dextra* *ira Dei &*
Dei exaltatus & promissione Sp. Sancti a Patre accepta, effudit hoc, quod *sedere ad*
nunc videtis & auditis. Act. 2: 33. Hic vero nobis paulo propius con- *eam?*
 sideranda est phrasis, *sedere ad dextram*; quæ desumpta à more Re-
 gum Orientalium, qui proximos à se ad dextram collocare solebant.
 1. Reg. 2: 19. Matth. 20: 21. Psal. 45: 10. *Stat Augusta ad dextram tuam*
in auro Ophirino. 3. Esdr. 4: 29. Notatur ergo hoc loquendi genere honos
 à regio secundus, quin etiam quandoque pro re nata æqualis. *Qui*
quum esset in forma Dei, non raptum duxit esse instar Dei. Phil. 2: 6.
 ubi Christus dicitur ἴσα θεῷ ἐναι, paria cum Deo facere. Ut perversif-
 sime Sociniani, ab una parte Christum hic honoratori loco positum ve-
 lint, quam ipse Pater; (quibus & assentitur Maldonatus Jesuita) ab alte-
 ra parte nihilominus dignitatem hanc precario ipsi collatam, & honorem
 non nisi à Patre secundum ipsi obtingere.

IV. Sessio hæc non externo & corporeo modo fingenda est, sed fi- *Per quod*
 gurate, ad honoris hujus stabilitatem significandam. *Vidi Dominum se-* *notatur su-*
dentem in throno cælo & elato. Esai. 6: 1. *Qui fecisti judicium & jus* *prema*
meum, confedisti in solium judex justus. Psal. 9: 5. 2. Theff. 2: 4. Apoc. *gloria*
 17: ~~1~~ galibi etiam *stare ad dextram* dicitur Christus. Act. 7: 55. &
ambulare. Apoc. 1: 13.

V. Sessio igitur hæc supremam gloriam & honorem denotat. *Collo-*
cavit eum ad dextram suam in supercælestibus, supra omnem principa-
rum, & potestatem, & potentiam, & dominationem, & omne nomen quod
nominatur non tantum in seculo hoc, sed etiam in futuro. Eph. 1: 20, 21.
 Phil. 3: 9--11. Hebr. 1: 3. *Confedit ad dextram magnitudinis in altis.* &
 2: 7, 8. & 8: 1. 1. Pet. 3: 22. Hebr. 12: 2. Luc. 22: 69. Matth. 26: 64.
 huic gloriæ juncta simul est potestas & imperium. *Sede ad dextram & potestas,*
meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; virgam ro- *seu re-*
boris tuam mittet Jehovab è Zione; dominare in medio inimicorum tuo- *gnum.*
rum. Psal. 110: 1, 2. 1. Cor. 15: 25. ut universa regia potestas sessioni
 huic includatur.

VI. De regno illo Christi ita habendum est; non esse illud naturale, *Quod re-*
 sed œconomicum; in quo tanquam caput & mediator Ecclesiæ eam *gnum œco-*
 gubernat, & assertam potenti manu tuetur, omniaque in bonum ejus *nomicum*
 dirigit. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Matth. 28: 18. *est in Ec-*
 Phil. 2: 7, 8, 9. quæ potestas non est proprietatis Dei essentialis, sed œco- *clesiasm.*
 nomi-

nomica, quæ finem habitura est in consummatione seculi, quando externa ejus administratione defunctus regnum illud Patri tradet. *Deinde finis, quando tradet regnum Deo & Patri.* 1. Cor. 15: 24. & com. 28. *Et ipse filius subjicietur ei.* ut scilicet regni illius functione œconomica abdicata, immediate regnet, & simul cum Patre omnia sit in omnibus.

Vide lib. I. cap. xxxiii. §. xvi.

*Illius varii
actus.*

VII. Primus actus hujus regni, unde illud auspicatus est, fuit effusio Sp. Sancti in Apostolos & Ecclesiam. Act. 2: 33, 36. Quod factum est in templo, seu cœnaculis & conclavibus ejus: de quibus vide 1. Paral. 28:


2. *Et dedit formam omnium, quod erat per Spiritum apud ipsum, de atrii domus Jehovæ, & de omnibus conclavibus circumquaque.* Jer. 36: 10. Illos autem in iis egisse, patet ex Luc. 24: 53. *Et erant semper in templo* &c. conf. Act. 1: 13. *Ascenderunt in superiorem domus partem:* juxta illud Psal. 2: 6. *Et ego unxi regem meum, in Zionem montem sanctum meum.* coll. Act. 2: 1, 2. &c. Effusionem hanc Sp. sancti consecuta est concessio ministeriorum ad Ecclesiæ ædificationem necessariorum. *Ipsè dedit alios quidem Apostolos, alios autem Evangelistas, alio vero pastores & doctores* — ad ædificationem corporis Christi. Eph. 4: 10--13. Ad regiam hanc dignitatem pertinet quoque inter alia, judicium vivorum & mortuorum; regium enim illud est, & peculiariter etiam Christo soli competit.

æternitas.

VIII. Cæterum regnum hoc æternum est. *Venit principatus in humerum ipsius* — ad amplificationem principatus, & pacem sine fine, super throno Davidis, & super regno ipsius. Esai. 9: 5, 6. 2. Sam. 7: 13. Psal. 45: 7. *Solium tuum, ô Deus, in seculum & perpetuum.* Confer Hebr. 1: 8. Luc. 1: 33. quod enim illud Patri traditurus dicatur, 1. Cor. 15: 24, 28. non probat, illum regno movendum, sed adducturum solummodo Ecclesiam ad Deum, ut illam, & se in illa, Deo sistat consummandam. Vide superius l. v. c. xv. §. xx.

*Dignitas
illa regia
in reliqua
ipsius mu-
nera quo-
que deri-
vatur.*

IX. Dignitas illa regia derivatur etiam in reliqua ejus munera: ita regiam nunc exercet prophetiam, regium item sacerdotium. *Prophetiam,* dum Spiritum in omnem carnem effundit, & ministris suis succurrit. Matth. 28: 18-20. Marc. 16: 20. *Ipsi vero egressi prædicarunt ubique: Domino cooperante & verbum confirmante per signa subsequencia.* *Sacerdotium,* dum non humiliter, sed gloriose, & convenienter regię majestati, causam nostram in cœlo agit. *Tu es sacerdos in seculum, secundum ordinem Melchizedeci.* Psal. 110: 4. Zach. 6: 13. Hebr. 7: 25. *Unde & salvare*
ad



i
c
n
a
d
g
s
u
D
ph
t
N
err
tra
nunc
ipfo
illum
infop
cl
num
confe
tona
lon
con
f
XIII

ad perfectum potest accedentes per ipsum, semper vivens ad interpellandum pro nobis. & 9: 24. & 10: 12, 13. Rom. 8: 34.

X. Adscribenda est hæc gloria toti simul personæ mediatoris & quoad utramque naturam, pro ratione utriusque: humanæ scilicet, proprie & reapse data est. Matth. 28: 18. Phil. 2: 9. *Deus ipsum superexaltavit & in gratia donavit ei nomen, quod supra omne nomen est.* Hebr. 2: 9. divinæ convenit quoad usum & *Φανέγωσι* potentix & gloriæ suæ æternæ. Joh. 17: 5. *Et nunc glorifica me, tu Pater, apud te, gloria quam habui prius quam mundus esset, apud te.* Ut infinita & absolute summa gloria personæ Christi conveniat: humanitati vero summa quidem competat, sed non nisi comparate ad creaturas, quibus omnibus major est. *Collocavit eum ad dextram suam in supercœlestibus, supra omnem principatum* &c. Eph. 1: 20. Joh. 5: 27. Liqueat ex hisce quemadmodum in uno Christo concurrant omnes omnino prærogativæ & privilegia, tam dignitatum, quam aliarum rerum miraculosarum, quæque singularim ulli unquam homini obtigerunt, eas in summo quoque fastigio unus tulit Christus; & quod nulli unquam datum est, solus ad dextram Dei sedet.

Competit illi toti personæ Christi, pro ratione naturarum.

XI. Testes etiam laudatissimos gloriæ hujus fecit sibi Christus, Stephanum & Paulum; illum martyrum primum, hunc Apostolorum ultimum. Act. 7: 55, 56. 1. Cor. 9: 1. & 15: 8.

Testes illius.

XII. Pellucet facile, ad hanc veritatem compositi, adversariorum errores. Ita 1. perversa est Socinianorum glossa, quando *sedere ad dextram* tantundem volunt notare, ac gerere vices Dei; ut scilicet Pater nunc non regnet, sed filius, qui propterea aliquomodo honoratior sit ipso Deo. Quod tamen ipsi subruunt, negantes Christum esse æternum illum Deum, imo potestatem hanc statuentes causam adorationis ejus; insuper Christum ideo facientes Dei vicarium, quod gubernet Dei Ecclesiam, eamque non suam, sed Patris. Ut potestas hæc non sit dominium, sed tantum potestas volendi quod communis Dominus vult, seu consensus cum eo. Cum quibus quo pacto constare poterit, quod profitentur, Christum absolute & independentem potestatem hanc exercere? longum abit ab hisce Apostoli sententia, qui cum Christum hæredem omnium dicit, divinitatem ejus manifeste supponit, per quem scil. Deus *secula fecerit.* Hebr. 1: 2.

Adversariorum errores. 1. Socinianorum.

XIII. 2. Lutherani interdum quidem *sedere ad dextram* bene interpretantur per τὸ βασιλεύειν. *Oportet enim ipsum regnare, usque dum*

11. Lutheranicorum.

T

posue-

posuerit omnes inimicos sub pedibus suis. 1. Cor. 15: 25. Plerumque tamen per eam intelligunt communicationem omnipræsentiae & ubiquitatis factam naturæ humanæ. Verum ita 1. natura humana non erit omnipræfens vi unionis. 2. Diversum omnino est, gloriosum esse & omnipræfens; huc enim tantum abest, ut quid conferat omnipræsentia, ut gloriam humanæ naturæ tollat potius. 3. Omnipræsentia naturæ humanæ ad regnum Christi necessaria modo non est, sed & nulli cuiquam bono. Eph. 1: 20. Hebr. 1: 3. *Consedit ad dextram magnitudinis in altis.* & cap. 8: 1. Act. 7: 56. *Vidit Stephanus gloriam Dei, & Jesum stantem à dextris Dei.* Joh. 17: 24. Matth. 26: 11. *Semper enim pauperes habetis vobiscum, me vero non semper habetis.* Joh. 16: 28.


XIV. Inepte equidem hic obijciunt *dextram Dei* ubique esse, ergo & id quod *ad dextram Dei sedet.* Qua in re peccant tum in formam syllogismi, adhibentes quatuor terminos; nam omnino differunt *dextra Dei*, & *sedere ad dextram Dei*: tum in rem ipsam; sedet enim ad dextram Dei secundum naturam humanam Christus, non quatenus dextra illa ubique est, sed quatenus maxime gloriosa in cælo est. Eph. 1: 20. Hebr. 1: 3. & 8: 1. Adde quod eadem etiam opera naturam Christi humanam æternam esse probari posset, cum dextra Dei æterna sit.

XV. At pergunt errare Lutherani, cum sessionem hanc humanæ tantum Christi naturæ convenire arbitrantur: contra quam est Psal. 110: 5. *Dixit Deus Domino meo; sede ad dextram meam*: ubi natura divina satis clare & aperte includitur. Et frustra reponunt; divinam naturam esse ipsam Dei dextram; atque ita secundum eam Christum non posse dici, *ad dextram Dei sedere*: ad quæ iterum regerimus; aliud notare *dextram Dei*; aliud, *sessionem ad dextram.*

XVI. Hisce erroribus mantissam adjiciunt illi inter eosdem, qui Christum secundum naturam humanam, ab utero matris, ad dextram Dei sedisse volunt; quod præter Scripturam non solum est, sed & contra eam, quando satis liquido docet, non nisi post exaltationem demum ad dextram Dei collocatum esse Christum. *Dominus igitur postquam cum illis locutus esset, sublatuſ est in cælum, & consedit à dextris Dei.* Marc. 16: 19. Luc. 24: 26. Hebr. 1: 3. Apoc. 3: 21. *Qui vincit, dabo ei sedere mecum in throno meo, quemadmodum & ego vici, & consedi cum Patre meo in throno ipsius.*

*Fruſtus
hujus sessionis
bis.*

XVII. Fructus hujus sessionis potissimum hi sunt. 1. Intercessio Christi pro nobis. *Quis est, qui condemnet? Christus is est, qui mortuus est;*





I. N.
tius et
harum
fofili
propri
omnib
II. A.
dum, a
In fac
querer
h. 27. a.
cu. p. 20.
In fac
quom

est; imo qui & suscitatus est; qui etiam est ad dextram Dei; qui etiam interpellat pro nobis. Rom. 8: 34. 2. Defensio Ecclesiæ militantis. Tu es Petrus, & in hac petra edificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non prevalebunt eam. Matth. 16: 18. 3. Communio gloriæ cum Christo, servata capitis & membrorum proportione. Nos convivificavit cum Christo, & conresuscitavit & collocavit in cælestibus &c. Eph. 2: 5, 6. Apoc. 3: 21.

~~LOCUS TRIGESIMUS SEPTIMUS~~

D E

Iis quæ Exaltationem Christi consecuta

S U N T.

C A P. X X V.

De Evangelio.

I. **S**ublato in cælum Christo, non vasta & vidua relicta est terra, sed continuo Spiritus ejus replevit omnia; nec omnis abiit Christus, sed potius per terras undequaque in prædicatione Evangelii se ipsum exhibuit; & quo altius ascendit in cælum, eo illustrior in terris apparuit per annuntiationem harum rerum toto orbe factam, inceptam primo felicibus auspiciis, effuso scilicet in Apostolos Spiritu sancto, die Pentecostes Act 2. & deinceps propriis suis temporibus. *Qui dedit se ipsum redemptionis pretium pro omnibus, testimonium temporibus suis.* 1. Tim. 2: 6.

Exaltationem Christi
sequi insecuta
fuit ejus
annuntiatio per
EUANGELIUM.

II. *Evangelium* Græcis notat vel lætum nuntium; vel munus dandum, læta nuntiandi, vel supplicationes & sacrificia pro re feliciter gesta. In facris mutuata est hæc vox à Græcis LXX. interpretibus, qui illa frequenter utuntur. *Quam decori sunt in montibus pedes* מְבַשֵּׂר (LXX ευαγγελιζομενης) *nuntiantis Evangelium, qui facit audiri pacem; qui nuntiat bonum?* Esai. 52: 7. Venit autem apud S. Scriptores in significatione prima & propria pro læto nuntio, speciatim de Messia; quamvis aliqua cum varietate, modo notet historiam Christi, Marc. 1: 1.

Illius significationis,

Principium Evangelii J. Christi filii Dei. modo promulgationem gratiæ Christi. Abeuntes in totum mundum, predicare Evangelium omni creaturae. Marc. 16: 15. 1. Cor. 9: 14. & 15: 1. 2. Cor. 8: 18. modo doctrinam ipsam, prædicatione illa comprehensam. Spiritus Domini Jehovæ super me est: quia unxit Jehovah me, ad Evangelium nuntiandum mansuetis. Esai. 61: 1. Luc. 4: 10. Gal. 1: 15, 16. Indolem suam produnt Judæi, quando impie vocem Evangelii detorquent in revelationem iniquitatis. Blaspheme item monachi, prædicatores & Minoritæ, Anno 1250. aliud Evangelium sibi & mundo cuderunt, æternum ipsis dictum; ex abusu loci Apoc. 14: 6. Et vidi alium Angelum volantem in medio cæli, qui habebat Evangelium æternum.

Initium,

III. Evangelium hoc non demum cum incunabulis Christi incepit, ut mallet Socinus, sed ab ipso mundi exordio jam promulgatum fuit. Gen. 3: 15. Rom. 1: 2. & 10: 15, 16. Etenim nobis bonus nunciatus est, quemadmodum & illis. Hebr. 4: 2. Ad hoc enim & iis qui mortui sunt Evangelizatum est; ut judicentur quidem secundum homines carne, vivant autem secundum Deum spiritu. 1. Pet. 4: 6. quamvis tunc proprie ἐπαγγελία fuerit. Et nos vobis Evangelizamus promissionem factam ad Patres, quod Deus hanc impleverit, nobis filii ipsorum, dum excitavit Jesum. Act. 13: 32. Populus, quem forma vero mihi, glorificationem meam narrabunt. Esai. 43: 21. Gal. 3: 18.

impletio


IV. Speciatim vero & ἐμφατικῶς Evangelium notat בשורה טובה, ipsam rei bonæ annuntiationem, distinctam ab ἐπαγγελία. *Visitavit cor meum verbo bono; dico ego: opera mea regi: lingua mea stilus scribæ expediti. Psal. 45: 2. Qui bonum gustaverunt Dei verbum, ac virtutes futuri seculi. Hebr. 6: 5. Matth. 4: 23. Marc. 1: 15. Rom. 16: 25,*


& summa.


26. Summam hujus Evangelii breviter exhibet Apostolus Rom. 1: 3, 4. *Qui filius extitit ex semine David secundum carnem, qui desinite notatus est filius Dei in potentia, secundum Spiritum sanctitatis, ex resurrectione mortuorum. Vide & cap. 10: 15, 16. ex Esai. 52: 7. Continetur ergo in eo. 1. Veritas; quatenus nimirum per illud ostenditur, & luce meridiana clarius effulget; tum fides Dei; tum nomen ejus: Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Joh. 17: 26. id est, virtutes & attributa ejus; sigillatim, justitia & misericordia. II. Pietas. Sine dubio, magnum est pietatis mysterium: Deus est manifestatus in carne. 1. Tim. 3: 16. Tit. 2: 11, 12.*

N. n. 107-

V. Naturam illius Evangelii omnino perverunt, qui id transfundunt







in
fi
ba
tis
fi
cor
Sp
vita
Chr
filii
V
gelo
hom
net,
legu
gemm
tam
ostend
tiones
lucan
carne
ple
arbitr

dunt in legem operum, eamque Mosaica perfectiorem; cum Euangelium proprie non sit lex, sed annuntiatio rei bonæ, neque lege Mosaica quicquam perfectius dari potest, ut supra demonstratum. *Lex autem vocatur Rom. 3: 27. Ubi est gloriatio? exclusa est. per quam legem? operum? non; sed per legem fidei. Rom. 8: 2. Lex Spiritus vitæ in Christo Jesu liberum me fecit à lege peccati & mortis. Gal. 6: 2. Complete legem Christi. Jac. 1: 25. quatenus est demonstratio viæ, (quam Hebræis vox תורה significat) illius scilicet, qua per Christum peccatori Deum accedendi facultas conceditur: quod dicitur Jer. 31: 33. Do legem meam in medium ipsorum, & super corde eorum scribam eam. quare etiam ad instar legis sua mandata & promissiones habet. Marc. 1: 15. Respicite & credite Euangelio. Rom. 1: 17. Justitia Dei ex annuntiatione Christi, revelatur ex fide in fidem. 1. Joh. 2: 25.*

VI. Differt autem à lege hisce modis; nam 1. Lex data fuit homini a qua differt; Euangelium misero. 2. Illa exigebat justitiam operum; hoc fidem. 3. Illa promittebat vitam æternam; hoc salutem. 4. Illa nitebatur viribus hominis; hoc divina gratia. 5. Illa est ministerium mortis, & litera occidens, considerata nempe sine Euangelio & Spiritu Christi; hoc Spiritus vivificans. *Litera occidit, Spiritus autem vivificat. Si vero ministerium mortis — fuit in gloria — quomodo non ministerium Spiritus? &c. 2. Cor. 3: 6, 7. quia Spiritus eo utitur; ut nos deducat ad vitam æternam per Christum. Quare lex pedagogus noster extitit ad Christum, ut in Christo justificaremur. Gal. 3: 24. & com. 26. Omnes enim filii Dei estis, per fidem in Christo Jesu.*

VII. Quæ tamen differitates non impediunt, quo minus lex Euangelio subordinari possit; hac videlicet ratione, ut stupentem in peccatis hominem denuntiatione iræ divinæ excitet, dejiciat deinde & confertum. mox ab Euangelio erigendum. Gal. 3. 24. Rom. 10: 4. *Finis legis Christus, ad justitiam omni credenti. Quare etiam Euangelium legem non tollit, sed eam stabilis potius. Rom. 3: 31. Legem igitur irritam facimus per fidem? absit. imo legem stabilimus. quatenus nempe ostendit 1. Christum finem legis. Rom. 10: 4. 2. confirmat comminationes legis impletas in Christo. Deus, quum filium suum misisset in similitudine carnis peccati, & quidem pro peccato, condemnavit peccatum in carne. Rom. 8: 3. Gal. 3: 10, 13. 3. approbat justitiam legis, eamque implet, per Christum. Ut jus legis impleatur in nobis, qui secundum Spiritum ambulamus. Rom. 8: 4. 4. adoptat & exigit omnia præcepta legis.*

Affulsit gratia Dei — erudiens nos, ut abnegata impietate — temperanter, iuste & pie vivamus in hoc seculo. Tit. 2: 11, 12. 5. Vires nobis dat legem per Spiritum pro modulo implendi, cum illa per peccatum impotens facta esset, & viribus destituta. *Lex Spiritus vita in Christo Jesu, liberum me fecit à lege peccati & mortis* &c. Rom. 8: 2, 4.

*Pontificio-
rum & So-
cinianorum
hic errores.*

VIII. Male ergo Pontificii, hac in re Sociniani præluserunt; dum Euangelium lege perfectius faciunt; inde nimirum nova illa & perfectior lex Christi nata est. Cum tamen tam exacte & diligenter lex facienda exigat; quam Euangelium credenda: tum quoque Euangelium proprie non continet leges morum, sed conscientias lege perterrefactas sedat; & unice in eo regnat gratiâ, ad quam reliqua omnia, quæ in Euangelio sunt, conspirant & ordinantur.

*Quomodo
sit concio
pœnitentia?*

IX. Ad quæstionem quam hic ponunt Lutherani, an Euangelium sit concio pœnitentiæ; responderi potest: pœnitentiam, ubi duntaxat dolorem ex peccato notat, legalem proprie esse; at ubi dicit veram resipiscentiam, folius fidei esse, atque ita ex Euangelio originem trahere. Act. 15: 9. Gal. 3: 5. *Qui igitur vobis suppeditat Spiritum, & operatur pœnitentias in vobis, an hoc facit ex operibus legis, an ex auditu fidei?* & quicquid huc confert lex, non nisi per Sp. sancti specialem gratiam & opem præstare potest.

C A P. XXVI.

De vocatione Gentium.

*Promulga-
tionem
Euangelii
secuta fuit
vocatio
GENTI-
UM.
qua olim
fuit prædi-
ctâ,*



I. Uangelii præcipuum opus fuit, Gentium ad Ecclesiæ finum collectio; quas, sylvescentibus quotidie Judæorum ramis, Ecclesiæ stipiti inferi & ad mitiorem naturam redigi oportebat. Cujus insignis adeo, ac maximi, si quodquam unquam, Dei in mundo operis, tum prædictiones & vaticinia olim edita; tum implementum; ac fructus denique & effecta consideranda sunt.

II. Fatis autem monstratam illam olim Gentium felicitatem, ex universa Vet. Test. Scripturâ patet. Gen. 3: 15. 9: 27. 12: 3. 17: 4, 5. 49: 10. Deut. 4: 6. 29: 24, 25, 29. 32: 43. Psal. 2: 8. 8: 2. 22: 29. 40: 10, 11. 45: 10, 13, 17. 68: 19. 72: 3, 9, 10, 11. 82: 8. 86: 9. conf. Apoc. 15: 4. & 87: 4, 5, 6. 96: 7, 8, 9, 10. 110: 2, 3. Jes. 2: 3, 5. 11: 10, 12. 19: 18, 19. & 35. & 42: 1, 4. & 49:

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

c
t
p
p
b
p
an
qu
rur
Ch
non
ya i
Ch
cum
lum
evoc
par
mul p
V.
tem cr
amp
as firm
trac
tam ad
lingua e
no Sp

& 49:6, 20. 52:10, 15. 55:1, 2. 56:6. Jer. 16: 19. Joël. 2:23. conf. Aët. 2: 21. Ac in Euangelio Christus quoque paulo ante id docuit: *Alias etiam oves habeo, quæ non sunt ex hac caula: illas quoque oportet me adducere: nam vocem meam audient: fietque unus grex, & unus Pastor.* Joh. 10:16. Ac variis parabolis illarum adventum delineavit, Matth. 20. & 21. Luc. 14 & 15.

III. Apostolus autem, ubi adductionem earum *mysterium, precedentibus atatibus nondum patefactum*, appellat, Eph. 3:5. loquitur de mysterii illius impletione, quæ ultimis demum temporibus reservabatur; deque omni ejus modo & ratione: quod videl. faciliori longe modo, ac olim Judæi, sine legis ac rituum onere, sola fide salutem acciperent: *gentes esse coheredes & concorpores, consortesque promissionis ejus in Christo per Euangelium*, & 6. *Et nullum descrimen posuit inter nos & illos, fide purificans corda ipsorum*, Aët. 15:9. Quod Judæi vel maxime indignabantur.

IV. Consiliis autem Dei tandem se explicantibus, non pauci quidam & suo tempore impleta. profelyti, ac de ingenti messe spicæ nonnullæ, ut olim in veteris Ecclesiæ angustis; sed totæ nationes, ad Christum converfæ, baptismum fidemque acceperunt. Ut Judæorum Ecclesiam non tam, adfluente convenarum sobole, ditasse ac dilataffe; quam novam Ecclesiam novumque Christi populum condidisse videri possint; obliterata paulatim Judaici nominis gloria. Quod deinde infidelibus de gente illa mansit: dum nova illa Euangelii massa novum quoque nomen sortita, ac de Christo Christiana appellata est. Aët. 11:26. *Ita ut ab Hierosolyma ad Illyricum impleverim annunciationem Christi.* Rom. 15:19. *Quod Euangelium predicatum est in omni creatura, quæ sub cælo est.* Col. 1:23. *Stupor invicem contigit Israël, donec plenitudo gentium intret.* Rom. 11:25. *An parturitur terra uno die? an nascitur gens una vice? nam parturivit; simul peperit Zion filios suos.* Esai. 66:8.

V. Factum hoc, tum externo Euangelii præconio: *Quomodo autem credent, quem non audierunt?* Rom. 10:14. Deo non peregrino amplius sono, ut olim; sed, uti domesticos sese factos agnoscerent, notâ ac familiari linguâ ipsos alloquente: Græcè enim Nov. Test. mysteria tradita sunt; factusque tum Deus Judæis barbarus est: *Nam tunc veritam ad populos labium purum.* Zeph. 3:9. *Cum peregrino sermone, & lingua exotica allocutus sit populum istum Jehova.* Jel. 28:11. tum interno Spiritus alloquio, ac potenti vi. Quale Dei verbum est, quo *vocat ea*
quæ

qua non sunt, tanquam sint. Rom. 4: 17. *Ut accipiant prmissionem hi, qui vocati sunt ad hereditatem, quæ est in æternum.* Hebr. 9: 15.

*sine iugo
Legis;*


VI. Compellati autem sunt non alio quam Euangelii & fidei verbo, absque legis ac rituum Mosaicorum onere, Act. 15. & in epist. ad Galat. Cum Deus non foret *θεσσωπολήπτης*, Act. 10: 35. qualis in Vet. Test. aliquo modo videri potuerat, ubi Judæorum gentem præcipuè deamabat. Qua nudâ ac facili via dum Apostoli, ac præsertim Paulus, gentes adducerent, non mediocrem invidiam subiere. Fuitque ea in recenti illa Ecclesia prima litium ac disputationum materia, ut ex actis Apostolicis liquet; dum fideles ex Judæis non sine dolore veterem istum cultum, dilectosque olim Deo ritus, antiquari viderent.

*Occasione
infidelitatis
Iudaorum.*

VII. Crevit vero gentium Ecclesia præcipue ex Judæorum ruinis; qui dum frigidius ferrentur in oblatam sibi salutem, eamque averfarentur, & Euangelium odisse ac pertinaciter persequi tandem in animum inducerent; ex ista nocte, veluti vices servante Dei gratia, plenissima lux gentibus affulsit. *Si vero delictum ipsorum divitiæ sunt mundi, & damnum divitiæ gentium &c.* Rom. 11: 12. Atque ita omnes sub obedientiam conclusi sunt, ut omnes misericordiam acciperent, vs 32. Ac, veluti Abrahami ac Judæorum vocatio creationis, ita gentium conversio generationis imaginem habuit. Sicuti Apostolus in fitionis figura utitur, dum illi, à sylvestri matre avulsi, Judaico trunco inolescere iussi sunt. *Advenientes radicabit Jacobus.* Esai. 27: 16.

*Fructus
conversio-
nis gen-
tium.*

VIII. Nec exigui operis istius in mundo fructus fuerunt: 1. Dii enim Dæque omnes, quæ hactenus meliori orbis parti illuserant, faceffere & in orcum remeare iussi sunt. *Et idolorum quantum est, abibit. Illo die projiciet homo Deos nihili aureos suos -- ad talpas & ad vespertiliones.* Jes 2: 18, 20. *Ad te gentes venient a sinibus terræ; & dicent, meram falsitatem hereditaverant patres nostri, vanitatem, & in quibus non erat utile.* Jer. 16: 19. 2. Oracula, si quæ fuerint, conticuerunt, vocalesque olim sylvæ & quercus responsa edere cessarunt, ipseque Apollo Delphicus infans redditus est. 3. Deus vero, mundi conditor ac redemptor, publicè in mundo agnitus est. 4. Lexque ejus ac cælestis doctrina, ut vera ac divina, celebrata est. 5. Innumeri denique mortales, atque integræ nationes, feræ hactenus & barbaræ, Euangelio colla subdiderunt, ac mansuetum Christi sermonem acceperunt, & pulsa barbarie ad pietatem ac modestiam formatae sunt. Quod in ænigmate cecinit Jesaias cap. 11. Et, quod maximum est, Judæos, veterem Dei populum, non æquaverunt illi



r
r
m
in
re
ra
cep
qu
an
Pas
Des
lem
vira
cuj
ma
4 ac
com
pe ar
alind
duces
feren
- XII

illi solum, sed rerum divinarum cognitione, morum pietate, cunctisque bonis artibus, immensum superarunt. Ut ipsi hodie Judæi legis suæ mysteria, ac linguæ intellectum, omnemque patriam eruditionem, ab iis, quos gentiles ipsi appellant, petere pene necesse habeant.

IX. Quæ omnia certe Euangelii divinitatem ac veritatem testantur. Illa enim doctrina, quæ talia ac tam magna in mundo præstitit, ac cui tam multum humanum genus debet, & vera, & sancta, & divina esse debet. Nisi Deum rebus humanis illudere, gentesque à paganismo non ad fidei Solem, sed ad aliam noctem & impietatem esse prolapsas impie dicas. Quomodo nec verum quicquam in mundo unquam fuerit, nec futurum porro unquam sit: sed quicquid hoc ævi est, in tenebris omne delegendum restabit.

X. Sed & modus, quo mundus per Euangelii sermonem conversus, ac tantum non triumphatus est, admiratione plenus est, ac divinitati ejus non mediocrem fidem adstruit: sive 1. doctrinæ genium, 2. sive doctores, 3. sive denique docendi modum spectes.

XI. Ille enim doctrinæ istius genium erat, ut ab hominum sensu maxime remotus esset, ac absterrendis iis, quam alliciendis serviret. Nam qui in istam disciplinam veniebant 1. nihil prius imbuebantur, quam patrias religiones exuere, & profana omnia dicere quæ hæctenus sacra habuerant. 2. Credere autem ac animo accipere, quæ incredibilia ac imperceptibilia erant: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam.* 1. Cor. 1: 23. *Quæstiones autem quasdam habebant — de Jesu quodam, qui mortuus est, quem Paulus dicebat vivere.* Act. 25: 19. *Quid? incredibile vobis videtur, quod Deus mortuos excitat?* c. 26: 8. 3. Ac pietatem sequi duram ac difficilem, nec ad desidis ac marcentis mundi genium compositam; illumque vitæ morem induere, qui concessis etiam voluptatibus modum poneret: cujus formula extat Matth. 5, 6, 7. capp. & c. 16: 24. *Si quis vult pone me venire, abdicet semet ipsum, & attollat crucem suam, ac sequatur me.* 4. ac ob disciplinam istam dura omnia ac acerba perpeti, & omnia vitæ commoda, ac vitam denique ipsam vilia habere: *Et omnes vero volentes pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* 2. Tim. 3: 12. Non aliud ob pretium, quam quod immortalitatem sperarent, atque ignavum ducerent reducturæ parcere vitæ. Quæ mira doctrinæ ratio erat, dum sefe revicturos crederent, interim mori non dubitare.

XII. Nec doctores ii erant, quibus mundus facile accederet.

Jes. fabri

*Ostensa in-
de simul
Euangelii
veritas:*

*tum ratio-
ne doctrinæ
ejus; X*

lib. 1: c. 4: s. 1111

*tum ratio-
ne doctrinæ
ejus; X*

ne Docto-
rum;

fabri filius, ex paterna officinâ ipse prodiens, tandemque à gente sua necatus, quod non leve novæ isti doctrinæ scandalum fuit. *Nos audivimus ex lege, quod Christus maneat in sæculum; & quomodo tu dicis, oportere efferi filium hominis?* Jos. 12: 34. *Nos autem predicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam.* 1. Cor. 1: 23. Discipuli autem, seu Apostoli ejus, viri erant obscuro, idiotæ, nulla arte, ingenio, aut eruditione celebres, iique numero pauci, duodecim enim erant; quos mundum partitis operis, veluti Domini sui regnum, inter sese divisisse, & tam vasta ac incredibilia cogitavisse, supra fidem fuit. Non alia autem ad tam stupendum opus præsidia habebant quam doctrinæ veritatem, vitæ sanctitatem, ac miraculorum gloriam: quibus de mundo tandem triumpharunt, quanquam non sine sanguine; nam & ipsi operi isti immortui suo cruore salutem mundi dedicarunt.

conf. l. 1.
24. 59.

rum denique
ratione
docendi
modi.

XIII. Denique *docendi modus* non erat ad florentis sæculi genium, cui ipsa veritas nisi compta ac ornata non placebat; sed simplex ac inaffectatus, procul omni cultu ac humano lenocinio, ut virilem ac robustam sapientiam, vereque Dei filiam, agnosceres; non armis denique aut ulla sæculi potentia adjutus & instructus. Ut omnia Deo ac cœlesti veritati deberet, quæ ictu fulmineo potentius, celsa mundi, & quicquid Euangelio inimicum erat, pene momento prostravit. *Et prædicatio mea non fuit in persuasoriis humana sapientia verbis, sed in demonstratione Spiritus & potentia.* 1. Cor. 2: 4. Quæ & univèrsa & singula divinam hanc doctrinam, Deumque ejus auctorem commendabant.

C A P. XXVII.

De Indiciis Dei in Judæos.

JUDÆO- I.
RUM
triplex
statis.



Auditionem gentium sequutum est Judaicæ gentis repudium: quæ hæcenus Dei in terris sponsa, nunc ab eo dissidens, ac pudorem suum alienis diis substernens, in profanum scortum degeneraverat. Qua imagine Hoseas statum ejus depingit, cap. 1. ubi triplici veluti periodo cuncta ejus populi fata complectitur: 1. quando fuit *Ammi*, ac Dei populus. 2. quando, repudium passus, factus est *Lo-ammi*. 3. denique quando olim

s
o
m

c
p
m
G:
ph
ne
ne
co
Ch
V
inE
era.
tum
passa
deniq
VI
ctm
propr

olim ad Dei fœdera rursus redibit, & ad priorem virum revertetur, ac *Ruchamah* erit.

II. Statum populi ejus quando in Dei fœdere agebat, superiori libro, sub secundo temporum intervallo, latius vidimus. Unde & Messias non ad alios prius venire quam ad ipsos, nec aliis prius Euangelium annuciari debebat. Hæc enim fœderis istius prærogativa erat. *Abite autem potius ad oves perditas domus Israël.* Matth. 10: 6. *Neceſſe erat vobis primum predicari verbum Dei,* Act. 13: 46.

Prima illis Euangelii annunciatio facta :

III. Unde ipsi novæ Ecclesiæ primitiæ fuerunt. Ac prædicante quidem Christo, jam non pauci ex ipsis crediderant. *Si eum, Jesum, sic omittamus, credent omnes in eum,* Joh. 11: 48. coll. 7: 49. Erantque hæc ejus de gente illa spolia & manubiæ, quæ ipsi debebantur. Post mortem autem ac ascensionem ejus haud paulo majori studio ad disciplinam ejus aggregabantur: *Additæ sunt Ecclesiæ die illo animæ quasi ter mille.* Act. 2: 41. & 5: 14. *Vides, frater, quot myriades sint Judæorum credentium.* Act. 21: 20. Quin & integræ ferè provinciæ ad Euangelii vexillum se erexerant: quibus ingens præterea numerus ex Judæis exteris, inter gentes degentibus, accedebat; ad quos pleræque Apostolorum epistolæ extant. Quæ non exigua Euangelii in gente ista primordia erant.

eum multorum ex iis ad Christum conversione.

IV. Nec hi de vulgo solum Judæi erant: sed & Sacerdotes multi ac primores Christo nomen dederunt. *Et de principibus multi credebant in ipsum,* Joh. 12: 42. *Et magna turba Sacerdotum obediebat fidei.* Act. 6: 7. Inter quos eminent, Simeon, de quo Luc. 2: 2; Nicodemus, & Josephus Arimatheensis; quorum & fasti Judaici sub variis involucris meminere. Quibus quidam, quanquam parum certo, accensent Gamalielem senem, Pauli præceptorem, cujus moderatum circa Christianæ rei exordia consilium legitur Act. 5. Ac præter hos etiam mulieres non ignobiles in Christi comitatu leguntur, Luc. 8: 3. magna fidei incrementa.

V. Ac hæc quidem gentis istius primitiæ erant, ac flos delibatus, quem in Ecclesiæ aream cogi, istoque auspicio mundi messem consecrari intererat. Cæterum gens ipsa univèrsa, si publicum ac communem ejus statum spectes, Euangelio rebellis permansit: unde & repudium à Deo passa, ac tandem funditus deleta est. Qui infidelitatis, repudiationis ac denique excisionis ejus gradus speciatim considerandi sunt.

Ita tamen, ut gens ipsa infidelis & contumax manserit.

VI. Est autem hoc admirandum valde, ac fidei præfertim grave, cum Christus Ecclesiæ Judaicæ tot sæculis promissus foret; illiusque proprium peculium ac decus existeret; quin & religionis ac fidei maxi-


num hæctenus apud illos caput faceret; tamen à gente illa sua non agnitum, sed rejectum, tandemque necatum fuisse: contraque gentes, hæctenus ab Ecclesia segreges, eum accepisse, ac debitum Judæis Servatorem veluti intercepisse. Sed S. Scriptura dudum scandalo isti obviam ivit, rem ita olim futuram clarissimis vatum oraculis longe ante significans. Deut. 31. & 32. Psal. 2:1, 2. & 81. & 95. & 118:22. Esai. 6. & 43. & 53: 8. Hab. 1: 5. 2: 4. Zach. 12:10. Malach. 2: 11. conf. Joh. 19: 37. Act. 2: 23, 36, 37.

*Illius in-
delicatis
cussa.*


VII. Sed operæ pretium est causas tam prodigiosæ perfidiæ investigare; quæ, aliis latius narratæ, præcipuè hæc erant: 1. quod terram illam, & urbem, & politiam, miro affectu deperibant. Unde pignore isto excuti æquo animo ferre non poterant. Cujus rei indicium est: Ioh. 11: 48, 50. *Si enim Jesum omittamus sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem — conducit nobis ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat.* Quare cum & Iohannes Baptista, & Christus, supremum urbis illius diem, fatumque gentis propinquare prædicarent, ac vanæ ista contemnere, jamque ad exitum sese comparare, juberent, ingenti offensionis erant; cum Iudæi urbem illam, utpote religionum caput, æternam fore inani superstitione sibi persuaderent.

VIII. 2. Cui conjunctus erat idem erga templum, omneque ejus ministerium affectus: cui plus æquo ad hærescentes ipsum templi Dominum agnoscere non potuerunt, sed in externo illo cultu ac γυμνασία stupentes justitiam ac salutem suam ab eâ pendere existimabant. A quo errore profectum est; quod legem fidei agnoscere, seque ei subicere non possent. Loci enim ac cultus illius reverentia obstabat, qua percussi ac attoniti ad molem istam perpetuo suspirabant; nec adduci ullo modo poterant, ut Christum, qui imagines ac umbras istas evacuatum ibat, nudum ac sine choragio illo reciperent. Unde in actis sæpe Apostolos hoc crimine petitos legimus, quod contra urbem, & templum, ac instituta Mosis concionarentur.

IX. 3. Nimia autem hæc externorum veneratio, quæ, uti olim Ecclesiæ fidem aluerant, ita tum objecto obice morabantur, profecta erat ex perversa *Scribarum Cateche*si; quæ, cum verbum Dei paulatim negligenteretur, contra ac ultimus prophetarum monuerat, *memores estote legis Moysi, servi mei*, Mal. 4: 4. præcipua religionis capita corruperat: cum nihil sani de Fœdere Dei, de Justitia peccatoris, de fide Patrum, de regno Dei,







I
fi
d
R
ra
na
Pr
E
ca
Q
E
Ho
X
rum e
26. D
Deu
2:19
Dem
XI

regno Dei, de Messia Deique filio, deque beneficiis illius sentirent.

X. 4. Contraque *Traditionum* studium invaluerat : circa quas cum ista ætate mirum in modum insanirent , magisque quid Magistri edixissent, quam quid Deus jufferat, in promptu haberent , ista labes Ecclesiam prorsus devastaverat.

XI. 5. Denique non minima culpa erat in ipso religionis apice, de *Messia*, corrupto : circa cujus personam ac regnum cum errarent , non mirum est, quod adventantem , nec ista quæ illi quærebant signa præferentem, recipere dedignarentur. Avulsum enim illud primarium religionis caput ab ipsa religione tum temporis erat. Cum enim illa spiritualis sit, ac salutem animæ spectet, hi Messiam expectabant, Regem, externa gloria præfulgentem, qui Judæorum republ. pristino nitore restitueret. Quod veræ doctrinæ stuprum, ut & cætera, Doctorum inertia ac impietati, de qua acerbas apud vatum postremum querelas legimus, adscribendum erat.

XII. Atque hæc populi infidelitas, & Messiaæ rejectio, *abdicationis* ipsorum propria ac unica causa erat. Cum enim alia populi illius peccata minoribus olim pœnis castigata forent ; atque antea idololatriam ejus Deus Babylonis exilio, ac brevi veluti divortio, vindicasset ; hæc Messiaæ rejectio ac cædes, quæ totalis à Dei fœdere apostasia, & summa denique perfidia erat, non nisi universæ gentis repudio expiari poterat. Recte enim, qui à Fœdere Dei primi abierant , fidemque jam non læferant solum, sed prorsus exuerant , iidem à Deo abdicari, ac instar profanæ, nec Deo amplius fœderatæ gentis, haberi poterant. Quod futurum Prophetæ olim prædixerant. *Omisisti populum tuum, domum Jacobi !* Esai. 2 : 6. *Et fiet ipsis verbum Domini, præceptum ad præceptum — ut eant, & lapsent retro, & confringantur, & illaqueentur.* Esai. 28 : 13. *Quomodo dabo te, Israel, ut Adamah, ponam te ut Zeboim !* Hof. 11 : 8. *Et urbem, & sanctum corruptet populus principis advenæ.* Dan. 9 : 26. Hof. 1. Ezech. 16.

Hinc secus
populi illius
abdicatione.

XIII. Hoc gentis repudium denique non magno intervallo consecutum est ejus *excidium*, itidem à Prophetis prædictum. Num. 24 : 24. Lev. 26. Deut. 29 : 19, 20, 21. & 31. & 32. conf. Rom. 11 : 32. 1. Thess. 2 : 16. Deut. 18 : 19. conf. Act. 3 : 23. Esai. 8 : 14, 15. Joel. 2 : 30, 31, 32. conf. Act. 2 : 19, 20, 21. Zach. 5 : 1-4. & 11. Mal. 2 : 3, 12. & 4 : 6. Matth. 24 : 6. conf. Dan. 9 : 24-27.

Et sicque ex-
cidium.

XIV. Cujus ultimi tamen supplicii moras quasdam Deus indulsit, *Cujus us-*

vii fuerunt gradus: colligendis prius ex gente illa fidelium reliquit. Unde per partes illud executus est, ac veluti gradibus quibusdam rempublicam, templum, ac gentem denique totam affixit & tandem evertit. Quem iudiciorum Dei ordinem observare licet, quomodo cœperit, ac per partes progressus fuerit, donec tandem consumpta omni misericordia, cum nihil sancti, nihilque bonæ frugis in Ecclesiæ area superesset, arentes ac steriles prædii sui stipulas sanctissimo ac iustissimo incendio depopulatus est.

in republica, XV. Primus iudicii gradus erat, quod *reipublicæ* auctoritas, per Romana arma jam antea non parum imminuta, tum prorsus languere cœperit, sublata iudiciorum capitalium potestate: *Dixerunt igitur ipsi, Judæi, nobis non licet occidere quengquam*, Joh. 18:31. Quod anno ante excidium 40. contigit, non necessitate aliqua, sed religione quadam ipsorum. Ac cum iudiciis simul intercalandi facultas diminuta, ac à præfidum nutu suspensa fuit.

urbe, XVI. Hunc *reipublicæ* casum, accelerantibus gentis fati, exceperunt deinde crebræ seditiones, & latrocinia; ac bellum denique cum Romanis, sæpius per arma ipsorum civilia dilatatum, iterumque repetitum, ac Tito victore tandem absolutum. Quando *urbis* ipsius fatum maturavit. Qua, post ultimæ miseriæ exempla, tandem expugnata ac deleta, *gens* universa in metropolis suæ funere concidit.

templo, XVII. Ac cum urbe simul eversum est *templum*, eodem, quo primum templum absumtum erat, die; ubi varia numerorum mysteria ac responsus ostendi possent. Ac cum templa sacra quoque gentis illius interiere, cum extra locum illum celebrare illa nefas foret. Atque tum nova fidelium Ecclesia prorsus constituta; ac, remoto templo, quod utrisque adibatur, à reliquo infidelium Judæorum grege separata est, juxta illud Esai. 52:11. *Recedite, recedite, exite inde, impurum ne tangite.*

Pontificibus, XVIII. Cum templo defecerunt 4. *Pontifices*; quorum ultimus fuit Phannias, seu Phannasus, homo rudis, & divinarum cærimoniarum imperitissimus. Atque ita postquam verus Sacerdos advenisset, tandem quoque externum illud sacerdotium periit.

Doctores, XIX. 5. Utque omne decus suum gens illa amitteret, etiam *Doctores* hac atate defierunt; quorum ultimus fuit Hillel princeps, Judæ sancti nepos. Cum extra terram sanctam istum honorem capeffere non liceret. Qui secuti enim sunt Doctores Babylonici, longe minoris dignitatis erant.

tribubus, XX. 6. Confusæ porro sunt *tribus & familia*, deperditis ac exultis cum

cum templo genealogiarum fastis ac tabulis. Sapienti autem consilio Deus id accidere permisit, 1. ut populi, generis sui nobilitate ac sanctitate præferocis, animos paulatim accideret, odiumque in externos, ut sibi longe impares, ponere adfueret; sensimque discrimen illud Judæi & Græci de mundo tolleret: *Omnes enim filii Dei estis per fidem, in Christo Jesu*, Gal. 3: 26. 2. utque pro carnali cognatione spirituale illud genus, quod à Christo solo arcessitur, æstimare, istique stirpi nos inferere doceret, quæ sola in cælis censetur, quæque unica Christianorum nobilitas est. *Qui autem fecerit voluntatem Patris mei, qui est in cælis, ille est frater meus, & soror, & mater*. Matth. 12: 50. *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo tota familia in cælis & in terrâ nominatur*. Eph. 3: 14, 15. Unde inutilis nunc & vetita infinita illa genealogiarum scrutatio. *Neque attendere — ad genealogias sine carentes, quæ quæstiones exhibent magis, quam adificationem Dei in fide*. 1. Tim. 1: 4. coll. Tit. 3: 9.

XXI. 7. Consecuta hæc fuit tandem universæ gentis captivitas & servitus; dum cælo soloque suo extorres, ac toto orbe vagi, miserima fata sua ubivis agitanda habent; omnium nationum ludibrium ac servitium cum nullibi gentem aut republ. componant, nec ullum terrarum angulum possideant. Cum qua hodierna eorum captivitate nulla præterita comparari potest. *Nam diebus multis sedebunt filii Israel, sine rege, & sine principe; & sine sacrificio, & sine cippo: & sine Ephod, & sine imaginibus. Postea convertentur filii Israel, & quærent Jehovah Deum suum*. Hof. 3: 4, 5.

XXII. Estque miseriarum illarum colophon, quod non corpore magis quam animo servi, atque in perfidia sua obstinati redditi sunt; contra omnem Euangelii lucem animum oculosque pertinacissimè obfirmantes, & clausi undique ac impervii. *Sed obdurata sunt mentes ipsorum*. 2. Cor. 3: 14. *Nolo enim vos ignorare — quod stupor invicem contigit Israël, donec plenitudo gentium intret*. Rom. 11: 25.

XXIII. Unde rari admodum ex illis, licet in longa adeo miseria, ad Ecclesiæ gremium convertuntur. Cujus rei causa est, partim *justum Dei judicium*, populi istius perfidiam ulciscens: partim *instita genti pertinacia*, atque hostile in alias gentes odium, quas divinæ legis cognitione, quam pro corona ac decore Israël solius habent, præ se præstare non ferunt: unde, ne Christianis concedere videantur, vanissimis exceptionibus, ac præstantissimorum locorum detorsionibus, sese adversus fidem

eorum muniunt; ac, nubes & inania captare adfueti infulsimas tandem nugas & fabulas pro liquidissimis veritatibus habent: denique & *oblata à Christianis scandala, sectæ, hærefes, mores* denique, non fatis ad legis illius, quam profitentur, sanctitatem castigati.

*hodierni
Iudaismi
facies.*

XXIV. Ut hinc tandem appareat quid de hodierno Judaismo censendum sit; quod videl. non fides, sed perfidia, & à Patrum doctrina apostasia, atque erga regnum Christi mera rebellio sit. Unde sæcunda errorum omnium ac hæresium, quæ vel hodie fidem Christianam exercent, vel mater, vel nutrix est. Quæ pestilentissimæ hærefes, in varios ramos exeuntes, universam religionem depopulantur ac penitus devastant. Omnes autem à Judaicâ perfidiâ vel ortum habent, vel incrementum, vel denique in eam desinunt; juxta illud Prophetæ: *Ex te exivit cogitans contra Jehovah malum, consiliarius nequitiæ.* Nah. 1: 11.

XXV. Ut vero Theologiæ ac religionis scopo Judæi exciderint. Cum enim ille unice in Dei gloria, ac animarum salute positus sit; illi non nisi humano cultu Deum devenerantur, & , pro superstitionis ingenio, levibus quibusdam præceptis, ac hominum institutis, eum colunt; istisque figmentis, magico propemodum ritu, eum sibi devinctum ac obnoxium arbitrantur. Veram autem animarum salutem adeo non assequi possunt, ut eam ne quidem sperent aut expectent: sed, ut cultum suum potissimum externis operibus absolvunt, ac Messiam solum terrenum quendam Regem futurum putant; quod tamen fidei ac spei ipsorum primarium caput est; ita etiam vix aliam quam terrenam ac carnalem felicitatem somniant; nec magnopere de animæ post mortem statu solliciti, molestas illas disputationes Rabbiniis suis potius relinquunt. Ut non satis recte Sociniani, ac alii, Judæos verum Deum colere; ac fidem habere, quæ bonorum operum mater existat; quin & externo legis suæ cultu Deo placere posse contendant. *Et me nostis, & nostis unde sim; & à me non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis.* Joh. 7: 28. *Est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis Deum vestrum esse, & non cognovistis eum.* Joh. 8: 54, 55. *Novi opera tua — & blasphemias eorum, qui dicunt Judæos esse se, & non sunt, sed congregatio Satana.* Apoc. 2: p. 9.

